BYBLIOTHECAE APOSTOLICAE VATICANAE

CODICES MANV SCRIPTI RECENSITI

IVSSV

PII X PONTIFICIS MAXIMI

PRAESIDE FRANCISCO A PAVLA CARD. CASSETTA

EP. TVSCVLANO

S. R. E. BYBLIOTHECARIO

CODICES VATICANI LATINI

Codices 9852-10300

DESCRIPSERVNT

MARCVS VATTASSO ET HENRICVS CARVSI

ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

MCMXIV.

Appendici:

1. La grande veduta Maggi-Mascardi (1615) del Tempio e del Palazzo Vaticano, stampata coi rami originali, con introduzione di Francesco Ehrle S. I., Roma, 1911 (in corso di stampa).

2. La pianta della Campagna Romana del 1547, in sei fogli, riprodotta in fototipia dalla copia Vaticana, unica finora, con introduzione di Tommaso Ashby (in corso di stampa).

In vendita presso Danesi, Via Bagni, Roma.

Della collezione: STUDI E TESTI

Sono pubblicati:

1. **Vattasso, Dott. Marco,** Antonio Flaminio e le principali poesie dell'autografo Vaticano 2870. Roma, Tipografia Vaticana 1900, pp. 67, in 8° (prezzo L. 2).
2. — Le due Bibbie di Bovino, ora codici Vaticani latini 10510 - 10511, e le loro note storiche. Ibid. 1900, pp. 44 (prezzo L. 1,50).
3. **Franchi de' Cavalieri, Dott. Pio,** La Passio SS. Mariani et Iacobi. Ibid. 1900, pp. 75 con una tavola (prezzo L. 3).
4. **Vattasso, Dott. Marco,** Aneddoti in dialetto romanesco del sec. XIV, tratti dal cod. Vat. 7654. Ibid. 1901, pp. 114 con una tavola (prezzo L. 5).
5. **Mercati, Dott. Giovanni,** Note di letteratura biblica e cristiana antica. Ibid. 1901, pp. VIII-256 con tre tavole doppie (prezzo L. 12).
6. **Franchi de' Cavalieri, Dott. Pio,** I Martirî di S. Teodoto di Ancira e di S. Ariadne di Primnesso con un'appendice sul testo originale del Martirio di S. Eleuterio. Ibid. 1901, pp. 188 con una tavola (prezzo L. 8).
7. **Mercati, Dott. Giovanni,** Antiche reliquie liturgiche ambrosiano-romane, con un *excursus* sui frammenti dogmatici ariani del Mai. Ibid. 1902, pp. 84 (prezzo L. 3).
8. **Franchi de' Cavalieri, Dott. Pio,** Note agiografiche: 1. Ancora del martirio di S. Ariadne. - 2. Gli atti di S. Giustino. Ibid. 1902, pp. 40 (prezzo L. 1,50).
9. — Nuove Note agiografiche: 3. Il testo originale del Martirio di Agape, Irene e Chione. - 4. Gli Atti di s. Crispina. - 5. I martiri della Massa candida. - 6. Di una probabile fonte della leggenda dei SS. Giovanni e Paolo. Ibid. 1902, pp. 84 (prezzo L. 4).
10. **Vattasso, Dott. Marco,** Per la storia del dramma sacro in Italia: 1. Nuovi aneddoti drammatici in antico dialetto romanesco. - 2. Le rappresentazioni sacre al Colosseo nei secoli XV e XVI, secondo nuovi documenti tratti dall'Archivio dell'Arciconfraternita di S. Lucia del Gonfalone. - 3. Antichi inventarî di vesti e di attrezzi usati nelle rappresentazioni dalla Compagnia del Gonfalone. - 4. Il dramma della conversione di S. Paolo rimaneggiato da fra' Pietro d'Antonio da Lucignano. Ibid. 1903, pp. 129 (prezzo L. 7)
11. **Mercati, Dott. Giovanni,** Varia sacra, fasc. I: 1. Anonymi Chiliastae in Matthaeum fragmenta. - 2. Alcuni supplementi agli scritti dei Dottori Cappadoci e di S. Cirillo Alessandrino. Ibid. 1903, pp. 90 (*Esaurito*).
12. **Mercati, Dott. Giovanni:** I. Un frammento delle ipotiposi di Clemente Alessandrino. - II. Paralipomena Ambrosiana con alcuni appunti sulle benedizioni del Cereo pasquale. Ibid. 1904, pp. 48 (prezzo L. 2,50).
13. Catalogo sommario della Esposizione Gregoriana, aperta nella Biblioteca Apostolica Vaticana dal 7 all'11 Aprile 1904, a cura della Direzione della medesima Biblioteca. Ed. 2ª. Ibid. 1904, pp. 76 (prezzo L. 3,50).

14. **Vattasso, Dott. Marco,** Del Petrarca e di alcuni suoi amici: 1. Due lettere del Petrarca, una del Boccaccio, quattro di Barbato di Sulmona ed una di Niccolò Acciaiuoli, di Nicola e di Napoleone Orsini. - 2. Cenni sulla vita e sulle opere di Gabrio de' Zamorei. - 3. Di Moggio de' Moggi da Parma e dodici sue poesie ora per la prima volta pubblicate. Ibid. 1904, pp. 108 (prezzo L. 6).

15. **Mercati, Dott. Giovanni,** Opuscoli inediti del Beato card. Giuseppe Tommasi tratti in luce. - Ibid. 1905, pp. 58 con una tavola doppia (prezzo L. 3).

16. **Vattasso, Dr. Marcus,** Initia Patrum aliorumque scriptorum ecclesiasticorum ex Mignei Patrologia et ex compluribus aliis libris conlecta, vol. I. - Ibid. 1906, pp. x-695 (prezzo L. 30).

17. — Idem. II vol. Ibid. 1908, pp. 650 (prezzo L. 30).

18. — Frammenti d'un Livio del quinto secolo recentemente scoperti: Codice Vaticano lat. 10696. Ibid. 1906, pp. 18 in fol., con tre tavole in fototipia. (prezzo L. 10).

19. **Franchi de' Cavalieri, Comm. Dott. Pio,** Hagiographica: 1. Osservazioni sulle leggende dei ss. mm. Mena e Trifone. — 2. Della leggenda di S. Pancrazio Romano. — 3. Intorno ad alcune reminiscenze classiche nelle leggende agiografiche del sec. IV. Ibid. 1908, pp. 190 (prezzo L. 8).

20. **Vattasso, Mgr. Dott. Marco,** I codici Petrarcheschi della Biblioteca Vaticana. Seguono cinque appendici con testi inediti, poco conosciuti o mal pubblicati. Ibid. 1908, pp. xii-248, con due tavole doppie in fototipia (prezzo L. 12).

21. **Carusi, Dott. Enrico,** Dispacci e lettere di Giacomo Gherardi, nunzio pontificio a Firenze e Milano (an. 1487-1490). Ibid. 1910, pp. clxxvii e 723 (prezzo L. 32).

22. **Franchi de' Cavalieri, Comm. Dott. Pio,** Note agiografiche, fascicolo 3°. Ibid. 1909, pp. vii-123 (prezzo L. 7).

23. **Tisserant, Abbé Eugène,** Codex Zuqninensis rescriptus Veteris Testamenti. Texte grec des manuscrits Vatican Syriaque 162 et Mus. Brit. Additionnel 14,665, édité avec introduction et notes. Ibid. 1911, pp. lxxxvii-279 avec six planches en phototypie (prezzo L. 20).

24. **Franchi de' Cavalieri, Comm. Dott. Pio,** Note agiografiche, fascicolo 4°. Ibid. 1912, pp. vii-195 (prezzo L. 8).

25. **Ferrini, Dr. C. † - Mercati, Mgr. Dr. I.,** Μ. ΚΡΙΤΟΥ ΤΟΥ ΠΑΤΖΗ ΤΙΠΟΥΚΕΙΤΟΣ, sive librorvm LX Basilicorvm svmmarivm graece et latine. Ibid. 1914, xlviii-203 pp. con una tavola in fototipia (prezzo L. 15).

In preparazione:

Cerrati, Dott. Michele, Documenti e ricerche per la storia della Antica Basilica Vaticana. — 1. T. Alpharani, De Basilicae Vaticanae antiquissima et nova structura liber.

Mercati, Dr. Ioannes, Psalmorum hexaplorum reliquiae e codice rescripto Ambrosiano etc.

Vattasso, Mgr. Dott. Marco, Cronache Forlivesi di Mastro Giovanni de Pedrino (1411-1464).

— Una versione in dialetto del sec. XIV delle Armonie evangeliche d'Ammonio.

Carusi, Dott. Enrico, Diario di Fiorenza dall'an. 1437 all'an. 1482, di Giusto Giusti d'Anghiari.

Nogara, Comm. Dott. Bartolomeo, Il libro XXXII della Storia d'Italia di Flavio Biondo dai codd. Vat. 1940-1946.

Dei CATALOGHI DELLA BIBLIOTECA VATICANA

Sono pubblicati:

Stevenson E. Sen., Codices Palatini graeci. Romae, ex typographeo Vaticano, 1885 (prezzo L. 10).

» » Codices graeci Reginae Sueciae et Pii II. Ibid. 1888 (prezzo L. 10).

Feron-Battaglini, Codices Ottoboniani graeci. Ibid. 1893 (prezzo L. 20).

Stornaiolo C., Codices Urbinates graeci. Ibid. 1895 (prezzo L. 25).

Stevenson E. Giun., Codices Palatini latini, tomus I (codd. 1-921). Ibid. 1886 (prezzo L. 14).

Salvo-Cozzo G., Codici Capponiani. Ibid. 1897 (prezzo L. 15).

Vattasso M. - Franchi de' Cavalieri P., Codices Vaticani latini, tomus I (codd. 1-678). Ibid. 1902 (prezzo L. 30).

Nogara B., Codices Vaticani latini, tomus III (codd. 1461-2059). Ibid., 1912 (prezzo L. 25).

Vattasso M. - Carusi H., Codices Vaticani latini (codd. 9852-10.300). Ibid. 1914 (prezzo L. 30).

Stornaiolo C., Codices Urbinates latini, tomus I (codd. 1-500). Ibid. 1902, con tavola doppia (prezzo L. 35).

Stornaiolo C., Codices Urbinates latini, tomus II (codd. 501-1000). Ibid. 1912 (prezzo L. 30).

Stevenson E. Giun., Inventario dei libri stampati Palatino-Vaticani. Roma, Ibid. 1886-91.
Ebraici e latini, vol. 1°, parte I. (1886) (prezzo L. 20).
» » vol. 1°, parte II. (1889) (» » 10).
» tedeschi, vol. 2°, parte I. (1886) (» » 25).
» vol. 2°, parte II. (1891) (» » 10).

Marucchi O., Monumenta papyracea aegyptia. Romae, Ibid. 1891 (prezzo L. 10). (*Esaurito*).

» Monumenta papyracea latina. Ibid. 1895 (prezzo L. 10).

» Il grande papiro egizio della Biblioteca Vaticana. Roma, Tipografia dei Lincei, 1888 (prezzo L. 20).

In corso di stampa:

Mercati I. - Franchi de' Cavalieri P., Codices Vatic. graeci, tomus I (codd. 1-500).

Pelzer A., Codices Vaticani latini, tomus II (codd. 679-1460).

Tisserant Eug., Codices Borgiani arabici (codd. 1-270).

Le pubblicazioni registrate in questa e nelle altre pagine della presente copertina, ad eccezione delle cinque collezioni fototipiche, si possono acquistare rivolgendosi alla Biblioteca Vaticana, oppure alla Tipografia Poliglotta Vaticana ed anche per mezzo dei principali librai.

BYBLIOTHECAE APOSTOLICAE

VATICANAE

CODICES MANV SCRIPTI RECENSITI

IVSSV

PII X PONTIFICIS MAXIMI

PRAESIDE FRANCISCO A PAVLA CARD. CASSETTA

EP. TVSCVLANO

S. R. E. BYBLIOTHECARIO

CODICES VATICANI LATINI

Codices 9852-10300

RECENSVERVNT

MARCVS VATTASSO ET HENRICVS CARVSI

BYBLIOTHECAE APOSTOLICAE VATICANAE SCRIPTORES

ROMAE
TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS
—
MCMXIV.

5

PRAEFATIO

Codicum Latinorum Bybliothecae, quae iure ac proprie Vaticana appellatur, duo indicum volumina iam diu prodierunt, aliud sub prelo est, quartum nunc evulgatur. Tria priora volumina codices exhibent eo ipso numerorum ordine, quo in praesens dispositi sunt: itaque primum volumen codices 1-678 complectitur, alterum codices 679-1460 continebit, tertium codices 1461-2039 praebet. Nobis igitur alii qui ex ordine sequuntur codices describendi erant; verum, ut viris doctis satius subveniremus, opportunum duximus, libris sepositis qui in inventariis manu scriptis iam recensiti habebantur, eos describere, qui, cum postremi in Bybliothecam invecti sint, recensione carebant. Qua de re quod nunc edimus volumen codices 9852-10300 complectitur, alterum autem, quod magna ex parte iam promptum et paratum habemus, quodque igitur brevi temporis intervallo nos evulgaturos speramus, reliquos continebit.

Neque operam nostram hic desistendam censemus. Cum enim codices qui comparantur uni Bybliothecae, quae Vaticana sine adiunctis nuncupatur, adiciantur, non ceteris, quae, uti Palatina, Urbinas, Reginensis, Ottoboniana, Burghesiana, Capponiana, Borgiana, Barberiniana, lapsu temporum in Bybliothecam Apostolicam inlatae sunt, nostrum erit, simul ac novi codices ad Vaticanam pervenerint, eorumdem descriptiones digerere, sine mora prelo subicere atque publici iuris facere, ubi tantae sint molis ut iustum volumen conficiant.

Leges, quas in codicibus recensendis prae oculis habuimus, eae quidem sunt, quae in primo indicum volumine impressae inveniuntur; ab iis tamen interdum consulto deflexímus, cum id exposceret codicum natura aut gravis alia ratio: non igitur abs re erit eas novis correctionibus auctas hoc loco subiungere.

Leges quas curatores Bybliothecae Vaticanae in codicibus Latinis recensendis sibi constituerunt.

Singulorum codicum descriptionem in tres partes dividimus, quarum prima de externo libri habitu praecipua docet, altera auctores et opera recenset, tertia codicis faciem et cultum distinctius exponit.

I. In prima parte, quam, numero excepto, litteris minoris moduli imprimimus, haec tantum de codice proferuntur: nota, aetas, materia, amplitudo, foliorum numerus.

1. Lineae initio typis crassioribus exscriptum numerum Arabicum collocamus, quo codex in praesens signatus cernitur; antiquiores notas, cum usus venit, adscribimus uncis lunatis inclusas, pone adverbium ‘olim’; alioquin ultimae descriptionis parti, utpote loco opportuniori, reservamus.

2. Sequitur nota temporis numero Romano, cui praefigimus litteras ‘saec.’, id est ‘saeculi’. Ubi autem est codicis aetatem finibus angustioribus circumscribere, vocum illarum ‘ineuntis’, ‘medii’, ‘exeuntis’ compendia subicimus ‘in.’, ‘med.’, ‘ex.’. Cum volumen occurrit labente saeculo vel proximo ineunte exaratum, aetatem definimus lineola (-) inter duos saeculorum numeros inserta; e. g. ‘saec. XIV-XV’; codicum vero, qui notationem annorum prae se ferunt, annos, saeculi loco, adferimus, numero Arabico expressos, secundum litteras ‘an.’, scil. ‘anni’, atque inter uncos f(olii) numerum subnectimus, in quo notam librarius adposuit; e. g. ‘An. 1478 (cf. f. 126)’.

3. Ad materiam indicandam adiectivis utimur ‘membranaceus’ (contracto ‘membran.’), ‘chartaceus’ (‘chart.’). Cum liber partim in mem-

brana, partim in charta exaratus est, signamus materiam qua pleraque folia constant, notas numerales plagularum ex altera materia inter uncos lunatos subiungentes; e. g. ' membran. (ff. 1. 40-50. 75 chart.) '.

4. Libri amplitudinem per longum et latum millimetris, quae vocantur, damus, altitudinis mensuram constanter praemittentes; e. g. ' mm. 200 × 175 '.

5. Foliorum (ff.) praeviorum numerum prodimus nota Romana, cui lineola seiunctum adscribimus notis Arabicis foliorum numerum in codice signatorum; e. g. ' ff. V-148 '.

6. Notas Arabicas, plerumque ubi textus desinit intermissas, foliis vacuis sequentibus ad finem usque adponimus.

7. Si quae folia medio codice occurrunt sine numero, ea signamus folii praecedentis nota, adicientes dextrorsum superius litterulas [a], [b], [c] etc.; in recensione autem adscribimus signo + uncisque includimus, adiectis verbis ' librarii oscitatione neglectis '. Similiter folia bis numerata notamus. Numeros vero a librario omissos uncis comprehensos addimus pone signum —, notam ' librarii etc. ' subiungentes. E. g. ' ff. 150 (+ f. 24[a] librarii oscitatione neglecto) '; ' ff. 170 (+ ff. 20. 30. 35 bis numeratis) '; ' ff. 120 (— f. 21 librarii neglegentia omisso) '.

II. Auctorum et operum recensio.

1. Auctorum recensioni praemittimus titulum, verbis quantum fieri potest brevissimis conceptum, qui summam codicis declaret; e. g. ' S. **Augustini** opera complura ', ' SS. **Augustini et Hieronymi** epistulae '.

2. Singulos auctores numeris ordinalibus crassioris formae signatos ad novam lineam reducimus, nisi eos titulus generalis complectatur (ut e. g. in codicibus biblicis), vel eorum sermones et epistulae iaceant in codice confusa ac permixta.

3. Si codex plures auctores continet, singula eorum opera nova linea recensenda non ducimus, sed brevibus interiectis spatiis discernenda notulisque numeralibus supra lineam adscriptis signanda.

4. Quotiens codicem offendimus complura unius auctoris opera exhibentem, scriptura quidem utimur continuata, sed opera singula spatiis vacuis distinguimus et numeris crassioribus notamus.

5. Opuscula quae vulgo in alterius auctoris operibus adnumerantur (ut e. g. Luciani et Celerini epistulae, quae inter Cyprianicas leguntur) nova linea non recensemus, sed tantum litteris diductis exscribimus.

6. Auctorum nomina plerumque typis crassioribus imprimimus, exceptis tamen nominibus sanctarum litterarum scriptorum, quae notis diductis prodere opportunius visum est.

7. Titulos (vel saltem eorundem verba praecipua), quibus sine auctore opera inscribuntur, litteris damus diductis.

8. Auctorum nomina operumque inscriptiones, quotienscumque in codice omissa sunt, uncis angulatis <> comprehendimus.

9. Singulis auctorum nominibus pone numerum ordinalem praefigimus, uncis lunatis inclusam, notam numeralem, f(olium) in quo eorum opera incipiunt, indicantem, e. g. '**1** (f. 1). **Tertulliani** Apologeticus. **2** (f. 50). **S. Cypriani** De mortalitate '. Numerus, nullo addito signo, folium rectum significat; litterula ᵛ, iuxta apicem ultimae numeri notae adiecta, folium versum indicat.

10. Si codex duabus est columnis perscriptus, compendio ' col. 1 ' columnam sinistram, ' col. 2 ' dexteram significamus.

11. Prolegomena, praefationes, dedicationes post titulum recensemus, et, cum operis initium et finis dantur, post finem.

12. Quae ex codice suminus verba litteris inclinatis scribimus[1], vocabulorum compendia solventes atque interpunctionis signa ac litteras initiales, iuxta consuetudines nostras, mutantes.

13. Opera singula iis inscribuntur titulis, quibus vulgo circumferuntur. Quotiens vero titulus quem codex exhibet omnino a vulgato dissentit, integrum adscribimus secundum verba ' in ms. ' (i. e. ' in manu scripto codice ') atque uncis includimus lunatis. Quod si pauca tantum vocabula a titulo vulgato differunt, haec referre satis ducimus, praemittentes aut subicientes, verborum communium loco, tria puncta. Ubi vero vocabula discrepantia medio stant titulo, ea tantum producimus, praeponentes tria puncta pri-

[1] Hoc loco notandum quod in imprimendis titulis operum et capitulorum, tum e Maurinorum codicibus depromptis, tum ex quibusdam sermonum libris, litteris inclinatis uti nequivimus.

mamque vocis subsequentis litteram subnectentes; e. g. ' S. Ambrosii De apologia prophetae David (in ms. ...*sancti patris D.*) '. Discrimina parvi momenti titulo vulgato inserimus litteris inclinatis.

14. Titulos, quibus operum partes inscribuntur, ut e. g. argumenta, praefationes, prologi in divinarum litterarum codicibus, damus prout leguntur in libro manu scripto, litteris tamen rectis.

15. Capitum, quae impressa non exstant, initia proferimus primi et ultimi, cui, si fieri potest, ordinis quoque numerum anteponimus.

16. Prologorum argumentorumque in Bibliis sacris passim occurrentium prima vocabula titulo subicienda putamus (duplici puncto distincta), ut lector de quibus scriptis agatur prima fronte agnoscat.

17. Versuum numeros, quos stichometrias vocant, notamus.

18. Scholiorum, quae tantum exstant manu scripta, cum operae pretium videtur, primum vel prima exscribimus et ultimum.

19. Quae saepenumero in spatiis vacuis ab alia manu adiecta sunt, aut in custodiae foliis ex aliis codicibus avulsis leguntur, ea contentorum recensioni subiungimus nullo praefixo numero, at illorum titulos nova linea litterisque diductis prodimus.

20. Editiones ad solam fidem nostrorum codicum exactas semper memoramus.

21. In operibus satis notis divulgatisque recensendis initium et finem numquam damus, sed unam alteramve editionem omnibus perviam signamus.

22. Operum haud satis cognitorum editionem laudamus principem aut quae ad artis leges exacta sit.

23. Cum vero opus recensendum parum innotescit et editiones rariores haud facile adeundae sunt, prima verba et extrema describimus, editionem illam laudantes, quam ob oculos habere potuimus. Excipienda tamen sunt carmina auctorum inde a saec. XV, quorum initia tantum, et epistulae inde a saec. XVII, quarum solummodo notas locorum et temporum adferimus, ubi constat ad quos missae sunt, nullam editionem plerumque laudantes.

24. Fragmentorum operum quae typis impressa exstant prima verba et ultima adferimus, editionis paginas lineasque uncis circumscriptas adponentes.

25. Fragmenta operum quae tantum manu scripta exstant designamus exscribendo titulos et initia primi et ultimi capituli integre servatorum.

26. Numeros librorum et libellorum, in quos opera saepe dispertita sunt, notis Romanis exprimimus; numeros vero epistularum notis Arabicis.

27. Numeros, quibus singulae epistulae indicantur, virgula distinguimus, numeros librorum, quibus opera constant, puncto et virgula lineolaque; e. g. ' **S. Cypriani** epistulae [1] (f. 15) 43, [2] (f. 16) 44, [3] (f. 17) 45 '; ' (f. 20) **Tertulliani** De cultu feminarum lib. I; - (f. 25) lib. II '.

III. Tertia descriptionis pars, litteris minutioribus impressa, de codicis facie et cultu, ut supra diximus, distinctius agit, ea omnia continens quae in prima consulto neglleximus.

1. Ibi *a*) stemmata, imagines et ornamenta, quae litteras initiales foliorumque margines saepe distinguunt, brevibus verbis perstringimus; *b*) plagulas indicamus initio, medio codice et in fine vacuas relictas; *c*) foliorum seriem interdum turbatam restituimus; *d*) notas exscribimus librariorum, possessorum etc.; *e*) opuscula, libellos etc., in quibus de codice agitur, quotiens satis prodesse videtur, pariter atque observationes philologicas et historicas auctores et opera spectantes, referimus; *f*) aetatem denique declaramus, qua codex compactus est, nisi illa e scutis in tegumento plerumque impressis eruatur.

2. Si qui codex e plurium codicum reliquiis constat, descriptionem ad singulas partes seu reliquias pertinentem subiungimus, uti litterae minoris moduli lectorem docebunt.

Nunc autem quos quisque nostrum codices descripserit indicemus oportet.

Henricus Carusi codices centum nonaginta octo recensuit, scilicet codd. 9852-9876. 9879. 9882-9888. 9890-10000. 10173. 10218-10219. 10227-10228. 10236-10238. 10242-10247. 10250. 10253. 10255-10263. 10265-10279. 10282-10283. 10285-10286. 10288. 10290-10292. 10295-10300; idemque

scidas patrum Maurinorum in ordinem disposuit [1], indices litterarum ordine digessit atque viginti quinque postremas schedulas collegae aegrotantis imprimendas curavit.

Marcus Vattasso codices ducentos et quadraginta descripsit, videlicet codd. 9877-9878. 9880-9881. 10001-10172. 10174-10192. 10199-10206. 10211-10217. 10220-10226. 10229-10235. 10239-10241. 10248-10249. 10251-10252. 10254. 10264. 10280-10281. 10284. 10287. 10289. 10293. 10294; praeterea epistulas Mazzuchellianas et Rodellianas, adversaria et opuscula Antonii Uccelli, quae confusa ac permixta invenit, in ordinem digessit.

Michael Cerrati decem codices recensuit, videlicet codd. 10193-10198. 10207-10210.

Bartholomeus Nogara codicem 9889 descripsit.

Nunc denique commentatio historica de origine, possessoribus ac fortuna librorum manu scriptorum quos descripsimus, nobis contexenda esset; verum, iisdem de causis quas alias memoravimus [2], eam ad locum opportuniorem differimus, satius in praesens ducentes in unaquaque codicum recensione ea adnotare quae ex ipsis codicibus manifesta sunt [3].

[1] Iam antea Ioan. Baptista Pitra, V. E., scidas patrum Maurinorum in ordinem digerere adgressus erat (cf. De Rossi, in Stevenson, Codices Palatini Latini Bibliothecae Vaticanae, Romae 1886, tom. I, pag. LXXIII); res tamen ad effectum non est adducta. Scidulas enim manu exaratas foliaque quam plurima typis impressa H. Carusi in viginti quinque capsellas tumultuarie coniectas repperit, ita ut quae ad concilia spectarent una cum foliis avulsis ex operibus S. Gregorii Nazianzeni, Sirmond, Carafa et Lalande permiscerentur. Cum res ita se haberet, opportunum existimavit primum singulorum auctorum voluminum typis editorum disiecta membra colligere, dein plagulas manu scriptas inter folia impressa suis quibusque locis inserere, vel ordine chronologico disponere: haec saltem pro viribus curavit.

[2] Cf. Codices Vaticani Latini, vol. I, Romae 1902, p. VII-VIII.

[3] Nil mirum igitur si, ex. g., codices nonnullos inter Rulandianos non adnumeravimus, cum possessoris nomen non ex codice, sed aliunde constaret (cf. J. Scherg, *Die Rulandsche Handschriftensammlungen in der vatikanischen Bibliothek zu Rom*, in *Archiv des histor. Vereins von Unterfranken*, XLIX, 1908, p. 161-199).

Restat ut dignas gratias referamus Francisco Ehrle, praesidi nostro doctissimo ac benevolentissimo, qui sapienti suo consilio in arduis non semel nobis praesto fuit, et Pio Franchi de' Cavalieri, collegae et amico carissimo, qui maxima cum diligentia plagulas typographicas inde a cod. 10223 inspexit, revisit, correxit.

CODICES VATICANI LATINI

9852-9852 [A]. An. 1591, chart., in fol., ff. 440 et 424.

A. **Carafa** Epistolarum Decretalium Summorum Pontificum tomi I et II, Romae, in aedibus Populi Romani, apud G. Ferrarium, MD.XCI. Tomus II mutilus desinit f. 397v, idest p. 706. Subiciuntur: [1] (f. 398) pp. 41-44 ipsius tom. II; [2] (f. 400) *Index locupletissimus eorum quae in tribus Tomis epist. summorum pontif. scitu digna reperiuntur,* ex tomo III excerptus.

In marginibus et inter lineas saepe saepius occurrunt adnotationes, correctiones et additamenta manu D. P. Coustant; plures loci in textu lineis nigris subductis distinguuntur. Folia et schedulae, manu ipsius Coustant exarata, perpaucis tantum exceptis, adglutinata sunt. Alphabeti litterae in marginibus exscriptae notis referuntur, quae partim in marginibus, partim in schedulis ipsius D. Coustant contentae sunt (v. codd. 9853-9857).

Folia partis I et II tomi I ipse Coustant hic illic disturbavit et alia enumeratione distinxit; plura vero desunt. Singulorum voluminum folia numeris typis impressis distinguenda curavimus; exstat etiam hic illic alia enumeratio minio exscripta, et antiqua etiam typis impressa quae paginas designat; nos novissimam secuti sumus.

In tegumentorum dorsis stemmata Pii X et Alphonsi Capecelatro card. bibliothecarii.

9852 [B]. An. 1721, chart., in fol., ff. 448.

Petri Coustant Epistolae Romanorum Pontificum. Parisiis, 1721.

In marginibus et in schedulis chartis adglutinatis additamenta et correctiones plerumque manu S. Mopinot. Plura folia avulsa, nempe quatuor priora, quorum duo suppleta sunt, et nonnulla Indicis rerum et verborum, qui verbo Concilii mutilus desinit. In f. 448 quaedam Addenda manu S. Mopinot. Foliorum enumeratio duplex; antiqua columnas, recens folia designat; recentem imis marginibus appositam secuti sumus.

Integumentum ex charta spissata membrana cooperta, et in dorso litteris aureis typis impressis: *Epistole / Romanor. / Pontific. / Tom. I.*

9853. Saec. XVIII, chart., mm. circiter 370 × 212, 209 × 172, ff. 442.

1 (f. 1). ⟨**Fragmenta praefationis ad vol. II epist. Romanorum Pontificum, manibus P. Coustant, S. Mopinot et U. Durand**⟩. Inc. *Plures iam anni sunt, ex quo in lucem prodiit primus novae editionis epistolarum summorum Pontificum tomus.* Des. (f. 29v) *aliud fragmentum apud Luitprandum p. 277*

(cf. Epist. Rom. Pont. et quae ad eos scriptae sunt a S. Hilaro usque ad Pelagium II etc., ed. A. Thiel, Brunsbergae, 1868, I, p. XII-XIV). **2.** ⟨P. Coustant⟩ Notae in epistolas Leonis. [1] (f. 31). ⟨Apparatus I⟩. Inc. *Non uno in omnibus libris modo exhibetur.* Des. (f. 169ᵛ) *Edit. Rom. per Philoponum.* [2] (f. 170). ⟨Apparatus II⟩. Inc. *Argumenta quibus Paschasius Quesnellus epistolam istam Dionysio Exiguo ignotam fuisse probavit.* Des. (f. 432) *Scribens manifestat, dicens nihil ab apostolis etc.*

Codex in singulis partibus autographus quam plurima exhibet additamenta et correctiones inter lineas et in marginibus, plerumque eadem manu qua textus, interdum manu Mopinot exarata. Schedulas, chartarum lacinias et folia adglutinata saepissime invenies. A f. 30 duplex exstat enumeratio; antiqua, manu ipsius P. Coustant, paginas, nova folia designat; novam secuti sumus, quam imis marginibus typis apponendam curavimus. Antiqua hoc modo signata: [a] a p. 1 ad p. 269 = ff. 30-169; [b] a p. 1 ad p. 450 = ff. 170-432. Schedulae nonnullae ex epistulis ad P. Coustant olim missis excerptae (cf. ff. 81ᵛ, 239ᵛ etc.). Folia 30-30ᵛ et alia nonnulla atramento deleta. In summis marginibus foliorum 30, 31 haec scripta legimus eadem manu qua textus: *Notae in epistolas Leonis inchoatae 23 octob. ann. 1705.*

In tegumenti dorso stemmata Pii X et Alph. Capecelatro card. bibliothecarii.

9854. Saec. XVIII, chart., mm. circiter 244 × 185, 341 × 212, ff. 500.

Petri Coustant ⟨Notae et monita in diversorum Pontificum epistolas⟩. **1** (f. 2). ⟨In epistolas Hilari⟩. Inc. *Epist. I ad Pulcheriam* (quae tamen omissa est). *Epist. II ad Victorium [a] hoc est, dum Latini Latinorum, Graeci, Graecorum institutis.* Des. (f. 25ᵛ) *monito in epistolam XI, n. 12 explicuimus, epist. II pag. 9.* **2** (f. 27). ⟨In eiusdem Hilari epist. Coustant notae et monita transcripta manu U. Durand⟩. Inc. *Hilarus adhuc diaconus anno 449 Ephesum a Leone missus est.* Des. (f. 47ᵛ) *quin radicitus evelleretur.* **3.** ⟨In epistulas Simplicii papae⟩. [1] (f. 49ᵛ). ⟨Apparatus I⟩. Inc. *Acacius susceptis epistolis (Simplicii) simpliciter rescripsit ei.* Des. (f. 58ᵛ) *ann. 471 obiit eique succedit Acacius.* [2] (f. 60). ⟨Apparatus II⟩. Inc. (f. 61) *Simplicius anno 468, qui bisestilis erat.* Des. (f. 87ᵛ) *gravi causa non poterat abnegare.* Praeit (f. 60) Simplicii epistularum ordo. Subiciuntur: [a] (f. 88) *Monitum in epistolam sequentem* (i. epist. III). Hoc folium numero antiquo 5 signatum, pro folio 64 atramento deleto, ponendum est; [b] (f. 89) Notae in epist. VII. Hoc folium atramento ab auctore deletum. **4** (f. 91). ⟨In eiusdem Simplicii papae epist. P. Coustant notae et monita transcripta manu U. Durand⟩. Inc. *Simplicius anno 468 bissextili mensis februarii, die 25.* Des. mut. (f. 108ᵛ) *et canonibus contrariam postulare potuisse at dum . . .* **5** (f. 109). ⟨In Felicis II epistulas⟩. Inc. (f. 111) *Ex antiquo codice collectionis Cresconii epistolam hanc.* Des. (f. 146ᵛ) *ut loquitur Theophanes feria quinta coronatus est.* Praeeunt: [1] (f. 109) Felicis II (cod.: *III.*) epistolarum ordo; [2] (f. 110) S. Felicis pp. ⟨Vita⟩ (inc. *Felix II nomine, iis vero qui Felicem Liberii loco*

a Constantio intrusum; des. (f. 110^v^(*migravit in coelum*). **6** (f. 148). ⟨In eiusdem Felicis II epist. P. Coustant notae et monita, manu U. Durand transcripta⟩. Inc. *Felix secundus nomine, tertius vero dictus.* Des. (f. 173^v^) *Felix adhuc superstes erat.* Subiciuntur notulae in epistulas Martini I papae (ff. 174. 175. 177), et Honorii I (f. 176^v^). **7** (f. 179). ⟨In Gelasii I papae epistulas⟩. Inc. (f. 181) *Elapsis quinque diebus ab obitu Felicis, die secunda martii, ann. 492.* Des. (f. 257) *et ante Petrum Mongum obiisse adseruit.* Praeit (f. 179) ⟨Gelasii epistularum ordo⟩. **8** (f. 257^v^). ⟨In Anastasii II pp. epistulas⟩. Inc. *Anastasius II anno 496, novembris 28 die, in Gelasii loco suffectus est.* Des. (f. 264) *ut planum est ex ipso epistolae 8. exordio.* **9** (f. 264^v^). ⟨In Symmachi pp. epistulas⟩. Inc. *Symmachus papa unus ex diaconis Romanae ecclesiae, a maiori parte.* Des. (f. 288) *hic esplicare supervacaneum fuerit.* **10** (f. 290). ⟨In Anastasii pp. epistulas apparatus alter⟩. Inc. *[a] In prima conciliorum compilatione a Iac. Merlino edita.* Des. (f. 299^v^) *Alexandrinorum interpretem exstitisse.* Subiciuntur: [1] (f. 300) Epistolarum non exstantium notitia. (Inc. I *Laurentii Liguidensis episcopi ad Anastasium papam prolixa epistola.* Des. *menses II ac dies 24 sedisset*), hoc folium atramento deletum est; [2] (f. 301) ⟨Anastasii pp. vita, opera P. Coustant, manu U. Durand transcripta⟩. Inc. *Anastasius huius nominis II. anno 496, novembris die 24 quae dominicalis erat.* Des. mut. (f. 301^v^) *ne illud quidem verum quod.* **11** (f. 303). ⟨In Gelasii I pp. epistulas apparatus alter⟩. Inc. *[a] Epistolam hanc quam etiam veteres conciliorum editiones exhibent.* Des. (f. 446) *remeasse pro temerasse substitutum est.*. Subiciuntur: [1] (f. 447) Notitia scriptorum non exstantium quae ad Gelasium papam attinent (inc. *Euphemius regiae civitatis episcopus;* des. (f. 448^v^) *aliis locis nonnulla excerpit*); [2] (f. 448) ⟨eiusdem pontificis vitae fragmentum⟩ (inc. mutilum *in rebus gravissimi momenti, quas primo dictasset litteras;* des. etiam mutilum (ibid.) *illustre praefulserit exemplum*). **12** (f. 452). ⟨In Symmachi epist. et decreta apparatus alter⟩. Inc. (f. 452) *Ad integritatem collectionis nostrae pertinere arbitramur Romanarum Synodorum.* Des. (f. 500^v^) *quoad vixerit Symmachi se laudatorem profiteatur.* Praeeunt folia 449^B^-451 atramento deleta. Quamplurima ex his Coustant schedis hic illic transcripsit et edidit A. Thiel, op. cit., pp. 1-103; 126-738.

Codex autographus quam plurima additamenta et correctiones in marginibus et inter lineas, in schedulis et foliis adglutinatis praebet tum eadem manu, tum manibus U. Durand et S. Mopinot. Plura folia atramento deleta aut vacua. Schedulae nonnullae ex epistulis ad Maurinos missis excerptae (cf. ex. g. ff. 175-176. 407^v^. 449^v^). In folio 48^v^ quaedam memoratu digna, manu U. Durand; in summo margine f. 443 haec legimus manu S. Mopinot, ni fallor: *J'ai trouvé ce morceau dans les papiers du P. Coustant. Je crois que c'est un de ceux qu'il m'a dit avoir egarés. Il appartient au traité V. de Gelase. Epist. 24 note pag. 87.* Foliorum enumeratio duplex et saepe triplex est; prior

manu ipsius P. Coustant, quam ut potuimus servavimus, sed hic illic multa folia desunt, altera rubro colore, tertia demum imis marginibus typis apposita; novissimam secuti sumus.

In tegumenti dorso stemmata Pii X et Alph. Capecelatro card. bibliothecarii.

9855. Saec. XVIII, chart., mm. circiter 220 × 174, et 345 × 215, ff. 495.

Petri Coustant ⟨Notae et monita in diversorum Pontificum epistulas⟩.

1 ⟨In Hormisdae papae epistulas⟩. [1] (f. 2). ⟨Apparatus I⟩ (inc. *Baron Sperabamus... cognoscentes... audientes;* des. (f. 66ᵛ) *integriorem iudicarunt Vid. generalis Index*). [2] (f. 67). ⟨Apparatus alter⟩ (inc. *[a] Ditissimum epistularum Hormisdae thesaurum;* des. (f. 168ᵛ) *de eorum profectione ab urbe fuisse compertum*). Subiciuntur (f. 169): Hormisdae litterae quarum habetur tantum mentio. Plura ex his schedis hic illic transcripsit et edidit A. Thiel, op. cit., pp. 104-125, 739-1006. **2** (f. 170). ⟨In Felicis IV epist.: *Legi quod inter*⟩. **3** (f. 170ᵛ). ⟨In Ioannis II epistulas nonnullas⟩. **4** (f. 174ᵛ). ⟨In Agapeti I epistulas⟩. Subiciuntur (f. 175) ⟨quaedam de Bonifacii II et Ioannis II vita⟩. **5** (f. 178). In Bonifacii II epistulas⟩. **6** (f. 188). ⟨In Agapeti I epistulas⟩. Inc. *Agapetus qui in concilio Romano sub Bonifacio II.* Des. (f. 223) *quas adstare cogitate prudenter.* Subiciuntur: [1] (f. 224) Exemplar libri Menae presbyteri et Xenodochii qui factus est episcopus Constantinop. sub die III Id. Mart., iterum post consulatum Paulini iunioris: *Prima salus est rectae fidei;* [2] (f. 225) Formula libelli fidei: *Ego ille hac scriptura quam manu mea perscripsi* [3] (f. 226) Agapeti gesta; [4] (f. 228) Scriptorum ac gestorum reliquorum ⟨Agapeti⟩ notitia. **7** ⟨In Vigilii papae epist.⟩. [1] (f. 270). ⟨Apparatus I⟩. Inc. *[a] E codice ecclesiae Arelatensis saepe iam laudato a Baronio.* Des. (f. 355ᵛ) *uti minime licere cuique iam perspicuum existimamus.* Praeeunt: [a] (f. 231) ⟨Vigilii epistularum tabella chronologica⟩; [b] (f. 232) Vigilii gesta (inc. *Vigilii scripta gestaque dum quanta potuimus diligentia;* des. mutila (f. 268ᵛ) *venerabilis antiquioris Romae*). [2] (f. 355). ⟨Apparatus II⟩. Inc. *[a] Ex archivo ecclesiae Arelatensis a Baronio primum.* Des. (f. 390ᵛ) *episcopi quinti concilii definitionem suscepissent,* Subiciuntur: [a] (f. 391) Epistola clericorum Italiae ad legatos Francorum Constantinopolim directorum: *Ita se in omnibus gentibus Christiana fides;* [b] (f. 395) De Vigilii papae gestis, historica et apologetica dissertatio (inc. *Vigilii scripta gestaque quanta potui diligentia;* des. (f. 441ᵛ) *ecclesiasticae disciplinae damnum inferatur*); [c] (f. 442) Epistolae ⟨Vigilii⟩ a Gregorio memoratae quae non exstent; [d] (f. 446) De Vigilii papae gestis. Apologetica et historica dissertatio (inc. *Vigilii litteras et gesta dum excuterem;* des. (f. 495) *in via Salaria apud Marcellum conditus. Haec finis Vigilii ejusque laborum.* Ed. I. B. Pitra, Analecta novissima, t. I, 370-461). Haec dissertatio a P. Coustant composita, a dominis S. Mopinot et U. Durand exarata et aucta est.

Codex autographus quamplurima additamenta et correctiones eadem manu exarata praebet. Plura folia deperdita vel atramento deleta. In f. 200 Bonifacii II epistularum tabella exstat manu saec. XIX exarata. In f. 445 manu U. Durand haec scripta legimus: *Ce porte feuille contient une dissertation sur Vigile qui doit servir de preface au 3ᵉ volume des Decretales. Cette dissertation est de D. Coustant; D. Mopinot avait commencé de lui donner un autre tour pour le latin, mais la mort l'a empeché de continuer, en sorte qu'il n'en a rangé que trois ou quattre pages qui seront encore plus aisées a reconnaitre par la difference de son style pur et elegant, que par celle des caracteres. Du reste, en continuant son travaille on a suivi le meme ordre.* Cui subiicitur, manu saec. XIX, plumbo exarata: *manu Duranti adhuc iuvenis.* Foliorum enumeratio in summis marginibus triplex est, vetus, recens rubro atramento exarata et novissima typis apposita; novissimam secuti sumus.

In tegumenti dorso stemmata Pii X et Alph. Capecelatro card. bibliothecarii.

9856. Saec. XVIII, chart., mm. circiter 334×212 et 212×170, ff. 422.

Petri Coustant ⟨Notae et monita in diversorum Pontificum epistulas⟩.

1 (f. 31). ⟨In Pelagii I epist.⟩. Inc. *Epistola haec ac decem subsequentes ex authentico Arelatensis ecclesiae.* Des. (f. 51ᵛ) *Gratiani decreto descriptum fuit.* Praeeunt: [1] (f. 1) Pelagii I gesta; [2] (f. 2) ⟨Pelagii epistulae aliquot, manu P. Coustant exaratae⟩; [3] (f. 23) In eum reiiciendum quod habetur in schedis p. 16 (i. fragmentum IX cf. f. 11: *Quoniam quidam metropolitanorum*) ex Gratiano dist. 100; [4] (f. 24) Pelagii I gesta; [5] (f. 28) Scriptorum reliquorum quae ad Pelagium I attinet notitia; [6] (f. 30) Pelagii epistularum ordo chronologicus. Subiciuntur: [1] (f. 53-61) Pelagii epistulae nonnullae alia manu exaratae; [2] (f. 61) ⟨De Pelagii epistulis quaedam memoratu digna⟩. 2 (f. 62). ⟨In S. Gregorii epist.⟩. Inc. *Symbolum hoc quod in editione Veneta.* Des. (f. 300) *Idem ms. gravata.* Subiciuntur: [1] (f. 301) ⟨variae lectiones in epist. S. Gregorii, manu S. Mopinot exaratae⟩; [2] (f. 363) variae lectiones in epistolas aliquot Gregorii M. collatas cum ms. Navarreo collectionem Mercatoris continente, nec non cum mss. Becc. et Capuc. Rottemag. ⟨manu P. Coustant⟩; [3] (f. 371) Ordo epistolarum S. Gregorii M. prout exstat in Cod. 135 ms. Bibl. Colbertinae cum editione Romana et novissima Parisiensi collatus ⟨manu S. Mopinot⟩; [4] (f. 383) Ordo chronologicus epistolarum S. Gregorii Magni ⟨manu U. Durand⟩; [5] (f. 421) ⟨De Gregorii Magni vita⟩ (in ms.: *Gregorius Magnus*) ⟨manu U. Durand⟩.

Codex currenti calamo exscriptus. Additamenta, correctiones et notas, plerumque eadem manu, in marginibus, inter lineas et in schedulis adglutinatis passim invenies. Plura folia atramento deleta sunt. Foliorum enumeratio triplex est; novissimam, summis marginibus typis appositam, secuti sumus.

In tegumenti dorso stemmata Pii X et Alph. Capecelatro card. bibliothecarii.

9857. Saec. XVIII, chart., mm. circiter 383×204, 215×173, ff. 469.

Petri Coustant ⟨Schedae in diversorum pontificum epistulas et acta, notas ac monita exhibentes. Miscellanea⟩.

1 (f. 1). In Melchiadis papae, de primitiva ecclesia et synodo Nicaena: *Nemo qui scripturas divinas*. *Censura* inc. *Inter decreta Romanorum pontificum quae in primo collectionis Isidorianae;* des. *Melchiadi falso adscripto adiecerit.* **2** (f. 2). Exemplar constituti domini Constantini imp. quo is imper. Silvestrum ac successores eius variis exornat privilegiis ac donis ditat: *In nomine sanctae et individuae Trinitatis* etc. *Ea quae Salvator et redemptor noster Dominus.* **3** (f. 5). Excerpta quaedam ex synodalibus gestis s. Silvestri papae: *Temporibus sancti Silvestri papae et Constantini piissimi Augusti.* Praeit censura quae inc. (f. 4) *Excerpta illa in editionibus conciliorum desiderantur, in omnibus autem exstant collectionibus;* et des. *ab eo auctorem quaeri existimamus.* **4** (f. 6). Admonitio in Constantini edictum. Inc. *In iis collectionis Isidori exemplaribus, in quibus asservatur superius.* Des. *Baptismum Nicomediae suscepisse tradidit.* **5** (f. 7). Damasi papae epistulae spuriae nonnullae: [1] (ibid.) Damasus ad Hieronymum: *Dum multa corpora;* [2] (ibid.) Hieronymus ad Papam: *Legi litteras apostolatus vestri;* [3] (f. 7^r) Stephani ad Damasum: *Notum vestrae facimus beatitudini, quod quidam fratres;* [4] (f. 9^v) Damasus Stephano: *Lectis fraternitatis vestrae litteris;* [5] (f. 12^v) Censura in epist. Damasi cui titulus *Quod omnes haeretici de Filio dei et Spiritu Sancto male sentientes in perfidia Iudaeorum et Gentilium inveniantur et de Trinitate unitate.* Inc. *Prima eius pars clausula est epistolae S. Damasi.* Des. (ibid.) *Salvator meus ut lampus accendatur.* **6** (f. 13). ⟨Leonis, Hilari, Simplicii, Felicis, Gelasii, Symmachi epistularum indiculus⟩. **7** (f. 15). ⟨In epistulis et acta Symmachi papae censurae et notae nonnullae⟩. **8** (f. 16). ⟨Epist. Leonis papae aliquot notitia⟩. **9** (f. 17). ⟨Zosimi et Bonifacii pp. epistularum aliquot notitia⟩. **10** (f. 18). ⟨In capitula Hincmari Remensis observatio⟩. **11** (f. 19). ⟨De Isidori Mercatoris collectione et origine decretalium⟩. **12** (f. 31). ⟨Variorum documentorum ab an. 816 ad an. 878 brevis notitia⟩. **13** (f. 32). Decretorum papae Zosimi ad Hesychium cap. CV ⟨notitia⟩. **14** (f. 33). ⟨De Isidori Mercatoris collectione⟩. **15** (f. 34). ⟨In epistulas aliquot Cornelii I, Felicis II, Anastasii II, Alexandri et aliorum pontificum notulae⟩. **16** (f. 36). ⟨De auctore decretalium et de Benedicto levita Moguntino⟩. **17** (f. 40). ⟨De Hadriani I capitulis et Riculpho Moguntino archiepiscopo⟩. **18** (f. 49). *Projet des lettres patentes* (atramento deletum). **19** (f. 51). ⟨Varia de pontificum chronologia et actis ex libro pontificali excerpta⟩. **20** (f. 61). ⟨Obser-

vationes et auctoritates aliquot de veteri ecclesiasticorum disciplina⟩. **21** (f. 92). ⟨In Leonis I pp. epistulas observationes et notae⟩. Inc. *canonum praecepit auctoritas, res ecclesiae alienare.* Des. (f. 181) *et praesentibus episcopis - non loqui* **22** (f. 182). ⟨Varia historica de s. Leone pp. et eius temporibus et actis⟩. Subiciuntur: [1] (f. 227) ⟨Epistularum s. Leonis pp. vetus ordo ad novum relatus⟩; [2] (f. 232). ⟨De S. Trinitatis personarum natura⟩; [3] (f. 233) Observationes in sermone s. Leonis. **23** (f. 237). Appendix. Felicis II epist. ad Petrum Fullonem: *Quoniam importabilibus verbis impie garrulasti.* **24** (f. 238). ⟨Bonifacii pp. I vita et gesta⟩. Inc. *Bonifacius presbyter is ipse, ut cum Baronio opinamur.* Des. mut. *anno 422 vita functum esse. Ipsius quoque.* **25** (f. 242). ⟨In Anastasii pp. I epistulas aliquot observationes et notae⟩. **26** (f. 244). ⟨In S. Gelasii pp. epistulas aliquot observationes et notae⟩. Subiciuntur: [1] (f. 280) Index chronologicus epistularum Gelasii papae; [2] (f. 282) ⟨In Gelasii papae epistulam 10 admonitio, cf. Thiel, op. cit. pp. 28-29⟩; [3] (f. 283) ⟨In Gelasii papae epistulam 1 ad Orientales, an. 488-9, observatio praevia⟩; [4] (f. 284) ⟨Gelasii papae epistulae decretalis de apocryphis scripturis: *Post propheticas*, variae lectiones⟩; [5] (f. 285) Gelasii papae epistolae, decreta et alia scripta. Quando et quamdiu sederit (Thiel, op. cit. p. 285); [6] (f. 286) ⟨In⟩ Gelasii fragmenta ⟨notae et observationes praeviae⟩. **27** (f. 293). S. Anastasii II pp. vita (Thiel, op. cit. p. 614). **28** (f. 294). Scriptorum non exstantium quae ad Anastasium II attinent notitia (cf. Thiel, op. cit. p. 637). **29** (f. 298). ⟨De Vigilii papae vita⟩. Cui subicitur: (f. 304) *Ordre des ecrits de Vigile.* **30** (f. 307). ⟨In Pelagii II epistulas notae et observationes⟩. Subicitur: (f. 324) *Aliorum scriptorum ad Pelagium II attinentium notitia.* **31** (f. 327). Concordia canonum Cresconii ⟨ex cod. Vaticano Palat. n. 579⟩. Praeit praefatio quae incipit: (f. 326) *Tria huius operis manuscripta exemplaria vidit;* et des. (f. 327) *memento, pontifex deo digne.* **32** (f. 329). ⟨In Pelagii II epistulas notae et observationes. Apparatus alter⟩. **33** (f. 354). ⟨In S. Gregorii I pp. epistulas notae et observationes praeviae⟩. Subiciuntur: [1] (f. 382) ⟨Varia historica de s. Gregorii vita et eius temporibus⟩; [2] (f. 401) ⟨De s. Gregorii operum editione⟩. **34** (f. 409). Observationes in Isidori Mercatoris collectionem. **35** (f. 418). ⟨De Apostolorum canonibus⟩. **36** (f. 427). In Hadriani I pp. capitula ⟨notae⟩. Praeit (f. 425) *Monitum.* **37** (f. 430). ⟨In epistulam Hadriani I pp. Angilramno (cod. *Engillranno*) notae⟩. **38** (f. 432). ⟨De Hadriano I papa⟩. **39** (f. 435). Capitula decretalium Apostolorum. **40** (f. 437). ⟨Quaedam notabilia saec. IX⟩. **41** (f. 439). De Apollinari. **42** (ibid). De Apollonio Rom. et mart. **43** (f. 440). De Quadrato. **44** (f. 441). De Melitone. **45** (f. 442). De Miltiade. Quae subiciuntur schedulae dis-

solutae (ff. 444-469) varia exhibent fragmenta notarum, vel observationum et notabilia quaedam historica ex libris editis vel ex codicibus deprompta.

Codex autographus, manibus Coustant, Mopinot et Durand plerumque exaratus, paucis tantum foliis exceptis. Quam plurima sunt additamenta et correctiones inter lineas, in marginibus et in schedulis adglutinatis. Plura folia vacua vel atramento deleta, nonnulla typis edita, sed ad nostram rem nullius momenti, cf. ex. g. ff. 15ᵛ, 16 et 35; alia etiam ex litteris abscissa sunt quae ad varios Maurinos monachos olim missae fuerant, praesertim ad P. Coustant (cf. f. 15), U. Durand (cf. f. 226ᵛ), Iac. Houdart (f. 279ᵛ) et alios nonnullos.

In f. 91ᵛ hanc notulam scriptam legimus alia manu: *On a consulté les notes de Dom Coustant sur toutes les lettres de S. Leon qui doivent entrer dans la collection des Conciles de France et on les a remises à leur place. Le 19 8bre 1775.* Folia 234-236ᵛ atramento deleta sunt; folium 424 ante folium 418 ponendum. Folia plura periere, uti coniici possumus ex prisca numerorum serie, quae hic illic conspicitur; nos recentem enumerationem summis marginibus appositam secuti sumus.

In tegumenti dorso stemmata Pii X et Alph. Capecelatro card. bibliothecarii.

9858 et **9858ᴬ**. An. 1609, chart., in fol.

S. Gregorii Nazianzeni Opera, per I. Billium apud C. Morellum, Lutetiae Parisiorum MDCIX.

1 (cod. 9858, ff. 115 + I-III). S. Gregorii Opera. Tomus I, inde a p. 717 usque ad p. 916. Praeit (f. 1-4) S. Gregorii epistularum ordo. Subicitur ⟨Appendix ad primum tomum operum s. Gregorii Nazianzeni⟩: [1] (f. 111) Epistolae decem Graece et Latine, I. Morello P. R. interprete; [2] (f. 114) Testamentum s. Gregorii, Iac. Sirmondo Soc. Iesu Presb. interprete (manu exaratum) (ed. cit. in appendice T. II.).

2 (cod. 9858ᴬ ff. 150). S. Gregorii Opera. Tomus II a p. 1 usque ad p. 300.

Quam plurima additamenta, correctiones et notae in marginibus, inter lineas et in schedulis adglutinatis exstant manu D. Clément et Verneuil, perpaucis tantum exceptis. Schedulae nonnullae ex litteris D. Verneuil missis abscissae (cf. f. 6ᵛ, 83ᵛ, 115, 116 cod. 9858ᴬ). Folia I-III cod. 9858 olim integumentum et dorsum fuerant; in f. I haec scripta legimus, alia manu saec. XVIII-XIX exarata: *Lettres et memoires sur Bourqueil des années 1694, 1695, 1696, 1697, 1698, 1699* (atramento deletum). *Lettres S.t Gregoire de Nazianze avec les variantes. Comenceme⟨nt⟩ du tome 2 (?) Le manuscrit et l'Imprimé formant 163 feuillets ou environ*, et paulo altius, alia manu: *A remetre après ma mort. a S. E. Mr le cardinal Fesch les autres cartons qui concernent St Grégoire;* in f. II (olim dorso): *Papiers de feu Monsieur Anjubault* (atramento deletum) *Lettres de S. Grégoire de Nazianze;* in f. IIIᵛ: *Bourqueil.* In summo margine f. I cod. 9858ᴬ, haec scripta legimus alia manu: *Cet Exemplare est de l'édition de Paris 1609.* Duplex et saepius triplex enumeratio exstat, nos recentem imis marginibus typis appositam secuti sumus.

In tegumentorum dorsis stemmata Pii X et Alph. Capecelatro card. bibliothecarii.

9859. Saec. XVIII, chart., mm. circiter 285×205, 308×215, ff. 494.

Monachorum congregationis S. Mauri ⟨Schedae in S. Gregorii Nazianzeni carmina⟩.

1 (f. 1). ⟨Variae lectiones in vitam S. Gregorii ex Coisliniano codice depromptae⟩. **2** (f. 16). *Notes pour le second Poëme* ⟨sive in Gregorii Nazianzeni de rebus suis carmina⟩. 3 (f. 22). ⟨S. Gregorii Nazianzeni carmina latine tantum reddita⟩. **4** (f. 121). ⟨Basilii Magni opera. Variae lectiones⟩. **5** (f. 143). Notae in aliquot opera S. Gregorii Nazianzeni⟩. **6** (f. 149). *In Theodori Studitae operibus ex recensione Sirmondi e typogr. regia 1696* ⟨notae et observationes⟩. **7** (f. 151). Dubitationes in Gregorio Nazianzeno. **8** Poëtica S.^{ti} Gregorii Nazianzeni opera ⟨seu variae lectiones e pluribus codicibus depromptae⟩: [1] (f. 160) ex cod. Colbertino 6029; [2] (f. 194) ex codd. Regg. 2897. 3066 ⟨nunc codd. 967 et 1220⟩ et Combef. editione; [3] (f. 197) Iusiurandum s. Gregorii... collat. ad mss. Regios 2889. 2992. 3066 ⟨nunc codd. 990. 1054. 1220⟩; Colbert 4580. 6029. Subeunt: (f. 198) Tetrasticha s. Gregorii Nazianzeni collata ad editionem Aldinam an. 1504, cum cod. bibl. Ambrosianae 146, et cod. Casinensi; [4] (f. 201) ⟨Scholia et commentaria in S. Gregorii opus « Christus patiens »; [5] (f. 208) Laus Virginitatis e mss. Regiis 2889. 2992. 3066 ⟨nunc codd. 990. 1054. 1220⟩ Colbert. 4580. 6029; [6] (f. 220) collationes ex cod. Reg. 990; [7] (f. 278) ex cod. Reg. 992; [8] (f. 288) ex cod Reg. 993 et cod. uno bibliothecae Collegii Claromontani Iesuit. n. 65. Folia 289-293^{v} carmina lingua graeca transcripta exhibent; [9] (f. 321) Collationes manuscripti Regii 1277, subicitur (f. 342) alter apparatus collationum eiusdem cod. Reg. 1277; [10] (f. 360) Tetrasticha D. Gregorii Theologi recensita ad Regg. mss. 2897. 3066 ⟨nunc cod. 967. 1220⟩; Colbert. ms. 6029; Ambrosianae Biblioth. 146; Casinensem unum, editiones Aldinam an. 1504, Hervagianam an. 1550; notas et lectiones Combefisii, Bigotii, Tillemontii et aliorum. **9** (f. 368). ⟨Scholia in S. Gregorii carmina iambica⟩. **10** (f. 384). Epitaphia Basilii Magni ad mss. Regg. 2889. 3066. 2890. 2897 ⟨nunc codd. 990. 1220. 998. 967⟩ Colbert. 6029 et 4580 collata. **11** (f. 387). Carmina s. Gregorii. Variae lectiones. **12** (f. 403). D. Tillemont adnotationes in s. Gregorii carmina (ms. *A. D. de Tillemont ad Greg. Naz. In Marginibus propria manu annotata editionis Parisiensis 1630, tom. 2.* **13** (f. 416). ⟨S. Gregorii Nazianzeni carminum ordo novus et vetus simul comparati⟩. **14** (f. 417). Ordo chronologicus eorum qui scholiis commentariisve Nazianzenum illustrarunt. **15** (f. 420). Notae seu observationes DD. De Barcos abbatis S. Sigiranni in s^{tum} Gregorium Nazianzenum, ed. Iac. Billio, Prunaei, Parisiis, apud C. Morellum. **16** (f. 426). Ex ms. SS. Ser-

gii et Bacchi ⟨excerpta⟩. **17** (f. 427). S. Gregorii Nazianzeni Operum editio quae a Iac. Billio Lutetiae Parisiorum typis regiis apud C. Morellum, anno 1619 concinnata est, collata cum codice ms. bibl. Emi Card. Dominici Passionei a me D. Iohanne Aloysio Mingarellio Canonico Regulari Congregationis Rhenanae S. Salvatoris, an. 1758. **18** (f. 435). *Memoire pour l' Edition de St Gregoire de Nazianze*, cui additur in margine, ibid.: *presentée à la diette annuelle 1704, peu apres Pasque, avec les lettres de Mr l'abbé du Guet et du p. Lequien.* **19** (f. 450). *Memoire pour D. Louvard.* **20** (f. 455). *Remarques sur les deux avertissement sur la premiere et second oraison de St Gregoire de Nazianze.* **21** (f. 463). Notae in veterem ordinem epistolarum S. Gregorii Nazianzeni. **22** (f. 465). Gregorii Nazianzeni et familiarium epigrammata, pleraque epitaphia ⟨latine tantum reddita⟩. **23** (f. 480). ⟨Federici Borromaei card. et archiepiscopi Mediolani De Christianae mentis iucunditate libri tres, Mediolani 1632⟩. Exstant tantum pp. 1 et 73-102.

Codicem multi descripserunt librarii. Inter lineas, in marginibus et in schedulis adglutinatis quamplurima additamenta et correctiones quorum nonnulla parvi certe momenti, alia vero memoratu digna (cf. ff. 1. 142v. 464v). In f. 150r quaedam de locis s. Gregorii a Leontio Bysantino laudatis; in f. 433 epistula Ioannis Aloysii Mingarelli ad D. Prudentium Mairanum, qua de collatione a se facta (v. f. 427) et de S. Gregorii Nysseni epistula ad Flavianum loquitur. F. 200 post f. 197 ponendum; folia 424-425 atramento deleta sunt. Foliorum enumeratio varia, nos recentiorem summis marginibus manu exaratam secuti sumus.

In tegumenti dorso stemmata Pii X et Alph. Capecelatro card. bibliothecarii.

9859A. Saec. XVIII, chart., mm. circiter 249×183, 214×205, ff. 650.

Monachorum congregationis S. Mauri ⟨Schedae seu observationes in S. Gregorii Nazianzeni carmina⟩.

1 (f. 2). Anecdota Graeco-Latina ⟨sive potius: Anecdota graeca quae ex mss. codd. primum eruit, Latio donavit, notis et disquisitionibus auxit Lud. Ant. Muratorius. Gregorii theologi epigrammata CCXXVIII. ed., 1709; *v.* Opere t. XII. Arezzo 1771, quem prae manibus habuimus⟩. **2** (f. 198). *Observations sur un endroit de la Preface du 1er volume de la derniere édition de S. Gregoire de Nazianze par les Bénedictins de la Congregation de S. Maur.* Inc. *Le savant editeur veut prouver que les Peres grecs et sur tout S. Gregoire de Naziance.* Des. (f. 199) *échappées au savant Editeur du premier t.*⟨ome⟩. **3** (f. 200). *Pieces relatives à l'edition du 2d volume de St Grégoire de Nazianze.* Inc. *Le testement de cet S. docteur manuscrit grec et latin.* Des. (ibid.) *a la fin des exemplaires complets.*

4 (f. 208). S. Gregorii Nazianzeni carmina latine tantum reddita, Maurinorum opera. Epitaphia desunt (cf. S. Gregorii Nazianzeni Opera omnia, ed. et cur. D. A. B. Caillau, II, Parisiis, Parent-Desbares, 1840 pp. 206-1107). Praeit: (f. 202) *Ordo poëmatum s. Gregorii* (ed. cit. pp. XV-XVII). Subicitur: (f. 391) ⟨epitaphiorum ordo⟩ (ed. cit. pp. XVII-XVIII). **5** (f. 398). Eiusdem S. Gregori carmina, omnia ut supra latine tantum reddita, sed eodem ordine quo in Billiana editione digesta.

Codicem tres descripserunt librarii, quorum prior ff. 198-199, alter ff. 200-394, tertius ff. 394-650 exaravit. In marginibus ff. 2-197 quae L. A. Muratori opus exhibent, passim adnotationes plerumque manu, ni fallor, P. Maran exaratas invenies. In foliis 208-390v nitidis characteribus exscriptis, praeter carminum latinum textum, variae lectiones e pluribus codicibus depromptae, in inferioribus paginarum marginibus, eadem manu exaratae sunt, addita Billianae versionis indicatione tantum. Item in marginibus ff. 398-650 variantes nonnullas eadem manu qua textus, sed atramento deletas invenies; praeterea quam plurima correctiones et additamenta inter lineas, et in carmina monita nonnulla etiam in schedulis adglutinatis. Plura folia vacua. Ex notulis hanc alicuius momenti putavimus: (f. 310) *Rien ne manque, on a averti a la pag. 199 que la traduction du 1er poeme de cel section etait dans le manuscrit de D. Prudent Maran selon l'ordre qui se trouve dans les exemplaires imprimés.* In schedula n. 396 signata, alia manu saec. XIX: *S. Gregorii Nazianzeni Tomus secundus*, et in parte versa, etiam alia manu: *Pacco n. 8 Manoscritto Coustant.* Item in f. 397; codicum quibus auctor usus est brevis notitia: i. Coislinian. 202, Vat. 480, et aliquot Regg. codd.; demum f. 1 haec plumbo scripta praebet: *Carte dei Maurini (S. Gregorio Nazianzeno). Collocate il 4 Giugno 1885. E. St.*⟨evenson⟩.

In tegumenti dorso stemmata Pii X et Alph. Capecelatro card. bibliothecarii.

9860. 9860A. 9860B. 9860C. 9860D. Ann. 1629, 1661, in fol.

Iacobi Sirmondi Concilia antiquae Galliae tres in tomos ordine digesta, cum epistolis Pontificum, Principum constitutionibus et aliis Gallicanae rei ecclesiasticae monimentis. Lutetiae Parisiorum, 1629. Cod. 3860D exhibet opus cui titulus: Conciliorum antiquorum Galliae a Iac. Sirmondo S. I. edit. Supplementa opera et studio Petri Delalande etc. Lutetiae Parisiorum, 1661. Codd. 9860A et 9860B eundem tomum II conciliorum exhibent.

In marginibus, inter lineas et in schedulis adglutinatis quam plurima additamenta et correctiones Maurinorum manibus exarata invenies. Plura folia periere; singulorum voluminum enumeratio triplex est, nos novissimam secuti sumus.

In tegumentorum dorsis stemmata Pii X et Alph. Capecelatro card. bibliothecarii.

9861. An. 1789, in fol., coll. 1384, + pp. 1385-1436 et coll. 1-695.

Conciliorum Galliae tam editorum quam ineditorum collectio temporum ordine digesta, ab anno Christi 177 ad an. 1563... opera et studio monachorum

congregationis Sancti Mauri. Tomus primus. Parisiis, M.D.CC.LXXXIX. Subicitur tomus secundus (coll. 1-695) numquam publici iuris factus, qui inc. *Gregorii Magni epistolas omnes ad Gallos scriptas;* et des. mutilus *bella denuo suscitare nunc⟨iatum⟩*.

Liber e duobus conflatus, quorum prior pergit usque ad p. 1436, et annos complectitur 177-591; alter propriam habet enumerationem (coll. 1-695) et annos complectitur 591 761, nempe ab epist. 1ª s. Gregorii papae I ad Virgilium et Theodorum episcopos, usque ad conventum in Villa Duria. In marginibus coll. 681-696 libri II passim correctiones manu scriptas invenies, et imis marginibus coll. 695-696 notulas manu scriptas legimus, quarum prior nunc calamo deleta haec continet: *La copie depuis cette assemblée de Duren jusqu'à la notice de l'assemblée d'Attigni de l'an 765 s'étant égarée lorsqu'on arreté l'impression il faudra, si on ne peut la trouver, demander le feuilles L. 4. V. 4 imprimées, mais non corrigées qui sont à l'imprimerie;* altera eadem, ut mihi videtur, manu exarata: *La Copie s'est trouvée.* In primo tomo chartula p. 1436 vacuae adglutinata, haec scripta exhibet manu saec. XIX: *Il volume è legato in rustico e la parte seconda non contiene che 500 pagine, cioè la metà del volume, gli ultimi fogli non sono che gli stamponi corretti come vedesi dalli richiami esistenti in margine e fatti a penna. Manca ancora del titolo.*

In tegumenti dorso stemmata Pii X et Alph. Capecelatro card. bibliothecarii.

9862. Saec. XVIII, chart., mm. circiter 348×225, 232×176, ff. 432.

Monachorum congregationis S. Mauri ⟨Schedae. Variae lectiones e pluribus codicibus depromptae, observationes praeviae, notae postumae Iac. Sirmondi et aliorum latino et interdum gallico sermone exaratae ad concilia Galliae saec. IV-V spectantes⟩.

1 (f. 6). Concilium Arelatense primum (an. 814). Canones et variae lectiones. Praeeunt variae lectiones in epistulas falso ab Isidoro Mercatore pontificibus adscriptas, i.: [1] (f. 1) Aniceti papae epist. ad Galliae episcopos (ann. 157-168); [2] (f. 2) Callisti papae epistula decretalis ad omnes Galliae urbium episcopos (an. cir. 200); [3] (f. 3) Felicis pp. epist. ad episc. Galliae (an. 269-270); [4] (f. 4) Eusebii pp. epist. ad Galliae episcopos (an. 310). **2** (f. 20). Concilium Agrippinense (an. 346). **3** (f. 25). Concilium Valentinum I (an. 374). **4** (f. 40). Concilium Aquileiense (an. 381). **5** (f. 43). Canones Synodi Romanorum ad Gallos episcopos (ann. 384-398). **6** (f. 49). Concilium Burdigalense (an. 384). **7** (f. 50). Concilium Trevirense (an. 386). **8** (f. 51). Concilium Taurinense (an. 397). **9.** Iac. Sirmondi notae postumae nunc primum editae, in epistolas aliquot Innocentii Papae I: [1] (f. 57) I. In epistolam ad Victricium; [2] (f. 58) II. In epistolam ad Exuperium; [3] (f. 59) III. In epistolam ad synodum Tolosanum. **10** (f. 61). Excerpta e manuscripto collegii Societatis ⟨Iesu⟩ exarato circa annum 800 ⟨i. cod. 569⟩. **11** (f. 67). *Additions aux anathematismes et à la profession de*

foy de Prosper publiés par le père Sirmond, Tome 1er de ses Conciles de France, pag. 209. **12** (f. 68). Innocentii I papae epistularum lectiones variae è pluribus codicibus depromptae. **13** (f. 117). Concilium Romanum ad Gallos episcopos (an. 407). **14** (f. 119). Zosimi papae epistularum collationes. **15** (f. 125). Iac. Sirmondi notae postumae in aliquot Zosimi pp. epistulas. **16** (f. 129). Bonifacii papae epistularum collationes. **17.** Iac. Sirmondi notae postumae: [1] (f. 140) ⟨In⟩ Bonifacii papae epistolas duas nunc primum editas: I ad episcopos Galliae; II ad Hilarium episcopum Narbonensem; [2] (f, 140ᵛ) in Caelestini Papae epistolas I ad episcopos provinciae Narbonensis et Viennensis; II (f. 142) ad episcopos Galliae; [3] (f. 144ᵛ) in Leporii libellum et Valentiniani (cod.: Valentini) constitutionem. **18** (f. 148). Concilium Valentinum III (an. 425). **19** (f. 149). ⟨P. Coustant⟩ Leporii monachi libellus ad episcopos Galliae. Monitum. **20** (f. 151). Ex Adonis Viennensis chronico ⟨exerptum⟩. **21** (f. 154). ⟨Epistularum Caelestini papae variae lectiones⟩. **22** (f. 172). In concilium incerti loci (anno 429) ⟨monitum⟩. **23** (f. 175). De profectione s. Germani Antissiodorensis et Lupi Trecensis in Angliam. **24** (f. 180) ⟨Caelestini pp. epistularum variae lectiones⟩. **25** (f. 185). Praeteritorum Sedis Apostolicae episcoporum auctoritates de gratia Dei et libero voluntatis arbitrio ⟨variae lectiones⟩. **26** (f. 192). Concilium Regense (an. 439). **27** (f. 196). Notae in concilium incerti loci (an. 444). **28** (f. 198). Concilium Arausicanum I (an. 441). **29** (f. 200). Concilium Regense (an. 439) ⟨variae lectiones⟩. **30** Iac. Sirmondi notae postumae: [1] (f. 213) in concilium Regense; [2] (f. 216) in concilium Arausicanum I. **31** (f. 229). *Concile de Riez* ⟨notae⟩. **32** In concilium Arausicanum I: [1] (f. 230) notae; (f. 234) variae lectiones. **33.** In concilium Vasense I (an. 442): [1] (f. 255ᵛ) variae lectiones; [2] (f. 273) notae. **34** (f. 280). Tituli seu summaria concilii Arausicani. **35** (f. 282). S. Leonis papae epistulae ad episcopos provinciae Viennensis variae lectiones. **36** (f. 285). Monitum in concilium incerti loci anni 444, nec non in epistolam Leonis papae ad episcopos provinciae Viennensis. Subiciuntur: [1] (f. 288) notae in concilium idem, an. 444; [2] (f. 289) monitum aliud in idem concilium, an. 444; [3] (f. 293) variae lectiones in s. Leonis papae epistulam ad episcopos Viennenses. **37** (f. 298). ⟨De legatione in Angliam Germani Antissiodorensis et Lupi Trecensis, auctoritates⟩. **38** (f. 299). ⟨S. Leonis et Hilari pp. epistularum aliquot variae lectiones⟩. **39.** Concilium Arelatense II (an. 452): [1] (f. 311) variae lectiones; [2] (f. 336) notae. **40** (f. 340). ⟨S. Leonis papae epistularum aliquot variae lectiones⟩. **41** (f. 359). De concilio Venetico et Turonico (an. 453, 482). **42** (f. 360). In concilium Andegavense (an. 453), notae et variae lectiones. **43.** In s. Leonis papae epistulas aliquot:

[1] (f. 364) variae lectiones; [2] (f. 368) Iac. Sirmondi notae postumae. **44.** In concilium Arelatense III, an. 455: [1] (f. 379) variae lectiones; [2] (f. 383) notae. Subicitur: (f. 385) *Quesnelli auctoritas pro S. Hilario.* **45** (f. 386). Epistulae Lupi Tricassini et Euphroni Augustodunensis ad Talassium Andegavensem ‹variae lectiones›. **46.** Concilium Turonicum I (an. 461): [1] (f. 391) variae lectiones; [2] (f. 402) notae. **47** (f. 403). Hilari papae epistularum aliquot notae et variae lectiones. **48** (f. 413). Concilium Veneticum (an. 465), notae et variae lectiones. **49** (f. 428). Gelasii papae epistularum aliquot, notae et variae lectiones (cf. Conciliorum Galliae tam edit. quam ineditorum collectio... opera et studio monachorum congreg. s. Mauri. Tomus primus, Parisiis 1779, coll. 75-656).

Codicem plures descripserunt librarii tum currenti nimium calamo tum nitidis characteribus. In marginibus, inter lineas, in schedulis adglutinatis quamplurima additamenta et correctiones. Foliorum enumeratio duplex est, recentiorem imis marginibus typis appositam secuti sumus. Plura folia vacua.

In tegumenti dorso stemmata Pii X et Alph. Capecelatro card. bibliothecarii.

9863. Saec. XVIII, chart., mm. circiter 325×206 et 283×204, ff. 391 (+ f. 200).

Monachorum congregationis S. Mauri ‹Schedae. Variae lectiones e pluribus codicibus depromptae, observationes, notae postumae Iac. Sirmondi et aliorum latino et interdum gallico sermone exaratae ad concilia Galliae saec. VI spectantes›.

1 (f. 1). Collatio quarundam epistolarum Symmachi papae ‹Hormisdae, Felicis III, Ioannis II, Agapeti et Vigilii›. Subiciuntur: (f. 7-9) collationes variae eiusdem Symmachi pp. epistularum. **2** (f. 10). De synodo Romana in causa Symmachi papae (an. 503). **3** (f. 11). Concilium Agathense (an. 506), variae lectiones et (f. 43) notae. Subiciuntur (f. 44) notae in concilium Tolosanum (an. 507). **4** (f. 45). Concilium Aurelianense I (an. 511), variae lectiones et (f. 79) notae. **5** (f. 80). ‹Quarundam Symmachi papae epistularum collationes›. **6** (f. 90). ‹Hormisdae papae epistularum collationes›. **7** (f. 94). Concilium Epaonense (an. 517). Variae lectiones, et (f. 119) observationes et notae. Subicitur: (f. 123) Guicheron *Du lieu ou fut tenu le concile d' Epone appellé Concilium Eponense ou Epaunense.* **8** (f. 124). Concilia Arelatense I, Arausicanum II, Agatense, Aurelianense I collata ad cod. 569 collegii Parisiensis Societatis Iesu. **9** (f. 126). Concilium Arelatense IV (an. 524), notae et variae lectiones. **10** (f. 142). De synodo Tornacensi (an. 526-527) ‹auctoritates›. **11** (f. 143). Concilium Carpentoratense (an. 527). Variae lectiones. **12** (f. 151). ‹Felicis IV papae quarundam epistularum ad mss. Regios collationes›. **13** (f. 154). Concilium Arausicanum II (an. 529), notae et variae lectiones.

14 (f. 173). Concilium Vasense II (an. 529), notae et variae lectiones. **15** (f. 183). De causa Contumeliosi episcopi Regensis ⟨auctoritates⟩. **16** (f. 184). Concilium Aurelianense II (an. 533). Variae lectiones et notae. **17** (f. 191). Oratio Caesarii Arelatensis in causa Contumeliosi collata ad varios mss. Regios. **18** (f. 196). Ioannis II et Agapeti pp. epistulae nonnullae ad mss. Regios collatae. **19** (f. 201). Concilium Arvernense (an. 535). Variae lectiones et notae Subiciuntur (f. 218) notae in concilium Agaunense (an. 541). **20** (f. 219). Synodus Tullensis (an. 537). ⟨Notitia⟩. **21** (f. 220). Vigilii papae epistulae nonnullae ad Regios mss. collatae. **22** (f. 223). Concilium Aurelianense III (an. 538), variae lectiones et notae. **23** (f. 249). Troiani episc. Santonensis epistularum collationes. **24** (f. 252). Concilium Aurelianense IV (an. 541). Variae lectiones et notae. **25** (f. 259). Concilium Aurelianense V (an. 549). Variae lectiones et notae. **26** (f. 277). Concilium Arvernense II (an. 549). Variae lectiones. **27** (f. 279). Concilium Arelatense V (an. 554). Variae lectiones et notae. **28** (f. 287). Concilium Parisiense II (an. 555). Collationes. **29** (f. 292). Pelagii papae epistulae aliquot ad Regios mss. collatae. **30** (f. 295). De epistola III Pelagii papae ad Childebertum Francorum regem. Subiciuntur: (f. 296) quaedam de Pelagii epistulis. **31** (f. 297). Concilium Parisiense III (an. 557). Variae lectiones. **32** (f. 310). Epistula Ioannis III pp. ad episcopos Germaniae et Galliae, ex cod. Regio 1563. **33** (f. 311). Clotari Regis constitutio generalis collata ad duos mss.: Corbeiensem et Tilianum. **34** (f. 312). Concilium Lugdunense II (an. 567). Variae lectiones. **35** (f. 313). Concilium Turonense II (an. 567). Variae lectiones. **36** (f. 322). Epistula episcoporum Provinciae Turonicae collata ad Regios mss. nonnullos. **37** (f. 326). Testamentum S.tae Radegundis (an. 567). Variae lectiones. **38** (f. 328). In concilium Turonense II notae. **39** (f. 331). Concilium Parisiense IV (an. 573). Variae lectiones et notae. **40** (f. 333). Concilium Autissiodorense (an. 578). Collationes et notae. **41** (f. 342). Epistola Pelagii papae II ad Aunaurium (cod. Aunacharium) episcopum Autissiodorensem. **42** (f. 344). Concilium Matisconense I (an. 581). Variae lectiones et notae. **43** (f. 355). Concilium Lugdunense III (an. 583). Collationes. **44** (f. 356). Concilium Valentinum II (an. 584). **45** (f. 359). In concilium Matisconense II (an. 585) auctoritates et collationes. **46** (f. 368). Guntranni regis adlocutio ad plures Regios mss. collata. **47** (f. 371). Notae in concilium Matisconense II. **48** (f. 372). In concilium Augustodunense (an. 589) nota. **49** (f. 373). In concilium Sauriciacum (an. 589) nota. **50** (f. 374). Ad concilium seu conventum duplicem episcoporum in negotio Chrodieldis de monasterio S.tae Radegundis. Ex Gregorio Turonensi lib. X cap. XXXIX ⟨excer-

ptum⟩. **51** (f. 375). **Gesta ante conventum seu concilium in quo confirmata excommunicatio in Chrodieldem et ceteras moniales monasterii S. Radegundis Pictaviensis. Ex Gregorio Turon. hist. lib. IX cap 4 ⟨excerptum⟩. 52** (f. 376). **De concilio Narbonensi (an. 590). 53** (f. 377). **De baptismo Clotarii pueri regis. Ex Gregorio Turonensi lib. VIII cap. I ⟨excerptum⟩. 54** (f. 378). **Addenda ad concilium Pictaviense, anno 590. Ex hist. Franc. Gregorii Turonensis, lib. X cap. XV ⟨excerptum⟩. 55** (f. 379). **Gregorii papae epistulae nonnullae ad Regios mss. collatae (cf. Conciliorum Galliae... collectio ed. cit. coll. 681-1347).**

Codicem plures descripserunt librarii. Correctiones et additamenta quamplurima, eadem manu qua textus, inter lineas, in marginibus et in schedulis foliis adglutinatis. Foliorum enumeratio duplex est, recentiorem imis marginibus typis appositam secuti sumus. Plura folia vacua.

In tegumenti dorso stemmata Pii X et Alph. Capecelatro card. bibliothecarii.

9864. Saec. XVIII, chart., mm. circiter 322 × 202, et 208 × 164, ff. 489 (+ ff. 167[a], 169[a]).

Monachorum congregationis S. Mauri ⟨Schedae. Variae lectiones e pluribus codicibus depromptae, observationes, monita et notae ad concilia Galliae saec. VII-XI spectantia⟩.

1. Saec. VII. [1] (f. 2). ⟨In concilium incerti loci, an. 600, monitum⟩. Inc. *Nulla synodus Gallicanorum episcoporum hoc tempore occurrit in editis.* Des. *Mabillo, Annal. Bened. to. I, Lib. 9, p. 256, n. 34.* [2] (f. 3). *Autorité exercié par les princes a l'égard de certains règlements pressés dans les Conciles.* Inc. *M. de Marca observe que le Roy Clotaire II.* Des. *decrevimus roborandum.* [3] (f. 4). ⟨Excerpta ex Sirmond, Conc. Galliae I, 618⟩. [4] (f. 5). ⟨In concilium Matisconense, an. 623, 627, notula⟩. [5] (f. 6). ⟨De duobus conciliis Clippiacensibus, an. 625-628⟩. [6] (f. 8). Dagoberti regis praecepta de episcopali dignitate Cadurcae urbis conlata Desiderio Thesaurario: *Condecet clementiae, principatus nostri sagaci* (ed. Balutii t. I Capit. Reg. Franc. Venetiis, 1772, pp. 97[v] sqq.). [7] (f. 9). Indiculus Dagoberti regis ad domnum Sulpicium archiepiscopum ut Desiderium benedicat (Balutii, op. et loc. cit.). [8] (f. 10). ⟨De epistulis Martini I pp., notula⟩. [9] (f. 11). Concilium Tolosanum, an. 1119. Variae lectiones. [10] (f. 12). Concilium Cabilonense (an. 650). Variae lectiones. [11] (f. 19). ⟨Vitaliani papae epist. I collatio⟩. [12] (f. 20). Privilegium Emmonis episcopi Senonensis pro monasterio S. Petri apud Senonas. [13] (f. 21). Concilium Namnetense. Variae lectiones ex colle-

ctione Canonum, XII saec. exarata, collegii quondam Ignatiani Parisiensis. [14] (f. 22). Concilium Augustodunense, an. 670. Variae lectiones. [15] (f. 24). Notitia concilii Cabilonensis, tempore Guntranni regis celebrati, descripta ex ms. Regio 1452, olim Colbert. 449, f. 202, circa annum 673. [16] (f. 25). Concilium Burdigalense habitum circa an. Christi 663. [17] (f. 28). S. Columbani epistola secunda.

2. Saec. VIII. [1] (f. 29). Concilium Compendiense, an. 717. Variae lectiones. [2] (f. 30). ⟨De S. Bonifacio archiepiscopo Moguntino⟩. [3] (f. 31). Zachariae papae epistula ad Austrobertum Viennensem archiepiscopum. [4] (f. 32). Observatio circa synodum Germanicam, an. 742, et Suessionensem, an. 744. [5] (f. 33). De concilio Romano, an. 745 notula. [6] (f. 34). ⟨De conventu Suessionensi, an. 751 vel 752 auctoritates quaedam⟩. [7] (f. 36). Admonitio clariss. viri Steph. Balutii de additamento IX capitulorum seu canonum ad concilium Vermeriense, an. 752. [8] (f. 37). Bonifacii epist. ad Stephanum II papam *Sanctitatis vestrae clementiam,* ex cod. Regio 3896, f. 25. [9] (f. 38). *Sacré du Roy Pepin en 751 au 753 par Boniface Archev. de Mayence avec le discours que ce pontife prononça au nouveau Roy au nom des Français.* [10] (f. 44). Additamentum ad epistulam V^{am} Pauli I papae. [11] (f. 46). Index epistularum Pauli I ad Pipinum regem et aliorum qualis vulgatus fuit ab authoribus (!) Centuriar. Magdeburg. tom. VIII, cap. 10, pag. 725, 726; cum praefatione eorumdem authorum (!). [12] (f. 47). De Pauli I papae epistulis codice Carolino contentis. [13] (f. 48). Conventus in villa Duria, anno Christi DCCLXX, Pippini regis X. Observatio praevia inc. *Conventus istius solum fere nomem in Chronicis habetur;* des. *relectus anno 859.* [14] (f. 48^{v}). Conventus Nivernensis, an. 763. [15] (ibid.). Conventus Wormatiensis, an. 764. [16] (f. 49^{v}). Conventus Attiniacensis, an. 765. [17] (f. 50^{v}). Conventus Aurelianensis, an. 766. [18] (f. 51). Concilium Gentiliacense, an. 767. [19] (ibid.). Conventus episcoporum et optimatum in Aquitania apud Ruthenos, cuius consilio et precibus Pippinus rex monasterio Sancti Antonini multa largitus est, an. 767 ⟨atramento deletus⟩. [20] (f. 51^{v}). Conventus Bituricensis, an. 767 [21] (f. 52). Salutationes, argumenta et prima verba epistolarum Pauli papae ad Pippinum regem, annorum ordine disposita. Praeit (ibid.) Admonitio. Subiciciuntur (f. 57) Argumenta epistolarum Constantini pseudo-papae ad Pippinum regem. [22] (f. 57^{v}). Conventus apud s. Dionysium, an. 768. [23] (f. 58). Conventus Gallicanus, an. 768. [24] (f. 60). De concilio Ratisbonensi, ab anno 768 ad an. 772. [25] (f. 60^{v}). Concilium Romanum, an. 769. [26] (f. 63). ⟨Canones aliquot concilii Compendiensis⟩. [27] (ibid.). Notae in privilegium Gorziense., [28] (f. 63^{v}). Notae in conv. Duriensem, an. 761, et concilium

Romanum, an. 769. [29] (f. 66). Pippini regis epist. ad Lullum episc. Moguntinum pro faciendis Litaniis, seu pro agendis Deo gratiis de ubertate frugum terrae: *Cognitam scimus Sanctitati vestrae qualem pietatem.* Praeit Admonitio. [30] (f. 67). Insigne testimonium Hadriani papae I de synodo habita Romae, an. 769, sub Stephano praedecessore suo, una cum Gallicanis episcopis de imaginibus retinendis et cultu prosequendis. [31] (f. 68). Epistola Hadriani papae I ad Tilpinum Remensem archiep. *Tua fraternitas nobis retulit.* [32] (f. 70). Admonitio de epistola Lulli episcopi Moguntini ad summum pontificem. [33] (f. 71). Codicis canonum Romae Carolo Magno ab Hadriano papa oblati, variantes lectiones ex ms. codice Coisliniano 937, cum editione Pithoei collato. [34] (f. 79). Codex canonum ab Hadriano papa Carolo Magno regi oblatus, ex editione Pithoei et D. Lepelletier, collatus ad ms. codicem Sangermanensem n. 433 et ad Coislinianum n. 366. [35] (f. 91). Codex canonum ab Hadriano papa I Carolo M. regi oblatus. Ex editione Wandelstini quae Moguntiae prodiit, anno 1525; et Tom. I Conciliorum Germaniae adhibetur. Collatus ad tres codices mss. Ecclesiae Coloniensis..... n. CXV, CXVI, CXVII; collatus etiam ad Codicem Dionisi Exigui ......; item ad cod. ms. Sangermanensis bibl., num. 365 signatum. [36] (f. 105). Septima synodus qualis Nicaeae habita, an. 787. [37] (f. 106). Excerptum ex epistola Hadriani I papae ad Imperat. Constantinum et Irenem eius matrem, an. 787 *Cum talis iniquum erroris scandalum.* [38] (f. 107). Epistola Caroli Magni ad Offam regem Merciorum, ad quem misit librum Nicaeni II concilii generalis: *Cum deceat Reges potentes.* [39] (f. 108). Concilium Francofordiense, an. 794 ⟨excerptum⟩. [40] (f. 109). Praefatio in opus Caroli Magni contra synodum Nicaeae habitum pro adorandis imaginibus. [41] (f. 110). ⟨De⟩ Epistola Hadriani papae I ad Carolum regem ⟨notitia⟩. [42] (f. 111). Notitia concilii Aquisgranensis, an. 799; ex ms. cod. Karrofensi descripta a D. d. Etiennot in probationibus pro monasterio Karrof. p. 458. cod. 551.

3. Saec. IX. [1] (f. 112). Stephani V papae in Galliam adventus ⟨notitia⟩. [2] (f. 113). ⟨De epistulis Fulci Remensis archiep.⟩. [3] (f. 114). Hadriani papae epistulae ad Carolum Magnum et alios, ann. 824-871. ⟨Variae lectiones ex codicibus mss. depromptae⟩. Subiciuntur (f. 140) Hadriani papae capitula. ⟨Variantes lectiones⟩. [4] (144). Ex concilio Matiscensi ⟨excerptum⟩. [5] (f. 145). Fragmentum statutorum S. Mauri de Turon. *Solertes rectores ecclesiarum vigilare oportet.* [6] (f. 147). ⟨De capitulis Ingelramno episcopo datis ab Hadriano, notitia⟩. [7] (f. 148). Ex Concilio apud Vermansiam, an. 752. Variae lectiones. [8] (f. 149). *Variantes du titre 41 des capitulaires de Charle le Chauve, Baluze II tom., pag. 216 et suiv.*

[9] (f. 150). Addenda synodis Galli⟨canis⟩ VIII saec. et initio IX. [10] (f. 152). Ex concilio Parisiaco sub Ludovico imp. ⟨excerptum⟩. [11] (f. 153). Concilium Parisiense aevo incerto, tempore Ludovici ⟨excerptum⟩. [12] (f. 155). Epistola Leidradi Lugdunensis archiep. ad Carolum Magnum imp. ⟨notitia⟩. [13] (f. 157). Concilium Moguntiacum, an. 813. ⟨Collatio et excerpta⟩. [14] (f. 159). Concilium Cabilonense II, an. 813. ⟨Collatio⟩. [15] (f. 160). Conventus generalis tum episcoporum tum optimatum Franciae, habitus Aquisgrani, anno 813, in quo Ludovicus filius a Carolo M. patre ascitus in consortium et societatem regni atque imperii (excerptum ex t. II Scrip. Franc. ed. Du Chesne, p. 276 sqq.). [16] (f. 162). Concilium Trevirense ⟨notitia⟩. [17] (f. 163). ⟨Hetti Trevirensis archiepiscopi epistularum aliquot notitia⟩. [18] (f. 164). Praeceptum Ludovici imperatoris, postulante Ebbone Remensi archiepiscopo, datum in gratiam S^tae^ Remensis ecclesiae, seu ad restaurandam et amplificandam basilicam S. Mariae Remensis, an. 814. [19] (f. 167). Conventus generalis Aquisgrani, anno 814, habitus, in quo Ludovicus rex et imperator cum episcopis et optimatibus de rebus Ecclesiae utilibus communi consilio tractat. ⟨Notitiae et auctoritates⟩. [20] (f. 167v). Concilium Lugdunense, anno 814 habitum, ad ordinationem Agobardi Lugdunensis archiep. in locum Leidradi qui in monasterium Suessionense S^ti^ Medardi recessit. [21] (f. 168). Ademarus monachus diaconus in coenobio Engolismensi de synodo Aquisgrani congregata, anno III Ludovici Pii imp. [22] (f. 169). Nota Iac. Sirmondi S. I. in concilium Aquisgranense, anni 816. [23] (f. 169a). Nota eiusdem Sirmondi in capitulare an. III Ludovici Pii. [24] (f. 170). Concilium Aquisgranense, an. 816. ⟨Variae lectiones⟩. [25] (f. 179). Capitula monachorum Sangallensium edita circa annum DCCCXVII et primum publicata per D. St. Baluzium ex vetere cod. Sangallensi. [26] (f. 181). Partitiones regni a Ludovico Pio imperatore factae inter tres filios. [27] (f. 182). Nota Iacobi Sirmondi S. I. in conventum Aquisgranensem, an. 817. [28] (f. 183). Ludovici Pii imp. decretum confirmationis, quo donationes ecclesiae Romanae ab avo suo Pippino rege et a patre Carolo M. imp. factas Paschali papae confirmavit. [29] (f. 187). Concilium Aquisgranense, anno 818, habitum, in quo Theodulphus Aurelianensis aliique episcopi damnantur. [30] (f. 188). Concilium Veneticum in minore Britannia habitum anno 818. [31] (f. 189). Conventus Aquisgranensis habitus anno 819, in quo Missi dominici rationem reddiderunt de rebus Ecclesiae. [32] (f. 190). Ex concilio apud Theodonis villam. ⟨Collationes⟩. [33] (f. 191). Concilium Compendiense, anno 823, cum nota Steph. Baluzii. [34] (f. 192). Ludovici Pii imp. commonitorium Hieremiae et Ionae episcopis, cum ab eo legati Romam irent ad Euge-

nium papam *Venerunt ad praesentiam nostram Halitgarius et Amalarius.* [35] (f. 194). ⟨Quaedam memoratu digna ad conventum Parisiensem, an. 824, spectantia⟩. [36] (f. 195). Sacramentale promissionis quod clerus et populus romanus fecerunt Ludovico Pio imperatori et Lothario eius filio, anno 824, praesente Lothario. [37] (f. 196). Concilium in villa Ingilhenheim, an. 826. [38] (f. 197). Conventus Parisiensis, an. 824. ⟨Variae lectiones⟩. [39] (f. 199). Praeceptum imperatorum Hludovici et Hlotharii Imp. de institutione monachorum in concilio Dervensi, an. 827. ⟨Notitia⟩. [40] (f. 201). ⟨Quaedam de Gregorio IV et Eugenio II⟩. [41] (f. 202). Ex fragmento historico de concilio Aquisgranensi. [42] (f. 203). ⟨Notitia de conciliis anno 829 habitis nempe: Moguntiaco, Parisiensi VI, Lugdunensi et Tolosano⟩. [43] (f. 204). Epistula Gregorii IV ad Otgarnium episc. Moguntinum' *Quod nos sancto amore ac benevolentia diligitis.* [44] (f. 205). ⟨De epistulis Gregorii papae IV⟩. [45] (f. 208). Narratio clericorum Remensium qualiter Ebbo Remorum archiep., quod in Ludovicum Pium Imperat. conspiraverat ab episcopis depositus anno 835 et post ipsius Ludovici mortem sedi suae restitutus, ac deinde iterum deiectus est (ex A. Du Chesne, Script. Rer. Franc. II, 340). [46] (f. 212). Apologeticum Hebonis Remensis Archiepiscopi S^{tae} Sedis Apostolicae legati. [47] (f. 216). Conventus generalis episcoporum et procerum in villa Germimaco pagi Aurelianensis, an. 843. ⟨Notitia⟩. [48] (f. 218). Concilium Meldense, an. 845. ⟨Variantes lectiones⟩. [49] (f. 221). Fragmenta professionis et libelli, utriusque per Gotheschalcum monachum Rabano archiepiscopo in placito Moguntino oblati, ex Hincmari opere de Praedestinatione, cap. V., p. 25. [50] (f. 222). Confessio Gotteschalci monachi damnati, ex ms. cod. Corbeiensi, in Biblioth. s. Germani a Pratis. [51] (f. 223). Synodus habita Rhemis ab Hincmaro archiep., anno 846 aut 847. [52] (f. 224). ⟨De Sergio II papa⟩. [53] (f. 225). Ex epistola Rabani Mauri ad Heberardum comitem, an. 847 aut 848. [54] (f. 225v). Ex epistola ad Notingum Veronensem electum episcopum. [55] (f. ibid.). Ex epist. eiusdem Rabani ad Hincmarum Remensem archiep. [56] (f. 227). ⟨De conciliis Moguntinis duobus, an. 847 et 857, et Wormacensi, an. 868⟩. [57] (f. 228). Epist. Synod. conc. IV Turonensis, an. 849. [58] (f. 229). Quomodo Nomenonis tyrannus Brittonum de quatuor episcopatibus fecit septem, tempore Caroli Calvi regis Francorum. [59] (f. 231). Epistola Leonis papae IV ad episcopos Britanniae, collata ad codicem ms. biblioth. Sangermanensis num. 938, in quo epistolae huius excerpta continentur. [60] (f. 233). Concilium Suessionense II, an. 853, cum observatione Phil. Labbe (f. 234). [61] (f. 236). ⟨Eiusdem concilii variantes lectiones ex ms. S. Gatiani Turonensis n. 193⟩. [62] (f. 238). De synodo Mogun-

tina anni 857 ⟨excerptum ex annalibus Fuldensibus⟩. [63] (f. 239). Concilium Suessionense iussu Ludovici regis Transrhenensis indictum, anno Christi 858. [64] (f. 240). Ex concilio Aurelianensi nescio quo, an. 858. ⟨Collationes⟩. [65] (f. 241). Ex conciliis Aurelianensi, Meldensi, Remensi, an. 858. ⟨Collationes⟩. [66] (f. 243). Capitula data III synodo apud Carisiacum, anno DCCCLVII, mense februario. [67] (f. 247). Epistola episcoporum provinciae Remensis et Rotomagensis ad Ludovicum regem, mense novembre, an. 858. [68] (f. 276). Responsa Nicolai papae I ad consulta Arduini archiepiscopi Vesontiensis. [69] (f. 279). Nicolai I epistularum aliquot variantes lectiones. [70] (f. 284). Concilium Suessionense in quo Rothadus episcopus Suessionensis episcopali communione privatus fuit donec obediret (!) an. 861. [71] (f. 286). Nicolai I epistularum aliquot variantes lectiones. [72] (f. 289). Concilium sive conventus apud Confluentes ad Rhenum in basilica s. Castoris, anno Christi 860. [73] (f. 291). Epistula HLudovici et Lotharii regum ad Nicolaum I papam, an. 861 *Nullus mortalium sanctissimi Apostolatus.* [74] (f. 293). Concilium episcoporum provinciae Senonensis incerto loco, habitum anno 862. [75] (f. 294). ⟨Nicolai papae I epistularum aliquot variantes lectiones⟩. [76] (f. 300). Additio ad Concilium Romanum I in causa Lotharii et Theutbergae, Theutgaudi et Guntharii episcoporum, ex annalibus Bertinianis ad an. 863 et 867 ⟨excerptum⟩. [77] (f. 302). De synodo Metensi habita anno 863, in causa repudii Theutpergae uxoris Lotharii. [78] (f. 303). Guntharii et Theutgaudi episcoporum responsum ad Nicolaum I papam post ipsorum damnationem in concilio Romano pronunciatam, anno 863. [79] (f. 305). ⟨Nicolai papae I, concilii Suessionensis et Caroli regis epistulae aliquot ad varios mss. collatae⟩. [80] (f. 339). Documentum de ordinatione Electranni episcopi Redonensis ⟨collatum ad ms. Colbert. 2576, nunc Bibl. Reg. 1458⟩. [81] (f. 341). Concilium Vermeriense habitum circiter an. DCCCLXVI. Cui subicitur (ibid. et f. 344) Privilegium monasterii Atrebatensis concessum in concilio Vermeriensi, anno DCCCLVI. [82] (f. 345). Responsa Nicolai I ad consulta Arduici archiepiscopi Vesontientis, circa an. 866. [83] (f. 349). Synodi Trecensis habitae anno 867, epitome ex Flodoardi Lib. III, hist. Remens. c. XVII. [84] (f. 351). Concilii Suessionensis compendium quale Flodoardus suis Eccl. Remensis annalibus, Lib. III, Cap. XI pertexuit, an. 867. [85] (f. 356). Compendium eiusdem concilii Suessionensis tertii ex annalibus Bertinianis, tom. III Script. Hist. franc. per A. et F. Du Chesne. [86] (f. 357). ⟨Nicolai I papae epistulae aliquot ad mss. varios collatae⟩. [87] (f. 370). Vormatiense concilium habitum anno Domini 868, Hadriano II papa, Ludovico II Imp. [88] (f. 380). ⟨Concilium Meldense, an. 868⟩. [89] (f. 386). ⟨Hadriani papae II epistulae

aliquot ad ms. Colbert. 1864, nunc Reg. 1557, collatae>. [90] (f. 389). <Ex conciliis Meldensi, Agrippinensi et Epaonensi excerpta>. [91] (f. 391). Synodus Viennensis, an. 870. [92] (f. 392). Iter Caroli Calvi Romam, anno 875, audita morte Ludovici imperatoris filii fratris sui Lotharii, cui Ludovicus filius haereditario iure successerat. [93] (f. 394). Controversia inter archiepiscopum Turonensem et episcopum Dolensem de iure metropolitano. [94] (f. 395). Varia elogia quibus Flodoardum ornavit doctissimus Io. Mabillonius. [95] (f. 396). <Quaedam de concilio Remensi, an. 991>. [96] (f. 397). Epistola Mantionis Catalaunorum episc. ad Fulconem Rhemensem episc. <Notitia>. [97] (f. 398). <Excerptum> ex Flodoardi libro IV, c. VII. [98] (f. 399). Mantionis ep. Catalaun. epistola ad Fulconem Remensem *Notum Sanctimoniae Vestrae precamur.* [99] (f. 400). Concilii Triburiensis canon. e ms. Colbert. 4047 <nunc Reg. 3881>. [100] (f. 402). <Excerpta> ex Adhemari chronico; ex privilegio dato a synodo Vermeriensi, an. 869; ex ms. cod. Karrofensi, an. 1096; ex actis Synodi Karrof., an. 990; ex Adhemari Cabunensi et Lemovic. chronico; ex chronico Malleacensi Petri Raimundi abbatis s. Maxentii. [101] (f. 404). Concilium Portuense habitum anno DCCCXCVII, ex archivio Narbonensi, per Steph. Baluzium publicatum.

4. Saec. X. [1] (f. 407). Synodus episcoporum provinciae Remensis. Ex tom. II Script. franc. per A. Du Chesne p. 385 et aliis documentis excerpta. [2] (f. 409). Concilium episcoporum Gothic. et Spanic. anno DCCCCII, in villa Attiliano, pago Narbonensi habitum. In quo deffinitum quod Ecclesia S. Mariae de Quadraginta non suberat nec subesse poterat ecclesiae s. Eulaliae de Cruccio. [3] (f. 410). Concilium Barcinonense, an. 906. [4] (f. 411). Concilium Magalonense apud Iunquarios, habitum anno DCCCCIX. [4] (f. 417). Concilium apud Confluentiam, habitum anno 912. [5] (f. 418). Pactum Bonnense, an. 921. [6] (f. 419). Concilium VIII episcoporum apud Confluentes Rhem., anno 922. [7] (f. 420). Rescriptum Marini legati nec <non> Agapiti papae ad Hugonem Galliarum principem, ann. 947, 948, excerptum ex Browero C., Antiquitates et Annales Trevirensens, Lib. IX, n. CIV. [8] (f. 421). Synodus Noviomensis sub Rodulpho episcopo Noviomensi, anno circiter DCCCCLX. [9] (f. 422). <Excerpta ex chronico Mosomensi>. [10] (f. 423). <De concilio apud Montem S. Mariae, an. 973>. [11] (f. 424). Epistulae duae Iohannis papae XV, ex libro III chronici Centulensis, sive S. Richarii, cap. 25. [12] (f. 426). Indictio concilii provinciae Remensis per Adalberonem archiep. Remensem in Monte s. Mariae, an. 983. [13] (f. 427). De Carolo Ludovici V ultimi Karolidorum stirpis patruo. [14] (f. 428). Coronationes sive inaugurationes regum Francorum tertiae stirpis quae

Capetiana dicitur. [15] (f. 429v). Conventus episcoporum Remensis ecclesiae et provinciae, in quo post mortem Adalberonis electus est Arnulfus Lotharii regis naturalis filius et Caroli Lotharingiae ducis patruus in episcopum Remensem, anno 989, suffragantibus regibus Hugone et Roberto. [16] (f. 430v). Chirographus Arnulfi seu fides ab ipso data regibus Hugoni et Roberto cum in Remensem archiepiscopatum est electus ac ipsorum consensu. [17] (f. 431). Arnulfi archiep. Remensis commonitorium et anathema in praedones Remenses. [18] (f. 432). ⟨Arnulphi Remensis archiep. epistulae aliquot⟩. [19] (f. 433). Epistola Hugonis Capeti ad Signiuum archiepiscopum Senonensem. [20] (f. 434). Epistola Adalberonis Laudunensis episcopi ad episcopos comprovinciales. [21] (f. 435). Hugonis Capeti coronatio et unctio in regem Francorum, anno 987. [22] (f. 436). Concilium Carrofense apud Carrofum, Pictavensis dioecesis monasterium ab episcopis Aquitaniae II celebratum circa annum 989, Iohannis XV pp. anno V, Hugonis Regis III, Willelmo III Aquitanorum duce. [23] (f. 438). Concilium Ansanum, anno 990 celebratum, in quo Cluniacensis monasterii possessiones episcopali auctoritate confirmantur et varia eduntur decreta. [24] (f. 440). Synodus Silvanetensis, habita anno DCCCCXC, in qua provinciae Remensis episcopi anathema dixerunt in praedones ecclesiae Remensis. [25] (f. 442). Epistola Hugonis regis Francorum ad Iohannem papam XV *Novis atque inusitatis rebus.* [26] (f. 442v). Epistola episcoporum provinciae Remensis ad Iohannem papam XV *Non sumus nescii, Beatissime pater, iamdudum.* [27] (f. 444). Concilium Narbonense, habitum anno 990, sub Hermengaudo Narbonensi archiepiscopo adversus ecclesiasticorum bonorum pervasores. [28] (f. 445). Conventus episcoporum de treuga et pace, circa annum 990 aut 1002. [29] (f. 446). *Concile de Remis ou Arnoulf archev. de cette metropole fut deposé en 991.* [30] (f. 447). Card. Baronii iudicium de Concilio Remensi, in quo deiectus Arnulfus et eius loco delectus Gerbertus qui eam sedem obtineret et regeret. [31] (f. 448). Varia doctorum hominum iudicia de concilio Remensi, an. 991, in causa Arnulfi Remensis archiep. [32] (f. 449). ⟨De Gerberto Remensi archiep. quaedam⟩. [33] (f. 450). Iacobi Sirmondi societatis Iesu brevis narratio concilii Remensis adversus Arnulfum Remens. archiep., ann. 991, cum tribus actis quae isti compendiosissimae narrationi subiunxit. [34] (f. 451). Admonitio historica de Remensi ad S. Basolum synodo, habita anno 991, in causa Arnulfi Remensis archiep. [35] (f. 453). Synodus ecclesiae Gallicanae habita Dur⟨ocor⟩tori Remorum sub Hugone A. et Roberto Francorum regibus cum apologia eiusdem synodi scripta a Gerberto tum quidem archiepiscopo Remensi, postea Romano pontifice. [36] (f. 454). ⟨Gerberti archiep. Remensis epistulae aliquot⟩. [37] (f. 457). Concilium Romanum in basilica seu palatio Lateranensi

habitum anno 993, pro referendo in album sanctorum cum solenni ritu S[to] Uldario Augustae Vindeliciorum episcopo. [38] (f. 459). Concilium Ansanum, anno 994 celebratum, canonicos in ecclesia Romanensi instituit seu restituit. [39] (f. 461). Concilium apud S. Dionysium prope Parisios, anno 995, in quo actum de decimis ecclesiae restituendis. [40] (f. 463). Admonitio seu praefatio de synodo Mosomensi, anni 995, in causa Arnulfi deiecti e sede Remensi et Gerberti in illam sedem collocati. Subicitur (f. 463ᵛ) Concilium Mosomense, habitum an. 995. [41] (f. 465). Concilium alterum Rhemense, in quo per Leonem sedis apostolicae legatum Arnulfus, depulso Gerberto, Remensi ecclesiae restitui iubetur, anno Christi 995, Iohannis papae XV tempore. [42] (ff. 468-470). ⟨De Arnulfo et Gerberto Remensibus archiep., excerpta ex variis chronicis⟩. [43] (f. 471). Baldrici Noviomensis episcopi narratio de negotio Arnulfi et Gerberti pro sede Remensi. [44] (ibid.). Romae synodus habita anno Christi 996 adversus pervasores bonorum ecclesiasticorum, ex cap. CXI chronici Cameracensis. [45] (f. 474). Concilium in causa immunitatis s. Martini Turonensis celebratum tempore Archembaldi Turonensis archiep., circa an. 996 aut 997. [46] (f. 476). Epistola monachorum monasterii in Montemaiori, prope Arelatem ad Gregorium papam V. [47] (f. 477). Epistula Abbonis abbatis Floriacensis ad Leonem abbatem S[ti] Bonifacii in urbe Romae(!). [48] (f. 478). Concilium Romanum, praesidente Gregorio papa V, anno incarnationis Dominicae 998, ex tabulario ecclesiae Aniciensis. [49] (f. 480). Epistula Gregorii papae V ad Constantiam Reginam Roberti Francorum Regis coniugem, an. 998. [50] (f. 481). Concilium Romanum, praesidente Gregorio papa, anno incarnationis Dominicae 998, ex tabulario Aniciensis ecclesiae ⟨iterum, v. superius f. 478⟩.

5. Saec. X-XI. [1] (f. 483) Silvestri II papae epistulae aliquot: [a] (ibid.) ad Azolinum Laudunensem episcopum; [b] (f. 483ᵛ) ad Arnulfum Remensem archiep.; [c] (f. 486) ad Robertum Vizeliacensem abbatem cuius abbatiae privilegia continuat. [2] (f. 487). Concilium Pictavense sub Gregorio VI.

Codex in singulis partibus autographus currenti calamo a pluribus librariis exscriptus, nonnullas correctiones et additamenta inter lineas et in marginibus, plerumque eadem manu qua textus, exarata praebet. Folium 42 notulam de Stefano II pp. exhibet; folia 64-65 typis impressa, sunt pp. 53-54, 57-58 Concil. antiqua Galliae, ed. I. Sirmond, t. II. In summo margine f. 243 alia manus haec notavit: *Auffer quaternionem primum;* et in margine eiusdem f., item alia manus: *istud concilium ad res nostras non spectat, ideoque omittendum;* f. 378 oscitanter enumeratum post f. 385 restituendum, in f. 489 notula de chartulario s. Martini Turonensis. Nonnulla huius codicis edita invenies in cod. Vat. Lat. 9861, parte II, coll. 1-696. Foliorum enumeratio triplex est, recentiorem typis impressam secuti sumus; folia quamplurima vacua.

In tegumenti dorso stemmata Pii X et Alph. Capecelatro card. bibliothecarii.

9865. Saec. XVIII, chart., mm. 285 × 197, ff. 390.

Monachorum congregationis S. Mauri ⟨Schedae. Variae lectiones nonnullae, observationes seu monita et notae ad Concilia Galliae saec. VIII-X spectantia⟩.

1. Saec. VIII. [1] (f. 1). Hadriani papae acrosticus ad Carolum Magnum prout in vetustissimo codice Sangermanensi n. 423 descriptus est. [2] (f. 5). Notae in capitulare 1 Caroli Magni. [3] (f. 5v). Notae in concil. Bavaricum apud Dingolvingam, an. 772. [4] (f. 7). Notae in epist. Hadriani ad Tilpinum, an. 774. [5] (ibid.). Notae in epist. Hadriani ad Bertherium, an. 775. [6] (f. 8). Concilium Duriense, an. 775. Subiciuntur (f. 9) *Notes sur le diplome de Charlemagne pour le jugement de la croix.* [7] (f. 10). Index et argumenta epistolarum Hadriani papae I ad Carolum regem, annorum ordine quantum apprehendi potuit disposita. Praeit (ibid.) Monitum. [8] (f. 19). Stephani III papae epist. ad Aribertum Narbonensem archiepiscopum. Praeit (f. 18) admonitio. [9] (f. 20). Caroli Magni capitulare primum, an. 769. [10] (f. 24). Salutationes et argumenta epistolarum Stephani papae III. [11] (f. 25v). Concilium Wormatiense I, an. 770. [12] (f. 26). Concilium apud Valentianas, Stephani III papae anno III, an. 771. Subicitur: Annotatio de Caroli Magni divortio cum Desiderii Longobardorum regis filia. [13] (f. 26v). Concilium Wormatiense II, an. 772. [14] (f. 27). Concilium Bavaricum apud Dingolvingam, anno XXII Tassilonis ducis Bavariae celebratum, tempore Hadriani papae I, anno Christi DCCLXXII. [15] (f. 30v). Concilium Genavense, quod apud Genavam civitatem a Carolo Magno cum ad Italicam expeditionem pergeret celebratum est, anno Christi DCCLXXIII. [16] (f. 31). Caroli Magni regis prima in urbem profectio et gesta cum Hadriano pontifice, anno Christi DCCLXXIV. Excerpta narratio ex verbis Anastasii Biblioth. in vita Hadriani eiusdem. [17] (ibid.). De codice canonum qui Carolo Magno regi, dum Romae esset, ab Hadriano papa oblatus est, an. DCCLXXIV. [18] (f. 33). De concilio Lateranensi, an. 774. [19] (f. 35v). ⟨Hadriani I pp. epistularum aliquot index et argumenta⟩; praeit (f. 35) ⟨Admonitio⟩ (in ms. *De epistolis sequentibus admonitio*). [20] (f. 36). Concilium Gallicanum incerti loci in quo Cenomanensis episcopus nomine Ioseph condemnatus ac depositus est, an. 795. [21] (f. 36v). ⟨Caroli Magni regis epistularum aliquot notitia⟩. [22] (f. 39). Conventus Aquisgranensis in quo Carolus Magnus de monasterio s. Pauli Romae constituendo inter cetera colloquium habuit et capitulare canonum edidit, an. 797. [23] (f. 40v). Concilium Romanum, an. 799. [24] (f. 41). De his quae Leidradus archiepiscopus Lugdunensis et alii ante concilium Aquisgranense, anni 799, et, eo absoluto, haeresis Felicianae causa, Urgelli gesserunt. [25] (f. 41v). Con-

cilium Aquisgranense, an. 799. Subicitur (f. 42v) Appendix Concilii seu confessio fidei Felicis Urgelitanae sedis episcopi, an. 799. [26] (f. 45). Testimonia ss. patrum quibus Felix se convinctum fatetur. [27] (f. 47). B. Flacci Albini Alcuini epistola XCVI in eos qui peccata sua sacerdotibus confiteri necessarium non esse praedicabant, praeit ibid. Admonitio. [28] (ibid.). Synodus in oppido Risbach dioecesis Ratisponensis, an. 799. [29] (f. 47v). Leonis III papae ad Carolum Magnum regem, adventus in Franciam et quaestio Romae per missos regis habita de his qui pontificem male multarunt, anno Christi 799. [30] (ibid.). ⟨Gestorum Leonis III et Caroli Magni commemoratio⟩. [31] (f. 48). Edictum Dominicum de honore et adiutorio episcopis praestando a comitibus et aliis iudicibus, datum circa annum Christi 800. Observatio. [32] (ibid.). Observatio de capitulis a Sirmondo collectis et in titulos quinque divisis. [33] (f. 49). Concilium seu placitum regium in Villa Duria cuius auctoritate controversia inter episcopum Parisiensem et abbatem s. Dionysii crucis iudicio finita est, anno Christi DCCLXXV, Hadriani papae ⟨anno⟩ IV, Caroli regis ⟨anno⟩ VII. [34] (f. 49v). Caroli Magni placitum quo adversus Henchenradum seniorem, episcopum Parisiensem, Placicium monasterium in pago Pinciacense monasterio s. Dionysii adscribitur ⟨notitia⟩. [35] (ibid.). Concilium Wormatiense III, quo soluto, Sassones multi baptisati sunt, anno Christi DCCLXXVI, Hadriani papae, V, Caroli Magni regis, VIII. [36] (f. 51). Concilium Paderburnense ad Sassonum fidem stabilendam, anno Christi DCCLXXVII, Hadriani papae, VI, Caroli Magni regis, IX. [37] (f. 51v). Concilium Haristallense, in quo Caroli M. capitulare, nec non episcoporum decretale precum edita sunt, an. 779. [38] (f. 54). Concilium Duriense, an. 779. [39] (ibid.). Concilium Lippiense, an. 780. [40] (f. 56). Caroli Magni regis altera in Urbem profectio et quae in ea gesta sunt, anno Christi DCCLXXXI ⟨notitia⟩. [41] (ibid.). Concilium Wormatiense in quo Tassilo dux Bavariae Carolo regi reconciliatus est, an. 781. [42] (f. 56v). De synodo Gallicana, quam alii Coloniae alii ad fontes Lippiae, anno 782, Carolum Magnum habuisse tradunt. [43] (f. 57). Concilium Paderburnense, quo soluto, Wetikindus et Albion ad Carolum Magnum venerunt et Attiniaci baptizati sunt, an. 785. [44] (f. 58). In Hadriani papae I epist. III et IV, admonitio, an. 785. [45] (ibid.). Iacobi Sirmondi admonitio ad lectorem de Hadriani pp. I capitulis. Subiciuntur [a] (ibid.) observationes aliae; [b] (f. 61) tituli canonum. [46] (ibid.). Concilium Wormatiense V, an. 786. [47] (f. 62). Notae in Hadriani papae capitula, an. 785. [48] (f. 62v). Notae in Capitulare Aquisgranense anni 789. [49] (f. 63v). Notae in concilium Ratisponense. [50] (f. 64). Privilegium monasterio s. Dionysii ab Hadriano papa concessum ut proprium ei liceat habere episcopum, an. 786. [51] (ibid.). Hadriani papae I

epist. V ad Carolum Magnum. [52] (f. 65). Caroli Magni regis tertia in Urbem profectio et quae in ea gesta sunt, anno Christi DCCLXXXVIII. [53] (f. 65v). In epistolas seu constitutiones sequentes: ⟨i. Caroli Magni regis⟩ observatio. ⟨Mutila est⟩.

Ier. XXXI. Inc. *Sicut enim baptisma est post peccatum, siue post naufragium prima tabula qua eripimur a procella.* Des. *et in fine morti se tradidit, lege hystoriam et hoc quod ibi inuenis narra. Rogemus etc.* [60] (f. 133v). De sancto Luca evangelista. Sermo in Ps. I, 2: *In lege Domini fuit voluntas eius et in lege eius meditabitur die ac nocte. Ps.* Inc. *Duplicem animam habere potentiam certum est: unam intellectiuam, alteram affectiuum, que amore perficitur inflammante.* Des. *descendimus omnes ad infernum, sed perpauci sunt qui uadant in celum. Rogemus etc.* [61] (f. 136). In festo apostolorum Simonis et Iude. Sermo in evang. s. Matth. V, 44: *Diligite inimicos uestros. M.*[1] *VII* (sic). Inc. *Tria sicut ex euangelio... debemus ex caritate diligere; scilicet Deum, nos ipsos et proximum.* Des. *non facere debet Christianus amore sui Saluatoris quod illi faciebant amore sue ciuitatis. Rogemus ergo etc.* [62] (f. 138). De sancta Cecilia. Sermo in Ps. XXIX, 8: *Prestitisti decori meo uirtutem. Ps.* Inc. *Diues et largus Dominus magna exhibet suis munera militibus. Unde confert eis decorem ut placeant.* Des. *beatus homo qui sperat in te. Rogemus ergo etc.* [63] (f. 139v). In Annuntiacione. Sermo in evang. s. Luc. I, 28: *Aue gratia plena. Luc. I.* Inc. *Virgo Maria, Dauid regis nobilissima filia, in hodierno euangelio commendat.* Des. *qui pro nobis natus tulit esse tuus. Rogemus ergo Dominum etc.* [64] (f. 142v). De eadem. Sermo in Ps. CII, 19: *Dominus in celo parauit sedem suam. Ps.* Inc. *Vt uerbis utar sancti B.*⟨ernardi⟩, *nihil omnino est quod amplius me delectet, sed nec quod me amplius conterreat.* Des. *sic nos in se quiescere faciat, ut ad se summum celum in fine perducat. Amen.* [65] (f. 146v). De eadem. Sermo in Isa. LXVI, 1: *Celum mihi* (sic, lege: *mea*) *sedes est Ys. ult. puto.* Inc. *Vt uerbis utar Yo*⟨b⟩, *si Deum ore prophetico in sanctis suis laudare iubemur, quanto eum magis in hac celebritate beatissime matris eius.* Des. *eius filio Domino nostro Iesu Christo qui cum Patre et Spiritu sancto etc. Amen.* [66] (f. 149). In cathedra sancti Petri. Sermo in Ps. CVI, 32: *Exaltent eum in ecclesia plebis. Ps.* Inc. *De dignitate apostoli Petri per quam dictus est Cephas, idest ecclesie sancte prelatus.* Des. *ubi et cogitare non poterunt aliud quam tormenta. Rogemus.* [67] (f. 151). De eodem. Sermo in Ps. CVI, 32: *In cathedra seniorum laudent eam. Ps.* Inc. *Hodie regale sacerdotium attolli cepit in altum etiam corona que apostolo Petro sancta est.* Des. *beatitudine vie per gratiam, nunc autem beatitudine patrie per gloriam, ad quam perducat nos Christus. Amen.* [68] (f. 153v). De sancto Mathia. Sermo in Act. Apost. I, 26: *Cecidit sors super Mathiam. Act. II* (sic). Inc. *Cum humilitas et superbia sint sibi opposita, sicut superbia est in omnibus causa subiectionis, sic contra humilitas causa est sublimationis.* Des. *est omnino necesse per humilitatem repetere nostrum finem. Ad quod perducat nos Christus*

Dei filius benedictus. Amen. [69] (f. 155ᵛ). De eodem. Sermo in Act. Apost. I, 24: *Tu, Domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex hiis. Act. III* (!). Inc. *Cum ignoramus quid agere debeamus non aliud superest, nisi ut oculos nostros eleuemus ad Dominum.* Des. *quia copiose tractata est ista materia in libello nostro de prescientia. Rogemus ergo Dominum etc.* [70] (f. 158ᵛ). De sancto Gregorio. Sermo in evang. s. Matth. XI, 29: *Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Mat.* Inc. *Inter omnia que disposuit ad sapientiam est humilitas uera, cuius ratio est quia humilitas excauat animam.* Des. *summo bono Domino Iesu Christo perfecte cohesit. Ad quod cum ipso perducat nos Christus qui est Dei filius super omnia benedictus. Amen.* [71] (f. 162). De eodem. Sermo in evang. s. Matth. XI, 29: *Discite a me quia mitis sum et humilis corde.* Inc. *Quante humilitatis sanctus Gregorius fuerit, patet ubique ex eius scriptis. Nam sua scripta tam pulchra.* Des. *quorum hominum sit sapientia non aduertunt. Rogemus ergo etc.* [72] (f. 164). In purificatione beate Virginis. Sermo in evang. s. Luc. II, 22: *Postquam impleti sunt dies purgationis Marie, tulerunt puerum in Ierusalem ut sisterent eum Domino. Luc. II.* Inc. *In hoc euangelio quatuor ualde mira ponuntur, et primum est quod mater, licet uirgo mundissima, expurgatur.* Des. *per omnia illa domina benedicta que sic adiuuat sibi deuotos. Amen.* [73] (f. 166). De eadem. Sermo in evang. s. Luc. II, 22: *Impleti sunt dies purgationis Marie. Luc. II.* Inc. *Rationabiliter hic posset quis queri quare domina ipsa in summo mundissima uoluit expurgari.* Des. *ut meritis sante matris purget nos a peccatis. Amen.* [74] (f. 169). In translatione beati Francisci. Sermo in epist. s. Pauli ad Hebr. XI, 5: *Ante translationem testimonium habuit placuisse Deo. He. XI.* Inc. *Venerabilis uir Franciscus corde, ore et opere francus, tribus uicibus potest dici fuisse translatus.* Des. *obtinebimus Christo Iesu, prestante qui cum Patre et Spiritu sancto uiuit et regnat etc. Amen.* [75] (f. 171). De eodem. Sermo in verba Sap. IV, 1: *Vivens inter peccatores translatus est. Sap. IIII.* Inc. *Vita, secundum philosophos et certum experimentum, est actus continuus, non interpolatus, fluens ab ente perpetuo.* Des. *per sancti Francisci merita maxima perueniamus ad celestia gaudia. Amen.* [76] (f. 173ᵛ). In festo maiori beati Francisci. Sermo in verba Eccl. XXXVI, 6: *Innoua signa et immuta mirabilia etc.* Inc. *Secundum Senece approbatam sententiam, ad legem beneficii pertinet ut dans alteri beneficium statim immemor fiat.* Des. *mirificante Domino, sanctum suum cui semper et in secula est omnis honor et gloria. Amen.* [77] (f. 177ᵛ). De eodem. Sermo in verba Eccl. XXIV, 20: *Quasi mirra electa dedi suauitatem odoris. Ecc. XXIIII.* Inc. *Vita huius uenerabilis uiri a Deo electa et preelecta semper doloribus fuit plena.* Des. *quorum aliqua requirenda*

sunt in legenda, hicque narranda. Deo gratias. Amen. [78] (f. 180). De eodem. Sermo in II libr. Reg. VI, 22: *Iudam, et uilior fiam et humilis* (!) *ero in oculis meis. R.* Inc. *Secundum philosophos et, quod est maius, secundum sanctos, inter se sunt connexe uirtutes.* Des. *confortante se Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto uiuit et regnat in secula seculorum. Amen.* [79] (f. 182ᵛ). In Assumptione Domine nostre. Sermo in Ier. XLIX, 22: *Ecce quasi aquila ascendet et elevabitur et expandet alas suas. Ie. XLIX.* Inc. *Ad dignitatem aliqualiter Domine exprimendam omnis deficit lingua creata, nec ulla sufficit exprimere plene.* Des. *meritis tante matris, et adiuuet nos in uia et consummet in patria.* [80] (f. 185). De eadem. Sermo in verba Sap. VII, 29: *Est speciosior sole et super omnem dispositionem stellarum, luci comparata inuenitur prior. Sap.ᵉ VII.* Inc. *Inter omnia mundi corpora, celestia sunt super prima, tum quia alta in situ, tum quia pulcherrima in ornatu.* Des. *securus accedat, cum tota dulcis et suauis existat. Rogemus ergo etc.* [81] (f. 188). De eadem. Sermo in verba Num. X, 11-12: *Eleuata est nubes de tabernaculo federis: profectique sunt filii Israel per turmas suas. Num. X.* Inc. *Nubes enim ui caloris in alta aeris eleuata est uirgo Maria, que ad similitudinem nubis.* Des. *si autem accepisti, quod gloriaris, quasi non acceperis. Rogemus ergo etc.* [82] (f. 191). De sancto Bartholomeo. Sermo in epist. s. Pauli ad Galatas VI, 14: *Michi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Galat. VI.* Inc. *Gloria hominum mundanorum a gloria iustorum est ualde diuersa. Nam sunt nonnulli mundani, quorum gloria est in mundana posita.* Des. *in nomine crucifixi est contra philosophos assecutus uictoriam. Rogemus ergo Dominum etc.* [83] (f. 193ᵛ). De eodem. Sermo in Ps. LXXIV, 11: *Exaltabuntur cornua iusti. Ps.* Inc. *Diuina sapientia disponens optimo modo omnia, omnibus rebus dedit unde in se, licet in spem, conseruarentur.* Des. *Rogemus ergo Dominum ut per huius sancti apostoli sanctas preces in celestibus nos exaltet. Amen.* [84] (f. 195ᵛ). In natiuitate Domine nostre. Sermo in verba Gen. XIX, 23: *Sol egressus est super terram. Gen.* Inc. *Planete duplici modo mouentur, scilicet naturali et proprio, et motu alieno et uiolento.* Des. *serua mandata, iuuante nos in hiis omnibus semper Christo. Amen.* [85] (f. 198ᵛ). De eadem. Sermo in verba Num. XXIV, 17: *Orietur stella de Jacob. Num. XXIIII.* Inc. *Cernens Altissimi filius, sapientia Dei patris, uerbum eternum, eternaliter genitum, tum quia ad laudem sue sanctissime matris.* Des. *nomen uirginis Maria, que interpretata est stella maris. Rogemus etc.* [86] (f. 200). De eadem. Sermo in verba Ps. XCVI, 11: *Lux orta est iusto. Ps.* Inc. *Legitur Ier. XVIII quod ei precepit Dominus ut descenderet in domum figuli* Des. *donante eius filio benedicto, qui cum Patre et Spiritu sancto uiuit et regnat etc. Amen.* [87] (f. 202ᵛ).

In festo omnium sanctorum. Sermo in verba Baruch III, 34: *Stelle dederunt lumen in custodiis suis. Bar. III.* Inc. *Stella non ėst aliud, propheta teste, quam quedam aggregatio maior lucis in orbe. Unde et Alfagranus dicit quod stella lux in suo orbe aggregata.* Des. *in omnibus adiuuante nos Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto uiuit et regnat in secula seculorum. Amen.* [88] (f. 205v). **De eodem.** Sermo in epist. s. Pauli ad Hebr. XI, 33: *Sancti per fidem uicerunt regna. He. XI.* Inc. *Regnum est aliud mundanum, aliud dyabolicum, aliud uero diuinum. At sancti regnum mundi penitus contempserunt.* Des. *Rogemus itaque Dominum ut precibus omnium sanctorum nos perducat ad fidei complementum etc. Amen.* [89] (f. 208). **De sancto Martino.** Sermo in verba Iob XXXI, 13: *Ab infantia mea creuit mecum miseratio. Iob. III* (sic). Inc. *Beatissimus Christi confessor Martinus, sciens miseriam super omnia Deo esse acceptam.* Des. *omnino in eternum erit in carcere, ubi fletus erit et stridor dentium sine fine. Rogemus ergo Dominum etc.* [90] (f. 210). **De eodem.** Sermo in verba Eccl. XVIII, 12: *Miseratio hominis circa proximum. Eccl. XVIII.* Inc. *Legitur de sancto Iohanne Elemosinario quod, cum esset Alexandrie patriarcha, ei apparuit quedam pulcherrima domicella, olea coronata.* Des. *cum multis cantilenis et laudibus deduci ad celum, ad quod nos perducat Christus etc.* [91] (f. 211). **De sancta Helysabeth.** Sermo in evang. s. Luc. I, 41: *Repleta est Spiritu sancto Heliçabeth. Luc. I.* Inc. *Omnia Dei dona a summo dono donantur hominibus, quod est Spiritus sanctus.* Des. *et gratias illi reddens se suis liberatam precibus indicauit. Rogemus ergo Christum etc.* [92] (f. 212v). **In solenitate Sanctorum omnium** (ad. alia manu inter lineas). Sermo in epist. s. Pauli apost. ad Philip. IV, 22: 〈S〉*alutant uos omnes sancti, maxime qui de Cesaris domo sunt. Phi. 4.* Inc. *Nos habemus loqui generaliter et memoriam facere in hac die de omnium sanctorum collegio.* Des. *uidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat etc.* [93] (f. 214). **In dedicatione templi** (ad. alia manu, inter lineas) Sermo in verba Lib. II. Paralipom., VII, 12: *Elegi locum istum mihi in domum sacrificii. II Paralip. VII.* Inc. *Ista enim fuerunt uerba Domini ad Salomonem post fabricationem et dedicationem templi.* Des. *immunitas peccatorum et exterminatio demoniorum, ad quam nos perducat etc.*

Codicem duo descripsere librarii, quorum prior saec. XIV, ff. 1-212, l. 4, alter eiusdem saec. a ff. 212 ll. 8 et sqq. usque ad f. 216 exaravit. Litterae initiales maiores rubro ac caeruleo colore et ornamentis caeruleis ac rubris alterna vice distinguuntur; tituli minio depicti. In marginibus auctoritates, notabilia et tituli exstant alia manu, plerumque saec. XV, interdum vero saec. XVII exarata; loci nonnulli lineis nigris subductis distinguuntur. Sunt hic illic quaedam verba rescripta, cf. ex. g. ff. 54v. 96v. 97. etc. In summo margine f. 1 verba exstant manu saec. XVI exarata, nunc fere prorsus evanida, quorum haec tantum legimus: *Questo libro fo....... è stato........ da Sutro per uso.* In f. I

chart. manus saec. XIX scripsit: *Sermones de sanctis*. In novissimis singulorum sexternionum foliis prima verba sequentis exstant. Folia 35-36. 216ᵛ vacua; enumeratio duplex est, recentem secuti sumus.

Integumentum ex charta spissata membrana cooperta aureis ornamentis signatum; fuerat in tabulis stemma quoddam, nunc abrasum.

9885. Saec. XVIII, chart., mm. 276 × 197, pp. 792 (+ 1ᵃ).

Bargagnati Silvestri a Fabriano Trattato dell'autorità della Chiesa e del Romano Pontefice. Opus in duas partes distributum. Pars I inc. (p. 13) *Alla sola Chiesa appartiene il giudicare se una azione sia contraria alla divina legge.* Pars II (in ms. *Libro II,* cf. p. 310) des. *col detto del Salvatore: si oculus tuus fuerit nequam totum corpus tuum tenebrosum erit.* Praeit praefatio quae inc. (p. 1) *Il nostro secolo che da certi uni chiamasi il secolo del buon gusto;* et des. *Ecclesię causam tum regni vestri agimus et salutis / (Ep. XII ⟨s. Leonis⟩ Edit Rom.).* Sequitur (p. 792) totius operis indiculus.

Codex currenti calamo diligenter exaratus, duplicem interdum praebet enumerationem, recens veterem erratam emendavit, ut e. g. in p. 113 sqq.; novam secuti sumus. Paginae 786-790 vacuae. In p. 1 haec, alia manu qua textus, scripta legimus: *Trattato dell'Autorità della Chiesa e del Romano Pontefice di Silvestro Bargagnati di Fabriano Beneficiato Vaticano, Dottore di S. Teologia e dell'uno e dell'altro Diritto, MDCCXIII* (?). *Non veniat anima in consilium eorum qui dicunt vel imperio pacem et libertate ecclesiarum, vel ecclesiis proprietatem et exaltationem imperii nocituram; non enim utriusque institutor, Deus, in destructionem ea connexuit, sed in aedificationem. S. Bern. ep. CCXX ad Conradum Regem Romanorum. Parte Prima.*

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et I. B. Pitra card. bibliothecarii.

9886. An. 1751 (cf. f. 1), chart., mm. 206 × 157, ff. I. 88.

1. Brevis notitia ad praxim Romanę Curię, nec non citationum formulę ad usum I. Chrisostomi Cornazzani. Anno salutis nostrę 1751. [1] (f. 2). Brevis notitia .... inc. *De iure communi datur methodus secundum quem pro exercitio actionum.* Des. *s. Aloysii Gonsagae specialium patronum.* [2] (f. 50). Formulę citationum inc. *Citatur D. NN. ecclesiis ad docen. se adivisse hęreditatem quondam NN.;* et des. *in solutione pensionum et decretorum etc. ad p. d. infrascripte etc.*

2 (f. 74). **⟨Eiusdem⟩ Stilus et praxis supremi tribunalis Sac. Rotae circa concordationem dubiorum causarum et expeditionum.** Inc. *In causis appellabilibus quae aut sub Banca aut a Singʳᵃ cum clausula.* Des. *e quando le riasume sempre in statu et in terminis. Finis.*

Liber e duobus conflatus, singuli propriam habent enumerationem (cf. f. 74); sed recentiorem continuatam secuti sumus. Ff. 49ᵛ. 68-73. 86ᵛ-88ᵛ vacua. In primo et in novissimis foliis sigillum exstat bibliothecae gentis Columnae.

Integumentum ex charta spissata membrana saec. XIX cooperta.

9887. Saec. XVIII, chart., mm. 265 × 181, ff. 36.

⟨Anonymi⟩ Dell'ordine de giudizii nella curia Romana. Opus in tres partes distributum. Pars I inc. (f. 1) *Tutti i giudizii si diuidono in tre specie: la prima si dice delle cause esecutiue.* Pars III des. *et moderaui expensus - colla forma detta di sopra.* Subicitur Appendix quae inc. (f. 22) *Delle cause esecutiue... Sospettandosi che il debitore presente in curia et inabile al pagamento;* et des. *vedesi la decisione 809 coram Mulino n. 1. 2. e 3.*

Codex currenti calamo exaratus; in textu auctoritates linea nigra subducta distinguuntur. Ff. 34-36 vacua.
Integumentum ex charta spissata membrana saec. XIX cooperta.

9888. Saec. XVII, chart., mm. 195 × 132, ff. II. 32.

Statii de Simeonibus Sabini Trattato dei segni delle lettere. Inc. (f. 2^{v}) *Ancorché da quello che s'è detto di sopra si possa raccòrne che dalla lettura d'una sola lettera missiua.* Des. *delle qualità et costumi della persona che parla o scriue.* Praeit Prooemium quod inc. (f. 1) *Delle cose che gli huomini non sano* (!); et des. *che cognitione de i costumi et qualità di quello.* Subicitur (f. 57) *Tauola de Capitoli.*

Codex currenti calamo exaratus. Ff. 58-62 vacua. In f. II sub auctoris nomine alia manus adiunxit *Seg^{rio} di Papa Innoc. X,* sed falso, nam Innocentii X secretario nomen erat Gaspar de Simeonibus (cf. Bonamici F., De claris Pont. epist. scriptoribus, Romae 1770, p. 280).
Integumentum ex membrana saec. XVII.

9889. Ann. 1857-58 (f. 310), chart., mm. 265 × 224, ff. 383 (+ 1^{a} - 1^{h}).

⟨Catalogus vasorum graecorum et italicorum⟩ quae olim Romae in Museo Campanae Marchionis servabantur. Editum invenies, ordine paulo mutato, sine anni vel loci indicatione, in volumine quod inscribitur « Museo Campana. Classe I. Vasi dipinti Etruschi et Italo-Greci ». Volumen contuli in bibliotheca Instituti Archaeol. Germanici. Ff. 149-186 perscriptionem primam foliorum 1-27 exhibent. Quae monumenta ff. 186-190^{v} describuntur, compluribus aliis admixta, exstant edita ibid. Classe IV serie 3-6. In ff. 336-383 catalogus alter vasorum quorundam, quae magna ex parte aliis verbis superioribus ff. 266-334 descripta sunt.

Codex, diversis manibus exaratus, volumini imprimendo, quod supra laudavimus, praeparatus: vide notulam f. 310 adpositam quae indicium temporis praebet: *Fino qui il composto - 6 maggio 1858.* In fronte f. 1^{h} extat nomen cuiusdam *Bonichi,* quod repetitum invenies in f. 149 *Al corso n. 500. In casa del Sig. Cav. Bonichi.* Ordinem foliorum turbatum sic restitue: 215. 218-261. 216. 217. 266-272^{v}. 263-265^{v}. 288-295^{v}. 273-282^{v}. 296-334^{v}. 262. 335-373. 376. 374. 375. 377-383.
In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Io. B. Pitra card. bibliothecarii.

9890. Ann. 1655, 1678, 1736, chart., mm. 203 × 175, ff. 340.

Diversorum opera.

1 (f. 5). **Torquati Tasso** Aminta. Favola boschereccia con le annotazioni d'Egidio Menagio Accademico della Crusca. In Parigi, presso Agostino Curbé, MDC.LV.

2. **Aegidii Menagii** [1] (f. 205) Poëmata. Quinta editio. Parisiis, apud Sebastianum Mabre-Cramoisy, M.DC.LXVIII. [2] (f. 353). Mescolanze. Prima edizione. In Venezia, presso Giambattista Pasquali, MDCCXXXVI.

In marginibus et inter lineas foliorum quae T. Tasso Amintam complectuntur quam plurima additamenta et correctiones exstant manu eiusdem Aegidii Menagii exarata. Ex foliis 3-4 manu I. B. Petrucci librarii romani anno 1825, die 14 decembris scriptis, praeter alia quae ad Menagii opera et nostri codicis notitiam pertinent, nos eruere possumus ipsum I. B. Petrucci hunc librum e bibliotheca Mgr. Iosephi Malo, emisse die XI decembris anni 1825. In chartula f. 1^{v} adglutinata haec scripta legimus, alia manu saec. XIX: *Esemplare con moltissime note ed aggiunte mss. nei margini di proprio carattere di Egidio Menagio - vedansi Mescolanze di Egidio Menagio, 8°, Venezia, 1736, p. 129.* Cui subicitur codicis pretium plumbo exaratum: *Fr. 600.* Item in chartula f. 2 adglutinata, alia manus eiusdem aetatis scripsit: *L'Avvo^{to} Alb. Fr. Flonces nacque a Luxemburgo nel 1697 - morì nel 1773. La sua biblioteca composta di 8000 articoli di libri italiani fu venduta dopo la sua morte; ne fu fatto il catalogo nel 1774 in 2 vol. in 8.°* Chartula folio 204^{v} adglutinata versus aliquot continet hispanica lingua conscriptos, alia manu, saec. XIX, qui inc. *O amor! hoy cosa daro pequeño.* In f. 5 sigillum exstat bibliothecae Horatii Falconieri, scilicet *Bibliot | H. F. | 1770.* Foliorum enumeratio triplex est, prior impressa singulorum operum paginas exhibet, altera plumbo exarata inde a n. 342; usque ad n. 341 paginae supputantur, a n. 342 folia; tertiam imis marginibus typis appositam secuti sumus. Folia duorum novissimorum operum aliis recentioribus vacuis adglutinata sunt.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Io. B. Pitra card. bibliothecarii.

9891. Saec. XV, chart., mm. 210 × 142, ff. 240.

M. T. Ciceronis Epistularum ad familiares libri I-XVI (cf. M. Tullii Ciceronis Scripta quae manserunt omnia, P. III, Vol. I, ed. Wesenberg, Lipsiae, Teubner, 1891).

1 (f. 1). Libri I epist. 2-10 (cf. ed. cit., pp. 3-33). Epist. 2 mutila inc. a verbis: *cui quidem rei* (ed. cit., p. 3, II, 1) et pauca tantum verba servat, propter folium excisum; epist. 3 (f. 1^{v}) item mutila, ut supra, a verbis: *magna negocia* (ed. cit., p. 5, III, 1); epist. 4 (f. 2) item mutila, a verbis: *fieret per aduersarios tuos* (ed. cit., p. 6, IV, 2); (ff. 2-2^{v}) epist. 5*a* comprehendit etiam verba: *hic que agantur - a me ascribi oportere* quae epist. 5*b* apponenda sunt (cf. ed. cit., p. 8, V*b*, 1); (ff. 2^{v}-3) epistolae 5*b* et 6 simul coniunctae; epist. 9 in duas partes divisa, quarum altera inc.: (f. 11^{v}) ⟨*Quod*⟩ *rogas ut mea tibi*

scripta mittam (ed. cit., p. 30, IX, 23). **2** (f. 13). Libri II epist. 1-20 (ed. cit., pp. 34-60). **3** (f. 23). Libri III epist. 1-13 (ed. cit., pp. 61-90). Epist. 5 in duas partes divisa, altera inc: (f. 26ᵛ) *Alienis hominis ut leuissime dicam et fugientis congressum* (ed. cit., pp. 68-69, V, 3); epist. 10 in tres partes divisa, altera inc.: (f. 31ᵛ) ⟨*Q.*⟩ *Seruilius per breues mihi a te litteras reddidit;* tertia inc.: (f. 32) ⟨*Q*⟩*ue de hominum atque ordinum omnium* (ed. cit., pp. 80-1, X, 2, 4). **4** (f. 36ᵛ). Libri IV epist. 1-15 (ed. cit., pp. 91-118). **5** (f. 48ᵛ). Libri V epist. 1-21 (ed. cit., pp. 119-157). In f. 54ᵛ, post nonam epistulam initium epist. 11 eiusdem libri V, usque ad verba: *quae ea uellet summo studio;* sed expunctum est, uti ex parenthesibus et verbo *va-cat* in marginibus exscriptis conici possumus. Epistulae 10*a* et 10*b* simul coniunctae (ff. 54ᵛ-55ᵛ). **6** (f. 66). Libri VI epist. 1-22 (ed. cit., pp. 158-191). **7** (f. 81ᵛ). Libri VII epist. 1-33 (ed. cit., pp. 192-226). **8** (f. 97ᵛ). Libri VIII epist. 1-2, 9-17 (ed. cit., pp. 227-257). F. 98ᵛ, post verba epist. 2: *in uno quoque genere* (sic) *sententiis. Vide modo* (!) *inquis*, scriptam legimus epist. 9 eiusdem libri VIII, a verbis: *mihi litteras* (!) *ostenderis, me isto missurum alios* (ed. cit., pp. 244, libri VIII, epist. IX, 3-4), et in ff. 98-99ᵛ exaratam legimus epist. 12 libri II, quae etiam in folio 18 exstat. De epistulis, quae hic desiderantur vide inferius in libro IX. **9** (f. 105). Libri IX epist. 1-26 + epist. 2-9 libri VIII, epist. 9 et 11 libri II. In f. 115, post verba epist. 15 libri IX: *si enim nihil est in parietibus* aliaque eiusdem epistulae: *aut in tecto uitii, cetera mihi probabuntur. Vale*, alia manu eiusdem saeculi XV in margine adiecta, scriptae leguntur epistulae 2-5 libri VIII, quas superius desiderari diximus, inde a verbis: *non mehercules, nihil umquam enim tam praeter opinionem* (ed. cit., pp. 229-235). F. 117ᵛ epist. 9 libri II, quae iam in f. 16ᵛ exarata est. Sequuntur (f. 119) epistulae 6-8 libri VIII. Epistula 8 falso in duas partes divisa, verbis rubro colore exaratis: (f. 120) *M. Oppius M. F. salutem* (!) (ed. cit., p. 239, libri VIII, epist. 8, 5). In ff. 121ᵛ-122 epistula 11 libri II, cuius inscriptio rubro colore exscripta: *M. C. imperator M. Marcello edili curuli sal.* sic corrigenda: *M. A. Imp. M. Caelio aedili curuli sal.* (ed. cit., pp. 46-7, II, 11). Haec epistula iam scripta est in f. 18. Demum in f. 122 epistula 9 libri VIII usque ad verba: *ad sithianam syngrapham misi, puto etiam si nullam spem* (quae sequuntur: *aut in tecto uitii cetera mihi probabunt* sunt novissima verba epistulae 15 libri IX; cf. ed. cit., p. 244, libri VIII, epist. IX, 3; et p. 277, libri IX, epist. XV, 5). **10** (f. 130ᵛ). Libri X epist. 1-35 (ed. cit., pp. 296-344). Epistula 33 (f. 150ᵛ) mutila desinit verbis: *ut me faceretis cer*⟨*tiorem*⟩ (ed. cit., p. 340, X, 33, 3); epistula 34 (f. 151) mutila incipit verbis: *faciam te certiorem* (ed. cit., p. 343, X, 34, 2-3). **11** (f. 151ᵛ). Libri XI epist. 1-29 (ed. cit., pp. 345-376). Epistula vigesima octava vigesimae septimae praeponitur

(ff. 161ᵛ-163). **12** (f. 164ʳ). Libri XII epist. 1-30 (cf. ed. cit., pp. 377-414). Epistula 23 dividitur in duas partes verbis: (f. 177ʳ) *etiam si non sunt dolenda, sed hoc posterius. Vale* (ed. cit., p. 405, XII, 23, 2). Epistulae 25 subnectitur epistula 26 (ff. 179ᵛ-180) (ed. cit., pp. 409 sq.). **13** (f. 181ᵛ). Libri XIII epist. 1-79 (ed. cit., pp. 415-479). Epistulae 28 *a* et 28 *b* simul coniunctae sunt (ff. 194-194ʳ). Post epistulam 49 (f. 200) codex adiungit epistulam 14 libri III, quam etiam in f. 19-19ᵛ scriptam legimus; post epistulam 77 (ff. 207ᵛ-208) epist. 29 et 21 libri XII, quae etiam in ff. 180ʳ et 177 exstant. **14** (f. 209ʳ). Libri XIV epist. 1-24 (ed. cit., pp. 480-497). Epistula 21 desideratur. **15** (f. 216). Libri XV epist. 1-21 (ed. cit., pp. 498-531). Epistula 4 post 6 invenitur (ff. 223ᵛ-224). **16** (f. 230ʳ). Libri XVI epist. 1-27 (ed. cit., pp. 522-555). Epistulae 1-15 hoc ferme ordine dispositae sunt: 5. 7. 1. 2. 3. 4. 6. 8. 9. 11. 12. 10. 15. 14. 13.

Folii 1 lacinia tantum superest, recenti chartae nunc adglutinata. In imo margine folii 2 scriptum legimus, manu ipsius C. Marini: *Sum Caietani Marini.* Litterae initiales interdum rubro colore, plerumque omissae, spatiis ad eas excipiendas vacuis relictis, et minutis notis in marginibus exaratae pro rubricatore; alia vero manus posterior has litteras pene invisibiles hic illic rescripsit, crassiori atramento. Verba graeca plerumque desiderantur, spatio ad ea excipienda vacuo relicto, interdum vero alia manu adiecta sunt. Inscriptiones rubro colore exaratae. Correctiones, additamenta, notabilia et scholia tum inter lineas, tum in marginibus passim occurrunt et eiusdem librarii et aliorum manu exarata. Ff. 13-13ᵛ commentarium praebent in epistulam 1 libri II, inter lineas et in marginibus exaratum, manu eiusdem saeculi XV, sed crassiori atramento. Summo margine folii 109 adglutinata est chartula numero 108 distincta (mm. 123 × 117); in ea scripta legitur epistula Phaebi ad Franciscum quendam, saec. XV, qua gratias agit pro receptis litteris, de quibusdam ei respondit, et quid Romae sit novi quaerit. Folium mm. 148 × 108 adglutinatum alii recentiori et numero 167 nunc signatum, commentarium praebet in epist. 1 libri I; et in epist. 2 libri II, praeter alia quaedam de epistulis ad Lentulum. Folium 78 in summo margine dextrorsum abscissum et recentiori charta refectum est. In membranula f. I superadglutinata scriptum legimus, litteris aureis typis impressis: *M. T. Ciceronis / Epistolae Famil. / MSS.* Foliorum enumeratio triplex est, recentissimam secuti sumus, quam imis marginibus, dextrorsum, apponendam curavimus, ut foliorum ordinem oscitanter turbatum, iuxta litteras A. B. C. D. E, in codice, ipsa librarii manu exaratas in ff. 139ᵛ. 140. 147ᵛ. 148. 149ᵛ. 150. 156ᵛ. 157, restitueremus. Librorum enumeratio, interdum omissa, in marginibus mendose signata est. In novissimis singulorum quinternionum foliis prima verba sequentis exstant.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et I. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

9892. Saec. XVIII. chart., mm. 270 × 190, pp. 218.

⟨**Paoli Deodati Velli**⟩ Relazione dello stato antico e moderno del monastero del sacro Speco presso Subiaco. Opus in quattuor capitula distributum. Cap. I inc. (p. 2) *Il primo capitolo chiaramente si dimostra secondo l'ordine dei tempi.* Cap. IV des. *ben uolentieri, mentre altro non desidero che mostrarmi etc.* Praeit ⟨Praefatio⟩ quae inc. (f. 1) *Amico carissimo, per appagare intieramente la uostra*

curiosità; et des. *e nello spirituale e nel temporale.* Subiciuntur brevia nonnulla Clementis pp. XII. [1] (p. 79). *Romae, an. 1732, die septima februarii* ⟨breve ex editione Romana an. 1732 transcriptum⟩. [2] (p. 99). *Romae, MDCC.XXXII, die 26 aprilis* cui summariolum manu scriptum praeficitur (pp. 101-102). [3] (p. 111). *Romae M.DCC.XXXV, die 4 mai* cui etiam summariolum manu scriptum praeficitur (pp. 113-114). [4] (p. 123). *Romae, MDCC.XXXV, die 27 februarii.*

Codex partim manu exaratus (p. 1-97), partim typis impressus (pp. 99-126); in marginibus pp. 124-126 documenti summarium manu scriptum. In f. I^v alia manu scriptum legimus: *Letto in aprile 1860;* in f. II titulo subicitur, alia manu saec. XIX: *L'autore è Paolo Diodato Velli, a cui restò forse per morte sopraggiunta all' amico di cui s'ignora il nome; ma l'arme impressa in oro dovrebbe spiegare la persona dell'amico,* cui sequitur, etiam alia manu: *Donato da Sua Santità Pio IX ai 29 Luglio 1874.* Paginae 77. 78. 106-110. 127-218 vacuae; pp. 207-218 duplicem habent enumerationem.

Integumentum ex corio rubro aureis ornamentis signatum, et in tabulis tesserae gentiliciae cardinalis A. Corsini.

9893. Partes I-III. Saec. XIV-XV, chart., mm. 234 × 205.

Ioannis Boccaccio Il Decamerone. Opus in tres partes distributum.

1. Pars I, ff. V. 113. Inc. (f. 1). *Humana cosa è ll'auere compassione agli aflitti e chome che alchuna persona ista bene.* Des. (f. 85^v) *chomandò che ccolla buona notte ciaschuna alla sua chamera si tornasse. Finita la terza giornata del Chameron retta sotto irreggimento* (!) *di Neifile. Amen.*

2. Pars II, ff. I. 112. Inc. (f. 87). *Charissime donne, se per lle parole de saui huomeni.* Des. (f. 170^v) *essendo già buona pezza di notte passata, tutti s'andarono a pposare. Finita la settima giornata.*

3. Pars III, ff. I. 153. Inc. (f. 171). *Già nella sommità de' più alti monti appariuano la domenicha mattina.* Des. (f. 271^v) *se ad alchuno forse d'alcuna cosa gioua d'auerle lette. Amen.*

Codices binis columnis exscripti, foliis 261-270 exceptis lineis plenis exaratis. Tituli ac prima littera initialis maior (f. 1) rubro colore exarata; sed plerumque litterae initiales etiam in marginibus, minutis notis, scriptae sunt pro rubricatore. Tres librarii descripserunt, quorum prior saec. XIV ff. 2-32 et 33 usque ad lineam secundam; alter, eiusdem saec., ff. 33-170, 261-20; tertius saec. XV ine. ff. 1-1^v, 171-260, 271-271^v exaravit. Fasciculorum numerus plerumque in summo margine exstat; foliorum enumeratio duplex est, recentiorem numeris Arabicis signatam secuti sumus. Non omnia singularum partium folia enumerata sunt, sed plura vacua numerum habent aut abrasum aut atramento deletum; in Parte I post f. 86 viginti septem ff. vacua relicta sunt, in Parte II post f. 170, item viginti septem ff. vacua, et in Parte III post f. 271 quinquaginta tria ff. vacua. In f. V^v Partis I haec scripta legimus: *Donato dalla Santità di N. S. Papa Pio IX, 30 Novembre 1874.*

In tegumentorum dorsis stemmata Pii IX et I. B. Pitra card. bibliothecarii.

9894. Saec. XIX, chart., mm. circiter 270 × 185, ff. V. 188.

Gregorii Speroni Diarii manoscritti, ab an. 1798 ad an. 1805. Inc. *Nell'anno 1798, alli 4 di marzo, seconda domenica di quaresima, nel sagro Palazzo Apostolico.* Des. *lo presentò in dono al S. Padre e nella mattina di S. Pietro si vide.* Praeunt [1] (f. III). P. Martinucci ⟨G. Speroni brevis vita et eius operum mss. notitia⟩. Inc. *Mons. Gregorio Speroni Romano fu segretario di M.ʳ Giuseppe Dini.* Des. *Questi brevi cenni che ho premessi chiarirà* (!) *lo stato della cosa.* [2] (f. IV). ⟨Contentorum in volumine index⟩. [3] (f. V). P. Desiderii paroeciae SS. Vincentii et Anastasii parochi epistula forte ad P. Martinucci missa, qua dies obitus G. Speroni testatur. Subicitur carmen I.⟨osephi⟩ De Rosmi (?) latina lingua conscriptum in honorem Pii VII, quod gallice inscribitur *Hommage a Sa Sainteté Pie VII.* Inc. *Christiadum decus ac Princeps venerande sacerdos* Des. *Vota feram nec spe vacuus demittar inani.*

Codex ex originali, uti P. Martinucci refert (f. IIIᵛ), transcriptus est, et partim in foliis olim vacuis et scissis ex litteris ad Ubaldum Bellini, cuius nomen in versa parte singulorum foliorum 1-81 adhuc exstat. Praeter Speroni Diaria sunt aliquot documenta ad historiam pontificatus Pii VII spectantia, seu acta et scripta ipsius summi Pontificis, uti homiliae et allocutiones, quae typis impressa sunt. Codex a variis librariis exaratus et ex pluribus aliis libellis conflatus videtur, sunt enim folia, minori amplitudine, quae propriam exhibent enumerationem, nunc vero omnia continuatam enumerationem habent, quam nos secuti sumus.

Integumentum ex charta spissata membrana saec. XIX coopertum.

9895-9903. Saec. XIX, chart., mm. circiter 276 × 199.

Gregorii Speroni Cappelle papali ed altre funzioni, ab an. 1804 ad an. 1836. Opus in novem codicibus contentum.

1 (cod. 9895, ff. 227). Ab an. 1804 ad an. 1809. Inc. *Il papa dopo di avere celebrata la messa si è ritirato nelle sue camere.* Des. *ad assistere alla d. cappella, come ciò viene riportato nelli fogli del sudett'anno 1814.*

2 (cod. 9896, ff. 85). Ab an. 1814 ad an. 1815. Inc. *Passerà da posteri in posteri sempre e viva la memoria che la Francia.* Des. *quindi s'è restituito alle sue camere.* Subicitur (f. 140) *Intimatio per cursores, domi quoque dimissa copia,* notula typis impressa.

3 (cod. 9897, ff. 174). Ab an. 1815 ad an. 1816. Inc. *Adì 22 marzo 1815, mercoledì santo. Sua Santità in questa mattina ha celebrata la messa.* Des. *all'Altissimo concesse nello scors'anno 1816.*

4 (cod. 9898, ff. 133). An. 1817. Inc. *Il S. Padre in questa mattina, dopo d'avere celebrata la messa nella sua cappella segreta.* Des. *col S.ᵐᵒ Sagramento, dal card. Mattei Decano.*

5 (cod. 9899, ff. 140). Ab an. 1818 ad an. 1819. Inc. *Il S. Padre questa mattina, dopo di aver celebrata la messa nella sua picciola cappella.* Des. *già da alcuni giorni trovasi malato.*

6 (cod. 9900, ff. 118). Ab an. 1820 ad an. 1821. Inc. *Il S^{to} Padre in questa mattina ha celebrata la messa nella sua picciola cappella segreta.* Des. *ivi concorso dal card. Della Somaglia Decano.*

7 (cod. 9901, ff. 241). Ab an. 1822 ad an. 1825. Inc. (f. 3ʳ). *Il S. Padre in questa mattina, martedì, ha celebrato la messa della corrente solennità.* Des. *la benedizione che col Venerabile è stata data dal card. Della Somaglia Decano.* Praeit (ff. 1-2) brevis notitia de sacerdotibus qui missam pro episcopis in Lateranensi basilica celebraverunt, quae inc. *Il M. R. Parroco della Basilica Lateranense, che circa la metà dello scorso secolo XVIII* et des. *Candidus imperti, si non, his utere mecum. Orazio, Epist., 6 Lib. I in fin.*

8 (cod. 9902, ff. 150). Ab an. 1826 ad an. 1829. Inc. *Il S. Padre in questa mattina, domenica, ha ascoltata la messa celebrata da M^r Ceccarelli.* Des. *dal card. Pacca Sotto-Decano in luogo del card. Decano.*

9 (cod. 9903, ff. 204 quibus subiciuntur quinquaginta folia vacua). Ab an. 1830 ad an. 1836. Inc. *In questa mattina, venerdì, all'ore 17 ½, nella cappella Sistina.* Des. mutilus *Adì 29. SS^{ma} Trinità.*

Codices ab eodem librario exarati, sed interdum adnotationes et notabilia alia manu exscripta sunt. Exstant, ut in cod. 9894, quam plurima documenta typis impressa ad notitiam temporum perutilia et variorum pontificum, quorum hystoria narratur, acta, constitutiones, allocutiones, homiliae etc. Cod. 9895 e duobus libris conflatus nunc continuatam praebet enumerationem; item cod. 9896 incipit, secundum veterem enumerationem, a f. 58, nam quae praeerant folia in cod. 9895 exstant; nos in ambobus codicibus recentionem enumerationem secuti sumus. Folia quam plurima vacua.

Integumenta ex charta spissata membrana saec. XIX cooperta.

9904. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 269 × 197, ff. III. 97.

Tiberii Alpharani Hieracensis De sacrosanctae basilicae beati Petri Apostolorum principis in Vaticano Urbis sitae antiquissima et nova structura liber, cum catalogo rerum celebrium, ut facile quisque per elementa alphabetica et numeros omnia dignoscere possit. Ad Sant^m D. N. Gregorium Pont. Opt. Max. Inc. (f. 7). *Basilica Vaticana Deo uiuo et uero et beato Petro apostolorum Principi.* Des. *et hactenus conseruauit, sit in perpetuum conseruaturus et a cunctis inimicorum insidiis protecturus, cui cum Patre et Spiritu Sancto laus honor* etc. Praeeunt (ff. 2-6) eiusdem auctoris dedicatio ad Gregorium XIII et praefatio.

Codex currenti calamo exscriptus. In parte versa primae tabulae tegumenti scriptum legimus alia manu saec. XVIII: *Gregorius XIII creatus papa III. idus martii 1572,*

obijt IX Kalen. aprilis 1585, at numeri 1572 et 1585 alia manu sic emendantur: 1472 et 1485 (!). Item in chartula eidem tabulae I^v adglutinata scriptum legimus: *Vedi il num. 136 in fine: ed osserva se vi si parla di Pietro Oldrado arciv° e cittadino di Milano... et per alios 17 annos cum Io. Bapta Teg^{no} Altarista.... Vuol dire che l'Alfarano era determinato di pubblicarla nel 1590, vale adire nell'anno stesso in cui fu di pubblica ragione la sua tavola incisa in rame.* In altera tabula tegumenti scriptum legimus, etiam alia manu saec. XVIII: *hic codex ab auctore pontifici Gregorio XIII donatus.* In folio III, sub titulo, manu saec. XIX: *Emptum ex lib. R. D. Henrici Debellini Beneficiati SS. Basilicę Vaticanę et a tabulario tum eiusdem Basilicę, tum Sacri Palatii Apostolici, anno circiter 1870.* In marginibus numeri et litterae alphabeti ex textu rescribuntur.

In tegumenti tabulis stemmata Pauli V Burghesii ex auro signata.

9905. Saec. XIX, chart., mm. 272×192, ff. 90.

Tiberii Alpharani Hieracensis De sacrosanctae Basilicae B. Petri Apostolorum Principis in Vaticano Urbis sitae antiquissima et nova structura liber *etc.*, ut in cod. 9904.

Codex singulis tantum columnis exaratus; reliqua foliorum pars vacua notabilia quaedam praebet. In f. 1 sub titulo scriptum legimus: *Emptum ex libris R. D. Henrici Debellini* eadem manu ac in f. III cod. 9904.

Integumentum ex charta spissata saec. XIX.

9906. Saec. XIX, chart., mm. 266 × 202, ff. 130.

⟨Anonymi⟩ Descrizione della insigne Basilica di S. Pietro al Vaticano in Roma. Inc. *Piazza della Basilica. Questa vasta e magnifica piazza viene formata da tre grandi spazi.* Des. *e di là nell'armeria pontificia, presso il gran cortile delle logge ove al presente si trova.*

Codex singulis tantum columnis exaratus, reliqua singulorum foliorum pars vacua est; in f. 1 scriptum legimus manu saec. XIX, uti in codd. 9904-9905: *Emptum ex lib. R. D. Henrici Debellini.*

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et I. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

9907. Saec. XVII, chart., mm. 205 × 150, ff. 354 (+ 1ª).

Francisci Mariae Torrigii Compendio delle grandezze della sacrosanta basilica Vaticana di s. Pietro di Roma raccolto da gravi et approvati autori. Nel quale si contengono succintamente alcune delle principali attioni fatte in essa basilica, come da sommi Pontefici, Imperatori, Regi; dei doni fattevi: reliquie, altari, sepolcri, indulgenze, clero et altre cose appartenenti ad eccitare la divotione verso tanta Chiesa e particolarmente si raccoglie la santità di tal luoco. Inc. (f. 3). *Dell'edificazione di Roma, de suoi Rioni e del Vaticano. L'alma et inclita città di Roma che capo di tutte le terre.* Des. *chiesa*

di S. Angelo di Borgo di S. Spirito, all' altare della Concezione. Subiciuntur verba nonnulla calamo deleta, quae legere nequivi. Praeeunt [1] (f. 2). *Tavola de capi principali del Compendio.* [2] (f. 3). *Alli fedeli devoti Pellegrini.* ⟨Praefatio⟩ quae inc. *Eccoui (diuoti Pellegrini) un diuoto Compendio;* et des. *uiuete felici, di Roma, il primo di agosto 1623.*

Codex currenti littera a duobus, ut mihi videtur, librariis exaratus, quorum prior ff. 1-26ᵛ usque ad l. 18, alter ff. 26ᵛ a l. 19-354 descripsere. At secundus librarius, qui Torrigius ipse mihi videtur, plura adiunxit et correxit inter lineas, in marginibus et in schedulis hic illic foliis 1-26 adglutinatis. Quam plurima additamenta et correctiones exstant etiam in foliis 27-354, sed eadem manu exarata. In f. 1ᵛ, manu saec. XVIII, haec exstant: *Compendio delle grandezze di S. Pietro di Roma,* et alia manu saec. XIX: *Sembra opera inedita. L' autore è noto per altre opere composte da lui e stampate intorno le antichità e Chiese di Roma. La presente è interessante per le tante e rare notizie che contiene, per la sua erudizione. Questo esemplare deve essere l'autografo, per le tante correzioni e giunte, che vi si vedono e così preparato ed accomodato dal suo autore, per darlo alle stampe;* et, alia manu eiusdem saec. XIX: *Quest'opera mss. viene citata nel libro: Numismata Summorum. Pontif. Templi Vaticani fabricam indicantia, a Phil. Bonanni* ⟨edito⟩ *fo.* (?) *Romę 1696, pagina 65.* In f. 1ᵃ, imo margine, haec scripta legimus, ut in codd. 9904-9906: *Emptum ex libris R. D. Henrici Debellini;* et in versu eiusdem f. 1ᵃ, alia manu: *Ex libris Fam*ᵉ *Nardini.* Ff. 1ᵃ-5. 353-354 charta perlucida cooperta sunt.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et I. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

9908. Saec. XVIII, chart., mm. 191×143, ff. 148.

Diversorum opera.

1 (f. 1). ⟨**Patritii Rossi**⟩ Istoria del sacco di Roma nell' imperio di Carlo V e pontificato di Clemente VII. Inc. *Fin dalla mia adolescenza vago di auerare i fatti de miei progenitori, ritrouai fra l'antiche scritture della mia casa.* Des. *Onde Napolione, tornato in dietro con grosso bottino, in cambio di remunaratione, ne riceue trauaglio, come si è detto di sopra.* Quod opus in duas partes distributum non integre ediderunt Guzzoni et Tora, Romae 1837; sed de hoc cf. Orano D., *M. Alberini e il sacco di Roma del 1527* in *Arch. d. R. S. Romana di st. patria* (1895), XVIII, 95-98.

2 (f. 146). ⟨**Anonymi**⟩ Vita di Bartolomeo Carosi (in ms. *Canosi*) detto Brandano, il pazzo di Giesù Cristo, il contadino di Petroio. Inc. *Brandano nacque in Petroio, castello del dominio di Siena, nell'anno 1490.* Des. *e renderti degno della laura celestiale concessa alli spiriti, nella patria sourana, doue è indifficiente felicità, per tutti i secoli de secoli. Amen.*

Folia omnia, perpaucis exceptis, charta perlucida cooperta sunt; usque ad f. 143 duplex exstat enumeratio, antiqua atramento, ad paginas supputandas, recens vero plumbo, ad folia distinguenda; recentem secuti sumus. Codex totus eadem manu conscriptus videtur, praeter f. 146. In f. 1, sub titulo, eadem manu ut in codd. 9904-9907: *Emptum*

ex lib. R. D. Henrici Debellini. In marginibus notabilia passim, eadem manu qua textus, occurrunt. Folia 143ᵛ-145. 146ᵛ vacua.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et I. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

9909. Saec. XIX, chart., mm. 267 × 206, pp. c. 380.

⟨Anonymi⟩ Caeremoniale sacrosanctae basilicae Vaticanae in Casanatensi bibliotheca asservatum, cuius originale extat in Archivio Castri S. Angeli. Inc. *De missa canonicali. Canonicus hebdomadarius missam solemnem in nostra basilica celebraturus.* Des. *cetera repetas p. 244 a verbis: posito medius etc.* Folia litteris *a*, *b* designata initium operis repetunt usque ad verba *cum dicit* (cf. p. 5, lin. 21) alia manu eiusdem aetatis.

Codex currenti calamo exaratus. In folio littera *c* signato, sub operis titulo, hanc notulam scriptam legimus, ut in cod. 9908 et aliis *Emptum ex lib. R. D. Henrici Debellini.* In ff. 299-301 totius operis indiculus exstat; ff. 303-307 eadem manus quae in ff. *a*, *b*, adiunxit quae in p. 244, lin. 18, post verba *aliam similiter*, desiderabantur.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et I. B. Pitra card. bibliothecarii.

9910. Saec. XIX, chart., mm. 262 × 210, ff. 118.

Michaelis Angeli Matthaei Ceremoniale sacrosanctae basilicae Principis apostolorum de Urbe. Opus in duos libros distributum. Liber I inc. (f. 6) *Congruo tempore per horam, pulsatis Ecclesiae campanis in sacrario sex.* Liber II des. *semper dictis canonicis, usque ad ianuam ecclesiae.* Praeeunt [1] (f. 3). ⟨Dedicatio⟩ *Ill^{mo} ac Rev^{mo} Capitulo Basilicae Principis Apostolorum de Urbe*, quae inc. *Cum mecum ipse diu, multumque agitassem;* et des. *extollendum illustrandumque confido.* [2] (f. 4). *Index Capitulorum* Primi libri, et (f. 5) Secundi libri.

In f. 1 sub titulo scriptam legimus notulam ut in cod. 9909 et aliis: *Emptum ex libr. R. D. Henrici Debellini.*

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et I. B. Pitra card. bibliothecarii.

9911. Saec. XV, mm. 151 × 96, ff. 63.

P. Vergilii Maronis Opera aliquot (cf. Vergili, Opera ed. O. Ribbeck, Lipsiae, 1881).

1. Bucolica. [1] (f. 2). Ecloga I. [2] (f. 3ᵛ). Ecloga II. [3] (f. 5). Ecloga III. [4] (f. 7ᵛ). Ecloga IV. [5] (f. 8ᵛ). Ecloga V. [6] (f. 10ᵛ). Ecloga VI. [7] (f. 12). Ecloga VII. [8] (f. 14). Ecloga VIII. [9] (f. 16). Ecloga IX. [10] (f. 17ᵛ). Ecloga X.

2. Georgicon libri I-IV cum argumentis. [1] (f. 19). Liber primus. [2] (f. 24ᵛ). Liber II. [3] (f. 40ᵛ). Liber III. [4] (f. 51). Liber IV.

Codex nitidis characteribus exscriptus, litterae initiales maximae quae exstant variis ornamentis eleganter exaratae, plerumque vero desunt, spatiis ad eas excipiendas vacuis relictis. Inter lineas et in marginibus glossae, scholia et adnotationes quam plu-

rima alia manu eiusdem fere aetatis, vel potius saec. XVI ineuntis. Novissima singulorum quinternionum folia supputantur numeris Romanis litterisque alphabeti, et prima verba sequentis in imis marginibus praebent. Ultimus vero sexternio est. Versus perpauci oscitanter omissi, ab ipso librario in marginibus adiuncti. In f. 1 alia manus saec. XV praecepta quaedam de valetudine exaravit, quae inc. ⟨S⟩*anus homo qui et bene valet et suę spontis est, nullius obligare se legibus debet.* Des. *in secunda ualetudine aduersę pręsidia consumantur.* In f. 62^{v}, alia manu saec. XVII, hanc notulam scriptam legimus: *Hic liber est Philippi nepotis Bonefatii.* F. 63^{v} quasdam calami probationes et alia nullius momenti praebet; in summo margine f. 1 verba aliquot fere tota evanida.

Integumentum ex tabellis corio saec. XV coopertis. Fibulae cciderunt et novis suffectae sunt.

9912. Saec. XV, membr., mm. 145 × 105, ff. 139 (+ 12^{a}).

Homiliae diversorum patrum per anni circulum.

[1] (f 2). Homilia in evang. s. Lucae XXI, 25: *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: erunt signa in sole* etc. Inc. *Saluator noster, dilectissimi fratres, preparatos nos inuenire desiderans, prenuntiat mala et pericula.* Des. *rogemus Deum, ut possimus fugere eterna supplicia, gaudia sempiterna, prestante* (?) *Domino nostro.* [2] (f. 4). ⟨S. Maximi Taurinensis⟩ Homilia in evang. s. Matthaei XI, 2: *In illo tempore, cum audisset Iohannes in uinculis opera Christi, mictens duos de discipulis suis* etc. Inc. ⟨*S*⟩*anctus Iohannes Baptista precursor Domini Saluatoris, propter ueritatem est positus.* Des. *eternum gaudium cum sanctis angelis percipietis, quod ipse prestare dignetur* (M. 57, 915-918). [3] (f. 6). Homilia in evang. s. Ioan. I, 19: *In illo tempore miserunt Iudei ab Ierosolimis sacerdotes et leuitas ad Iohannem* etc. Inc. *Humilitas Iohannis Baptiste, fratres karissimi, demonstratur nobis exemplis sancti euangelii.* Des. *ad gaudia eterna peruenire meruerunt, ipso adiuuante, qui cum Patre et Spiritu.* [4] (f. 8^{r}). Homilia in evang. s. Lucae I, 26: *In illo tempore missus est Gabriel angelus ad ciuitatem Galilee, cui nomen erat Nazareth* etc. Inc. *Fratres karissimi, multum dilexit nos Deus, pro quibus tanta facere dignatus est.* Des. *ut per uirtutem humilitatis decoraret uirginitatem is excellentia singulare.* [5] (f. 9). Homilia in evang. s. Matthaei I, 18: *In illo tempore, cum esset disponsata mater Iesu Maria Ioseph* etc. Inc. *Conceptio Domini et Saluatoris nostri qualiter facta fuerit Mactheus tacet.* Des. *et die crastino natiuitatem nostri Redemptoris mereamur cum gaudio celebrare, quod ipse parare.* [6] (f. 10^{r}). Homilia in evang. s. Matth. I, 1: *Liber generationis Iesu Christi filii Dauid* etc. Inc. *Mactheus apostolus hebreus ex hebreis natus, et a Christo denuo peccator uocatus.* Des. *et faciat nos cum sanctis angelis gaudere, qui cum Patre et Spiritu.* [7] (f. 11^{r}). Homilia in evang. s. Luc. II, 1: *In illo tempore exiit edictum a Cesare Augusti* (!) etc. Inc. *In natiuitate Domini nostri Iesu Christi, fratres karissimi, Luchas euangelista plus aperte dixit.* Des. *mercedem accipiet perpetuam et cum angelis in perpetuum*

exultabit ipso adiuuante, qui cum etc. [8] (f. 12ᵃ). Homilia in evang. s. Lucae II, 15: *In illo tempore pastores loquebantur ad inuicem transeamus* etc. Inc. *Isti pastores, fratres karissimi, qui ab angelis natiuitatem Christi audierant.* Des. *ut ad gaudia eterna ad sotietatem sanctorum ipsorum, adiuuante.* [9] (f. 14ᵛ). Homilia in evang. s. Iohannis I, 1: *In principio erat uerbum et uerbum erat apud Deum* etc. Inc. *Natiuitatem Domini nostri Iesu Christi, fratres karissimi secundum carnem, Mactheus, Lucas euangeliste satis aperte declarauerunt.* Des. *ut cum illo sine fine gaudere possimus, procurante Domino nostro Iesu Christo.* [10] (f. 16ᵛ). Homilia in evang. s. Matth. XXIII, 34: *In illo tempore dixit Iesus turbis iudeorum: Ecce ego micto ad uos prophetas* etc. Inc. *Sanctus euangelista in hoc loco narrat qualiter Dominus.* Des. *ut cum beato Stephano, cuius hodie festa celebramus, in celis gaudere mereamur, adiuuante Domino nostro Iesu Christo.* [11] (f. 17ᵛ). Homilia in evang. s. Ioann. XXI, 20: *In illo tempore dixit Iesus Petro sequere me* etc. Inc. *Hanc electionem sancti euangelii, fratres karissimi, si subtiliter considerare desideramus.* Des. *ad illud gaudium quod Dominus noster fidelibus suis promisit, quod ipse prestare dignetur.* [12] (f. 19ᵛ). ⟨S. Maximi Taurinensis⟩ Homilia in evang. s. Matth. II, 13: *In illo tempore Angelus Domini in sompnis* etc. Inc. *Iste sanctus euangelista, fratres karissimi, manifestat nobis insidias Erodis.* Des. *de numero ipsorum qui secuntur Agnum quocunque igerit* (sic), *ipse nobis hoc concedat, qui cum Patre* (M. 57, 919-920). [13] (f. 21). Homilia in evang. s. Luc. II, 21: *In illo tempore, postquam consumati dies octo ut circumcideretur puer* etc. Inc. *Circumcisionem nostri Redemptoris, fratres karissimi, breuiter sanctus euangelista denuntiat.* Des. *in isto seculo in futuro cum Christo gaudere poterimus cum illo qui unus.* [14] (f. 22ᵛ). Homilia in evang. s. Luc. II, 33: *In illo tempore erat Ioseph et Maria mater Iesu* etc. Inc. *In presenti lectione sancti euangelii, manifestat euangelista quod sancta Maria.* Des. *clementiam suam, ut nos semper confirmet in suo sancto seruitio, qui uiuit et regnat.* [15] (f. 24ᵛ). Homilia in evang. s. Matth. II, 1: *In illo tempore, cum natus esset Iesus in Betthelem* etc. Inc. *In ista lectione, fratres karissimi, quam Mactheus euangelista aperte descripsit.* Des. *ut ad regiam nostram, idest ad gaudium sempiternum, leti uenire possimus. Qui ipse parare.* [16] (f. 26ᵛ). ⟨Bedae⟩ Homilia in evang. s. Ioannis I, 29: *In illo tempore uidit Ihoannis Iesum uenientem ad se* etc. Inc. *Iohannis Baptista qui fuit precursor Domini Redemptoris nostri.* Des. *et eius mandata obseruemus, ut in paradiso cum eo semper gaudeamus, Christo adiuuante* (M. 94, 74-79). [17] (f. 28). Homilia in evang. s. Luc. II, 42: *In illo tempore, cum factus esset Iesus annorum duodecim* etc. Inc. *Sanctus euangelista aperte describit nobis infanciam nostri Redemptoris.* Des. *Sic beata Maria in corde nostro seruimus, quod ipse parare dignetur.* [18] (f. 30). ⟨S. Maximi Taurinensis⟩ Homilia in evang. s. Ioann. II, 1: *In*

illo tempore nuptie quedem facte sunt etc. Inc. *Quotiescumque, fratres karissimi, nos legimus Redemptorem nostrum uenisse ad nuptias.* Des. *et semper doctrinam eius aliis nunctiemus, ut in futuro cum illo gaudeamus presente* (M. 57, 917-920). [19] (f. 32ᵛ). Homilia in evang. s. Matth. VIII, 1: *In illo tempore, cum descendisset Iesus de monte* etc. Inc. *Spiritualiter, fratres karissimi, iste mons unde Dominus noster descendit.* Des. *et si habuerimus fidem, tunc poterimus placere Deo, qui uiuit et regnat.* [20] (f. 34ᵛ). Homilia in evang. s. Matth. VIII, 23: *In illo tempore, ascendente Iesu in nauiculam* etc. Inc. *Redemptor noster, fratres karissimi, in hoc loco demonstrat nobis diuinam naturam.* Des. *et tam diu requiramus eius auxilium, donec liberet nos de omni mala cogitatione, quod ipse prestare dignetur qui.* [21] (f. 35). Homilia in evang. s. Luc. II, 22: *In illo tempore, postquam completi sunt dies purgationis* etc. Inc. *Dominus noster Iesus Christus in hoc loco ostendit nobis cum quanto studio et cum quanta sollicitudine debemus obseruare praecepta sua.* Des. *ut simus digni cum Simeone in eterna uita gaudere, quod ipse prestare dignetur.* [22] (f. 37). Homilia in evang. s. Luc. I, 26: *In illo tempore missus est Gabriel angelus etc.* Inc. *Quando sancti angeli mictuntur ad nos de celo recipiunt nomen.* Des. *cuius regnum et imperium permanet sine fine et in secula.* [23] (f. 38). Homilia in evang. s. Matth. XX, 1: *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum celorum* etc. Inc. *Regnum celorum in hoc loco significat istam presentem ecclesiam, et pater familias qui conducit operarios.* Des. *ut cum paucis electis faciat nos in eternum gaudere.* [24] (f. 39ᵛ). Homilia in evang. s. Luc. VIII, 4: *In illo tempore, cum turba multa conuenirent* etc. Inc. *Dominus noster, karissimi fratres, quum predicabat in hoc mundo, multi ueniebant ad eum.* Des. *et qui habet patientiam certissime filius Dei uocabitur, qui cum Patre.* [25] (f. 41). Homilia in evang. s. Luc. XVIII, 31: *In illo tempore assumpsit Iesus XII discipulos suos, et ait illis: Ecce ascendimus Ierosolimam et reliqua.* Inc. *Redemptor noster, fratres karissimi, sciebat quia animi discipulorum suorum turbarentur de passione sua.* Des. *ut possimus eius uerba et opera eius facere, ipso adiuuante qui.* [26] (f. 42). Homilia in evang. s. Matth. IV, 1: *In illo tempore ductus est Iesus in desertum* etc. Inc. *Dominus noster, fratres karissimi, qui propter nos dignatus est homo fieri.* Des. *ut securi et leti possumus* (sic) *uenire ante faciem eterni regis, quod ipse parare dignetur.* [27] (f. 43ᵛ). ⟨S. Maximi Taurinensis⟩ Homilia in evang. s. Matth. XV, 21: *In illo tempore egressus Iesus secessit in partes Tyri et Sindonis* etc. Inc. *Iste ciuitates ad quas Dominus uenit significant hunc modum* (sic). Des. *ut mentem nostram dignetur liberari de insidiis diaboli, quod ipse prestare dignetur* (M. 57, 745-748). [28] (f. 44ᵛ). Homilia in evang. s. Luc. XI, 14: *In illo tempore erat Iesus eiciens demonium et illud erat mutum* etc. Inc. *Iste demoniacus de quo sanctus euange-*

lista loquitur significat humanum genus. Des. *ut mereamur peruenire ad eterna beatitudine* (!), *adiuuante Domino nostro Yesu Christo.* [29] (f. 46v). Homilia in evang. s. Ioann. VI, 1: *In illo tempore abiit Iesus trans mare Galilee quod est Tyberiadis.* Inc. *Spiritualiter hoc mare significat hoc presens seculum.* Des. *qui pro nostra salute uenit in mundum, cui est honor et gloria in secula seculorum amen.* [30] (f. 48v). Homilia in evang. s. Ioann. VIII, 46: *In illo tempore dicebat Iesus turbis Iudeorum* etc. Inc. *Dominus noster Iesus Christus, karissimi fratres, sine omni peccato dignatus est.* Des. *oportet nos intrare in regnum Dei, adiuuante Domino nostro.* [31] (f. 50v). In die palmarum secundum Matthaeum. Homilia in evang. s. Matth. XXI, 1: *In illo tempore, cum appropinquasset Iesus Ierosolimis* etc. Inc. *Dominus noster ac Redemptor noster, fratres karissimi, qui semper equalis Deo patri.* Des. *Ipso adiuuante Domino nostro.* [32] (f. 52). Homilia in evang. s. Marci XVI, 1: *In illo tempore Maria Iacobi et Salamone* (sic) *emerunt aromata* etc. Inc. *Iste sancte mulieres, sicut sanctus Lucas euangelista manifestat, fuerant secute Dominum.* Des. *ad quam nos ille perducere dignetur, qui cum Patre* etc. [33] (f. 53). Homilia in evang. s. Luc. XXIV, 13: *In illo tempore duo ex discipulis Iesus ibant ipsa die in castellum* etc. Inc. *Isti duo discipuli quibus hoc sanctum euangelium narrat.* Des. *et in futuro simul cum eo possimus gaudere, quod ipse.* [34] (f. 54). Homilia in evang. s. Luc. XXIV, 36: *In illo tempore stetit Iesus in medio discipulorum suorum* etc. Inc. *Quotiescumque, fratres karissimi, nos congregamur in unum.* Des. *ut ad ueram pacem peruenire possimus, ipso adiuuante qui uiuit et regnat.* [35] (f. 55). Homilia in evang. s. Ioann. XXI, 1: *In illo tempore manifestauit Iesus Christus discipulis suis et reliqua.* Inc. *Redemptor noster, fratres karissimi, semper uult ut resurrectionem eius in corde et animo retineamus.* Des. *Ad illud conuiuium nos perducat omnipotens Deus. Qui etc.* [36] (f. 55v). Homilia in evang. s. Ioann. XX, 11: *In illo tempore Maria stabat ad monumentum foris plorans* etc. Inc. *Fratres karissimi, in hoc loco multum debemus considerare quantus amor Domini nostri.* Des. *ut cum Marie Madalene* (sic) *uidere possimus Redemptorem nostrum in gloria sua. Quod* etc. [37] (f. 56v). Homilia in evang. s. Matth. XXVIII, 16: *In illo tempore undecim discipuli abierunt in Galileam.* Inc. *Redemptor noster, fratres karissimi, dignatus est discipulis suis apparere in Galileam,* Des. *nos semper sollicitos in bono opere, quod ipse prestare dignetur.* [38] (f. 57). Homilia in evang. s. Ioann. XX, 1: *In illo tempore una sabati Maria Madalene uenit mane* etc. Inc. *Ista mulier que uenit ad monumentum Domini, sicut sanctus euangelista manifestat, fuit soror Lazari.* Des. *ut ad Deum peruenire possumus* (sic), *cui est honor et gloria.* [39] (f. 57v). Homilia in evang. s. Ioann. XX, 19: *In illo tempore, cum esset sero die illa una sabatorum* etc. Inc. *Dominus noster et Saluator, fratres karissimi, multis modis*

dignatus est apparere discipulis suis. Des. *et uiderunt habere ueram confessionem, prestante Domino nostro Iesu Christo.* [40] (f. 58v). Homilia in evang. s. Ioann. XX, 24: *In illo tempore Thomas autem unus* etc. Inc. *Sanctus Euangelista manifestat quod Thomas qui erat unus ex discipulis.* Des. *regnum celorum acquirere meruerunt, quod ipse prestare.* [41] (f. 59v). Homilia in evang. s. Ioann. XI, 11: *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Ego sum pastor bonus* etc. Inc. *Redemptor noster, fratres karissimi, ipse est enim bonus pastor qui non solum pascit.* Des. *paradisi gaudium accipiamus. Quod ipse.* [42] (f. 60). Homilia in evang. s. Ioann. XV, 16: *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: modicum et iam non uidebitis me* etc. Inc. *In illa nocte qua Dominus noster erat tradendus, postquam lauit pedes discipulorum.* Des. *gaudium nobis concedere dignetur Iesus Christus Dominus noster, quod ipse prestare.* [43] (f. 61). Homilia in evang. s. Ioann. XVI, 5: *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: uado ad eum qui me misit* etc. Inc. *Dominus ac Redemptor noster in illa nocte qua erat tradendus, non solum uoluit.* Des. *ipse dignetur mentibus nostris aperire gaudia uite eterne, adiuuante Deo.* [44] (f. 62). Homilia in evang. s. Ioann. XVI, 23: *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: amen amen dico uobis si quid petieritis* etc. Inc. *Saluator noster in hoc sancto euangelio promictit discipulis suis.* Des. *in corde nostro, ubi semper dignetur habitare Iesus Christus.* [45] (f. 63). Homilia in evang. s. Ioann. XIV, 27: *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: non turbetur cor uestrum.* Et reliqua. Inc. *Dominus noster in ea nocte qua traditus est consolatus est discipulos.* Des. *mereamur dignam mansionem habere cum angelis. Quod ipse parare.* [46] (f. 63v). Homilia in evang. s. Ioann. III, 1: *In illo tempore erat homo ex phariseis Nicodemus nomine* etc. Inc. *Iste Nichodemus unus erat ex maioribus Iudaeorum.* Des. *ita uiuere ut ad uitam eternam possumus* (sic) *peruenire, ipso adiuuante.* [47] (f. 65). Homilia in evang. s. Marci, XVI, 14: *In illo tempore, recumbentibus undecim discipulis* etc. Inc. *Dominus noster, fratres karissimi, antequam ascenderet in celum.* Des. *ubi ego sum, illic et minister meus erit, quod ipse prestare dignetur.* [48] (f. 66v). Homilia in evang. s. Ioann. XV, 27: *In illo tempore, dixit Iesus discipulis suis*: *cum uenerit paraclitus* etc. Inc. *In multis locis sancti euangelii, fratres karissimi, inuenimus quia apostoli usque ad aduenctum Spiritus sancti.* Des. *quatenus ad celestem patriam peruenire ualeamus, adiuuante Domino.* [49] (f. 67v). Homilia in evang. s. Ioann. XIV, 23: *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: si quis diligit me sermonem meum seruabit* etc. Inc. *Dominus noster in hoc loco menifestat quales debeant esse.* Des. *mereamur peruenire ad beatitudinem sempiternam et ad pacem angelorum, quod ipse.* [50] (f. 68v). Homilia in evang. s. Ioann. III, 16: *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: sic Deus dilexit mundum* etc. Inc. *Dominus noster in hoc loco manifestat quod Deus pater.* Des.

ut ad ueram lucem angelorum peruenire ualeamus, adiuuante Domino. [51] (f. 69ᵛ). Homilia in evang. s. Ioann. X, 1: *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: amen dico uobis qui non intrat per hostium in ouile ouium* etc. Inc. *Redemptor noster, fratres karissimi, in omnibus uerbis suis docet nos habere humilitatem.* Des. *ut post mortem habeant habundantiam, habeant uitam eternam, prestante Domino nostro.* [52] (f. 70). Feria X secundum Lucham (!). Homilia in evang. s. Ioann. VI, 44 (in ms. Omilia sancti): *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: nemo potest uenire ad me, nisi pater* etc. Inc. *Fratres karissimi, in hoc loco demonstrat nobis Dominus noster quod nullus homo.* Des. *comparatur gloria regni celorum, ad quam nos perducere dignetur Dominus noster Iesus Christus, qui uiuit et regnat.* [53] (f. 70ᵛ). Homilia in evang. s. Luc. IX, 1: *In illo tempore conuocatis Iesus XII discipulis suis, dedit illis uirtutem* etc. Inc. *Dominus noster, antequam ad passionem ueniret, conuocauit XII discipulos.* Des. *ut Deum habitatorem in nobis habere mereamur, prestante Domino nostro.* [54] (f. 71). Homilia in evang. s. Luc. VI, 17: *In illo tempore factum est in una dierum, et Iesus sedebat docens* etc. Inc. *Iste paraliticus quem Dominus sanauit significat animam.* Des. *ut nos, per uirtutem et gratiam Domini nostri Iesu Christi, possimus peruenire ad gaudia paradisi, adiuuante Domino.* [55] (f. 72). Homilia in evang. s. Luc. IV, 38: *In illo tempore, surgens Iesus de sinagoga introiuit in domum Simonis* etc. Inc. *Socrus Simonis quem Dominus liberauit de febribus sequitur spiritualiter.* Des. *securita⟨s⟩ sine miseria, felicitas sempiterna, ad quam nos perducat Deus.* [56] (f. 72ᵛ). Dominica I post octauam Pentecostis, secundum Lucham (in ms. Omilia s. Gregorii pp.). Homilia in evang. s. Luc. XVI, 19: *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: homo quidam erat diues et induebatur purpura* etc. Inc. *Dominus ac Redemptor noster, fratres karissimi, uolens omnes homines saluari, per misericordiam suam.* Des. *et Dominum oremus ut concedat nobis uitam per mortem, quod ipse.* [57] (f. 74). Homilia in evang. s. Luc. XIV, 16: *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: homo quidam fecit cenam magnam.* Inc. *Dominus noster qui est omnipotens, quando in principio creauit mundum.* Des. *ut in cena Domini cum omnibus sanctis gaudere mereamur. Quod ipse prestare.* [58] (f. 75ᵛ). Homilia in evang. s. Luc. XV, 1: *In illo tempore erant Iudei appropinquantes ad Iesum publicani et peccatores* etc. Inc. *In hoc loco manifestat sanctus euangelista quia publicani et peccatores.* Des. *Sic nos custodiat in hoc seculo, ut in futuro possimus gaudere cum illo, quod ipse prestare.* [59] (f. 77). Homilia in evang. s. Luc. I, 5: *Quid* (sic, lege: *Fuit*) *in diebus Herodis Iudee sacerdos quidam nomine Zacharias* etc. Inc. *Sanctissimi precursoris Domini nostri nobilitas, cuius natiuitatis festa.* Des. *concedat nobis felicem et sanctam perseuerantiam custodire.* [60] (f. 79ᵛ). Homilia in evang. s. Luc.

I, 57: *In illo tempore Helisabeth, impletum est tempus pariendi et peperit filium* etc. Inc. *Dominus noster quando natus est, totus mundus exultauit.* Des. *et omnes qui credunt in eum liberauit suo pretioso sanguine de potestate diaboli. Cui etc.* [61] (f. 80v). Homilia in evang. s. Matth. XVI, 13: *In illo tempore uenit Iesus in partes Cesaree Filippi* etc. Inc. *Philippus qui fuit filius Herodis hedificauit ciuitatem.* Des. *ut cum beato Petro apostolo nos faciat in futuro gaudere.* [62] (f. 81v). Homilia in evang. s. Matth. XIX, 27: *In illo tempore dixit Simon Petrus ad Iesum: Ecce nos reliquimus omnia* etc. Inc. *Iste sanctus euangelista declarat quod unus adolescens.* Des. *ut cum sanctis apostolis, qui pro Domino omnia relinquerunt* (!), *semper gaudere possimus. Quod* etc. [63] (f. 83). Homilia in evang. s. Luc. I, 18: *In illo tempore dixit Zaccharias ad angelum: unde hoc sciamus quia ego sum senex* etc. Inc. *Iste sanctus euangelista declarat quod angelus Domini apparuit Zaccarie.* Des. *intercedere dignetur ad Dominum, quo possimus cum eo in celis semper gaudere. Quod.* [64] (f. 84). Homilia in evang. s. Matth. XIV, 22: *In illo tempore iussit Iesus discipulos suos ascendere in nauiculam* etc. Inc. *Dominus noster, postquam pauit quinque milia hominum de quinque panibus.* Des. *ut post mortem carnis cum eo gaudere possimus.* [65] (f. 85v). Homilia in evang. s. Luc. VI, 36: *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis, estote ergo misericordes sicut et pater uester* etc. Inc. *Inter omnes uirtutes quas Dominus discipulos suos docuit precipue.* Des. *ut in die iudicii cum electis Dei gaudere possimus. Quod ipse.* [66] (f. 86v). Dominica IIII post Pentecosten, secundum Lucham. Homilia in evang. s. Luc. V, 1: *In illo tempore, cum turbe irruerent ad Iesum, ut audirent uerbum Dei* etc. Inc. *Stagnum Genazareth ubi Dominus sedebat quando predicabat.* Des. *persecutiones semper pro Christo sustineamus, ut nos ad patriam nostram possumus* (sic) *peruenire.* [67] (f. 88). Homilia in evang. s. Matth. V, 20: *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: amen amen dico uobis, nisi abundauerit iustitia uestra* etc. Inc. *In isto loco amonet Dominus discipulos suos quid si ipsi maiorem iustitiam.* Des. *firmiter teneamus, ut omnino Deo placere mereamur. Quod.* [68] (f. 88v). Homilia in evang. s. Marci VIII, 1: *In illo tempore, cum turba plurima esset cum Iesu* etc. Inc. *Dominus noster, fratres karissimi, qui pro nobis dignatus est fieri homo.* Des. *curemus ut nos in futuro cum Domino gaudeamus. Quod.* [69] (f. 89v). Dominica VII, secundum Mactheum. Homilia in evang. s. Matth. VII, 15: *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: attendite a falsis prophetis* etc. Inc. *Dominus noster in hoc loco amonet nos ut custodiamus nos ab illis hominibus.* Des. *et sic gaudere possumus cum Domino nostro Iesu Christo in societate sanctorum. Quod.* [70] (f. 90v). Dominica VIII, secundum Lucham. Homilia in evang. s. Luc. XVI, 1: *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: homo quidam erat diues* etc. Inc. *Spiritualiter iste homo*

est Deus omnipotens, propterea diues dicitur. Des. *Tunc gaudere poterimus cum eo qui in cruce orauit pro suis persecutoribus Iesus Christus.* [71] (f. 92). **Dominica VIII, secundum Lucham.** Homilia in evang. s. Luc. XIX, 41: *In illo tempore, cum appropinquaret Dominus Iesus Ierusalem, uidens ciuitatem, fleuit* etc. Inc. *Dominus noster Iesus Christus demonstrat in hoc sancto euangelio quantum ipse gaudebat de salute hominum.* Des. *Sed sic dignetur nos saluare sicut saluauit sanctos apostolos. Quod.* [72] (f. 93ᵛ). **Dominica Xª, secundum Lucham.** Homilia in evang. s. Luc. XVIII, 9-10: *In illo tempore dicebat Iesus ad eos qui in se considerabant tanquam iusti, et ceteros aspernabantur* etc. Inc. *In multis locis ostendit Dominus quantum superbia noceat.* Des. *et omnem delectationem carnis fugiamus, ut in futuro cum sanctis gaudere possimus. Ipse.* [73] (f. 94). **Dominica ⟨XI⟩ secundum Lucham** (!). Homilia in evang. s. Marci VII, 31: *In illo tempore, exiens Iesus de finibus Tiri uenit per Sindone* (sic) *ad mare Galilee* etc. Inc. *Due iste ciuitates idest Tyrus et Sydon fuerunt ciuitates gentilium.* Des. *ut ipsi qui audiunt possint nobiscum in paradiso gaudere. Quod ipse prestare dignetur.* [74] (f. 95ᵛ). **Dominica XII, secundum Lucham.** Homilia in evang. s. Luc. X, 23: *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: beati oculi qui uident que uos uidetis et reliqua.* Inc. *In isto sancto euangelio dicit Dominus noster, quia illi sunt beati qui eum uiderunt.* Des. *et proximos nostros tanquam nosmet ipsos diligamus, ut a Domino in futurum misericordiam accipiamus, cui est.* [75] (f. 97). **Dominica XIII, secundum Lucham.** Homilia in evang. s. Luc. XVII, 11: *In illo tempore, dum iret Iesus in Ierusalem, transiebat per mediam Samariam* etc. Inc. *Dominus noster, fratres karissimi, propter nostram salutem, dignatus est homo fieri.* Des. *ut mereamur esse liberi ab omnibus malis, ipso adiuuante* [76] (f. 97ᵛ). **In festo sancti Laurenti.** Homilia in evang. s. Ioann. XII, 24. *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: amen amen dico uobis, nisi granum frumenti* etc. Inc. *In hoc loco per granum frumenti debemus intelligere Dominum nostrum.* Des. *fugiamus gaudium mundi et nos gaudium sempiternum percipere mereamur.* [77] (f. 98ᵛ). **Dominica XIIII, secundum Mactheum.** Homilia in evang. s. Matth. VI, 24: *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: nemo potest duobus dominis seruire et reliqua.* Inc. *Dominus noster manifestat in hoc loco quia nullus homo potest seruire duobus dominis.* Des. *ut possimus habere pacem cum omnibus sanctis in uitam eternam. Quod ipse prestare.* [78] (f. 100). Homilia in evang. s. Luc. X, 38: *In illo tempore intrauit Iesus et* (!) *quodam castellum et mulier quedam* etc. Inc. *Dominus noster, fratres karissimi, quamdiu corporaliter conuersatus est in hac uita.* Des. *ut possimus post mortem nostram gaudere in uitam eternam cum illo, ipso adiuuante.* [79] (f. 100ᵛ). **Dominica XV secundum Lucham. ⟨Bedae presbyteri (?)⟩**

Homilia in evang. s. Luc. VII, 11: *In illo tempore ibat Iesus in ciuitatem que uocatur Naim* etc. Inc. *Naym est ciuitas Galilee que longe est duobus miliaris monte Tabore.* Des. *ut ipse concedat nobis taliter in lacrimabili uita ita uiuere, ut mereamur semper cum eo gaudere. Quod ipse* (M. 94, 299-300; Bandini, Biblioth. Medic.-Laurent., t. I, col. 454, § LVIII). [80] (f. 102). Homilia in evang. s. Luc. XXII, 24: *In illo tempore facta est contentio inter discipulos Iesus* etc. Inc. *Ista contentio quam discipuli habuerunt inter se legitur fuisse.* Des. *in tribulationibus, ut in regno Dei mereamur semper gaudere. Quod ipse prestare.* [81] (f. 102ᵛ). Homilia in evang. s. Luc. XIV, 1: *In illo tempore, cum intraret Iesus in domum cuiusdam principis phariseorum* etc. Inc. *Quando nos legimus Dominus uenisse ad nuptias uel ad conuiuium.* Des. *talem habere humilitatem in hac, ut nos post mortem possimus gaudere in eterna. Quod* (cf. Bandini, Biblioth. Leopol. I, 399, § LXXXIII). [82] (f. 104). ⟨I o a n n i s O s a u r e i⟩ Homilia in evang. s. Matth. XXII, 35: *In illo tempore accesserunt ad Iesum Saducii et interrogauerunt* (sic) *eum unus ex legis doctor* etc. Inc. *Due hereses, idest due diuisiones erant inter Iudeos: una Saduceorum.* Des. *cum omni sollicitudine studeamus adimplere. Ipso.* [83] (f. 105). Homilia in evang. s. Matth. XIV, 1: *In illo tempore audiuit Herodes tetrarca famam Iesus* etc. Inc. *Ipse Herodes filius fuit Herodis qui regnabat tunc quando Dominus natus est.* Des. *ad laudem et gloriam nominis sui, cui est et gloria in secula seculorum Amen.* [84] (f. 107). Homilia in evang. s. Matth. IX, 1: *In illo tempore, ascendens Iesus in nauiculam, transfretauit* etc. Inc. *Lectio sancti euangeli declarat dominum nostrum et uerum Deum et uerum hominem.* Des. *ut dignetur perducere Dominus noster Iesus Christus Qui cum.* [85] (f. 108). Homilia in evang. s. Matth. XXII, 2: *In illo tempore loquebatur Iesus cum discipulis suis in parabolis dicens: simile factum est* etc. Inc. *Regnum celorum in hoc loco significat presentem ecclesiam, idest congregationem bonorum hominum.* Des. *cum Dei adiutorio a malo nos custodiamus. Quod ipse prestare.* [86] (f. 110). Homilia in evang. s. Ioann. XII, 31: *In illo tempore dixit Iesus turbis Iudeorum: nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eicietur foris, et reliqua.* Inc. *Antequam Dominus noster ueniret in hunc mundum, diabolus erat princeps mundi.* Des. *et faciat nos secum gaudere semper in celis, quod ipse pater.* [87] (f. 110ᵛ). Homilia in evang. s. Matth. IX, 9: *In illo tempore uidit Iesus hominem sedentem in theoloneo* (sic) *Matheo nomine,* etc. Inc. *In isto loco legitur quod Dominus uocauit Mattheum apostolum.* Des. *ut mereamur fieri Spiritus sancti habitaculum, cui est honor et gloria in secula seculorum.* [88] (f. 112). I n s a n c t o M i c h a e l e s e c u n d u m M a c t h e u m. Homilia in evang. s. Matth. XVIII, 1: *In illo tempore accesserunt ad Iesum discipuli eius dicentes: quis putas maior esse in regno celorum, et reliqua.* Inc. *Alio in loco iste sanctus*

euangelista manifestat quod Dominus uenit Capharnaum. Des. *ut cum angelis sanctis, qui sunt nostri custodes, mereamur semper gaudere. Quod ipse prestare.* [89] (f. 113ʳ). Homilia in evang. s. Ioann. IV, 46: *In illo tempore erat quidam regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum, et reliqua.* Inc. *Ista lectio sancti euangelii quam audistis, secundum literam ualde aperta est.* Des. *ut ipse gaudia rite nos fugere faciat et regnum celorum faciat nos diligere. Quod.* [90] (f. 114ʳ). Homilia in evang. s. Matth. XVIII, 23: *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: simile est regnum celorum homini regi* etc. Inc. *Spiritualiter iste rex significat Dominum nostrum Iesum Christum: serui huius regis sunt homines.* Des. *ut dimictantur nobis peccata nostra, que cotidie contra uoluntatem Domini operamus.* [91] (f. 115ʳ). Homilia in evang. s. Matth. XXII, 15: *In illo tempore, abeuntes Pharisei consilium inierunt ut caperent Iesum.* Inc. *Quando Dominus noster in hac uita predicabat, magna contentio erat inter Iudeos.* Des. *ut in ultimo die iudicii eum placitum uidere possimus, cui.* [92] (f. 116). Homilia in evang. s. Matth. IX, 18: *In illo tempore, loquente Iesu ad turbas, ecce princeps unus accessit et adorauit eum* etc. Inc. *Inter omnia miracula que Dominus noster fecit per semet ipsum.* Des. *partem in regno celorum habere mereamur. Quod ipse prestare dignetur* (cf. Bandini, Bibl. Laurent. I, 407, § XCIX, ubi homilia s. Gregorio Papae tribuitur). [93] (f. 117). In die sancti Andree secundum Mactheum. Homilia in evang. s. Matth. IV, 18: *In illo tempore ambulans Iesus inter mare Galilee, uidit duos fratres* etc. Inc. *Antequam Dominus noster predicaret in hunc mundum euangelium et antequam discipulos eligeret.* Des. *ut nos per gratiam ipse mereamur liberari de potestate diaboli. Quod.* [94] (f. 118). Homilia in evang. s. Ioann. XIII, 34: *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: hoc est preceptum meum ut diligatis inuicem* etc. Inc. *Dominus noster, propter hoc dignatus est descendere de celis, ut mentes hominum leuaret ad celum.* Des. *ut nos cum nostro conditore in eterna uita gaudere possimus. Ipso adiuuante.* [95] (f. 119ᵛ). Homilia in evang. s. Ioann. XV, 17: *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: hoc mando uobis, ut diligatis inuicem.* Inc. *Dominus noster in hoc loco amonet, ut semper inter nos ueram dilectionem habeamus.* Des. *ut cum sanctis suis gaudere possimus. Adiuuante.* [96] (f. 120). Homilia in evang. s. Luc. X, 1: *In illo tempore designauit Dominus et alios septuaginta et duos discipulos* etc. Inc. *Istud sanctum euangelium manifestat quod Dominus misit discipulos suos binos ad predicandum, propter hoc quod duo sunt precepta caritatis.* Des. *uerbum suum implere et facere, ut nos remunerationem celestem possimus in futuro ab illo suscipere.* [97] (f. 121ʳ). Homilia in evang. s. Matth. V, 1: *In illo tempore, uidens Iesus turbas, ascendit in montem* etc. Inc. *Dominus noster quando predicabat in hoc mundo, multi ueniebant ad eum, non solum ex Iudea, sed etiam ex diuersis nationibus.* Des. *aduer-*

sitates huius mundi securi esse possumus, quia cum sanctis martiribus in eterna uita gaudebimus. Quod etc. [98] (f. 122ᵛ). Homilia in evang. s. Luc. VI, 17: *In illo tempore, descendens Iesus de monte, stetit in loco campestri* etc. Inc. *Lectio huius sancti euangelii manifestat quando Dominus predicabat in hoc mundo multi ex diuersis partibus ueniebant ad eum.* Des. *cum sanctis et electis Dei in regno celorum gaudere et exultare, ipso adiuuante.* [99] (f. 123ᵛ). Homilia in evang. s. Luc. XXI, 9: *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: quum audieritis prelia et seditiones nolite terreri, et reliqua.* Inc. *Saluator noster denunctiat nobis persecutiones et mala huius mundi, que sunt uetera.* Des. *possimus esse martires et cum Domino in perpetuum gaudebimus, ipso.* [100] (f. 124ᵛ). Homilia in evang. s. Matth. X, 35: *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: nolite arbitrari quia ueni mictere pacem in terram.* Inc. *Pax non semper ponitur in bonam significationem, sed etiam in malam.* Des. *et in eterna patria cum sanctis gaudere perpetualiter mereamur. Quod* (cf. Bandini, Bibl. Leopold., I, 285, § CXXV). [101] (f. 125ᵛ). Homilia in evang. s. Matth. X, 16: *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: ecce ego micto uos sicut oues in medio luporum et reliqua.* Inc. *Dilectissimi fratres, attendamus diligenter quemadmodum Dominus noster misit discipulos suos in hunc mundum.* Des. *et uirtutes eorum in quantum possumus oportet imitari. Dominus noster etc.* (cf. Bandini, Bibl. Leopol., I, 286, § CXXII). [102] (f. 126). Homilia in evang. s. Luc. XIV, 26: *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: si quis uenit ad me et non odit patrem suum et matrem et uxorem et filios* etc. Inc. *Amonet nos Dominus quia debemus habere odio omnes parentes nostros et animam nostram* Des. *Ipse nobis desiderata gaudia concedat, qui pro nobis semetipsum tradidit morti.* [103] (f. 126ᵛ). Homilia in evang. s. Luc. IX, 23: *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: si quis uult uenire post me abneget semetipsum* etc. Inc. *Saluator noster, dilectissimi fratres, amonet nos ut abnegemus nosmet ipsos, idest dicet nos ut relinquamus uitia.* Des. *ut mereamur peruenire ad illud gaudium quod promisit Deus fidelibus suis, per Dominum.* [154] (f. 128). Homilia in evang. s. Ioann. XV, 1: *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: ego sum uitis uera* etc. Inc. *Dominus noster, fratres karissimi, qui ad redemptionem humani generis dignatus est uenire in hunc mundum.* Des. *quam fidelibus suis ante secula promisit, cui est honor in secula seculorum. Amen* (cf. Bandini, Bibl. Leopol., I, 286, § CXXVI). [105] (f. 128ᵛ). Homilia in evang. s. Matth. X, 26: *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: nihil opertum quod non reueletur, et occultum quod non sciatur, et reliqua.* Inc. *In hoc loco amonet Dominus discipulos suos, ne persecutores suos timerent, quia tempus ueniret.* Des. *ut mereamur remunerari ab ipso in gloria eterna. Quod ipse prestare.* [106] (f. 130). Homilia in evang. s. Luc. XII, 35: *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: sint lumbi uestri precincti et lucerne*

ardentes in manibus uestris etc. Inc. *Iste uirtutes quas Dominus docuit discipulos suos, docuit illos ut castitatem haberent.* Des. *solicitos in opere suo, ut cum fidelibus suis in eterna uita gaudere possimus* (cf. Bandini, Bibl. Leopold., I, 286, § CXXXV). [107] (f. 131). Homilia in evang. s. Matth. XXV, 14: *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: homo quidam peregre proficiscens* etc. Inc. *Dominus interrogatus a discipulis suis de die iudicii et de consumatione seculi, dedit eis similitudinem.* Des. *in opere suo faciat nos transire de temporali uita ad gaudia sempiterna. Quod* (cf. Bandini, Biblioth. Leopold., I, CXXXIV). [108] (f. 132ᵛ). Homilia in evang. s. Matth. XIII, 44: *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro* etc. Inc. *Thesaurus absconditus in agro item celeste desiderium aget, in quo thesaurus inuenitur.* Des. *faciat nos peruenire ad illud gaudium, quod nobis promisit. Quod ipse prestare* (cf. Bandini, Bibl. Leopold., I, CXXXVII). [109] (f. 134). Homilia in evang. s. Matt. XXV, 1: *In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: simile est regnum celorum decem uirginibus que, accipientes lampades suas, exierunt obuiam sponso et sponse, et reliqua* (verba: *decem uirginibus et reliqua* scripta leguntur in imo margine f. 134, eadem manu exarata). Inc. *In hoc loco per regnum* (quae verba adiecta leguntur in imo margine f. 134, ut s.) *celorum debemus intelligere presentem ecclesiam ubi inueniuntur boni et mali, fatui et prudentes.* Des. *securus et letus possit uenire ante faciem eius, ipso adiuuante.* [110] (f. 135). Homilia in evang. s. Luc. XIX, 1: *In illo tempore egressus Iesus perambulabat Iericho et ecce uir nomine Zaccheus* etc. Inc. *In isto loco manifestat sanctus euangelista quod ambulabat Dominus Iericho.* Des. *laboremus in bonis operibus, ut decessum uite nostre mereamus, ipso.* [111] (f. 136). Homilia in evang. s. Luc. I, 39: *In illo tempore, exurgens Maria abiit in montana cum festinatione* etc. Inc. *Ista lectio sancti euangelii, karissimi, manifestat quod beatissima uirgo Maria, priusquam cognouit se esse grauidam.* Des. *cum beata Maria matre Domini perpetualiter gaudere. Quod ipse prestare dignetur, qui cum Patre et Spiritu sancto uiuit et regnat in secula seculorum Amen.* [112] (f. 137ᵛ). Homilia in evang. s. Luc. I, 26: *In illo tempore missus est Gabriel angelus a Deo in ciuitatem Galilee, cui nomen Nazareth* etc. Inc. *Quando sancti angeli mittuntur ad nos de celo, recipiunt nomen apud nos a ministerio, propter quod ueniunt.* Des. mutila *dedit illi angnelus* (!) *exemplum de Elisabet que erat grauida* (iam in ff. 37-38 exscripta). - Plurae huius codicis homiliae exstant etiam in cod. Vat. lat. 9990.

Codicem duo descripsere librarii, quorum prior ff. 2-137, alter ff. 137ᵛ-138, sed prima folia diligentiori arte, caetera vero currenti calamo exarata. In f. 1 temporis et tinearum iniuria corrupto, et recentiori membrana refecto scriptum legimus initium tantum homiliae quae in f. 2 exstat, et post verba: *predictum esse a Domino* haec subiciuntur,

alia manu: *In nomine Domini Amen. Anno domini M^{o} CCCC LXIIIJ pontificatus sanctissimi ///// Domino nostro domino Pio divina pro*⟨videntia⟩ *papa* ⟨II⟩, et in f. 1^{v}, etiam alia manu: *Leo X obiit octauo eius anno. Et prima dominica aduentus ipsius anni.* F. 40, in summo margine: *Iesus* rubro atramento; in imo margine f. 137: *Laus B⟨enedi⟩c⟨t⟩o;* in f. 138^{v} praeter calami probationes, quaedam morales sententiae; in f. 138 computa anni 1516 vulgari lingua, et hominum figura rudi calamo conscripta. Litterae initiales et interdum tituli rubro colore exarata sunt. Foliorum 12^{a}-17 ordinem disturbatum sic restitues: 12^{a}. 14. 13. 16. 15. 18; duplex exstat enumeratio, recentiorem secuti sumus. Quinterniones litteris alphabeti et numeris Arabicis imis marginibus foliorum supputantur, adiectis in novissimo singulorum folio duobus vel tribus verbis sequentis.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et I. B. Pitra card. bibliothecarii.

9913-9914. Saec. XVIII, chart., mm. 259 × 184.

Torquati Tasso Gotifredus ⟨ex italico idiomate in latinum, versu heroo, translatus. Libri I-XX singuli argumentis instructi⟩.

1. Cod. 9913, pp. II. 352. Libri I-X. Liber I inc. *Arma piumque Ducem canimus, qui sancta per orbem* (al. inter lineas, eadem manu: *Res Hyerosolymis sacrato ex federe gestas*). Lib. X des. *Plurima per noctem perque ipsos talia somnos.* Primi libri argumentum inc. *Numinis admonitu socios Gotifredus in unum;* libri decimi argumentum inc. (p. 321) *Occultus curru magico Sultanus ad Vrbem.*

2. Cod. 9914, pp. I. 384. Libri XI-XX. Liber XI inc. *At Princeps summe intentus finemque laborum.* Lib. XX des. *Turba Ducum; atque aram tumuli celestis adorat* (al. inter lineas: *Turba Ducum; et plena supplex ueneratur acerua*). Libri XI argumentum inc. *Inuadunt socii sacris uite ante litatis,* libri XX argumentum inc. (p. 323) *Conuenere acies. Concurritur equore uasto.*

Codices autographi et ad typos forsitan parati. In marginibus, inter lineas et in schedulis adglutinatis, praesertim cod. 9913, plura correctiones et additamenta, eadem manu exarata. In imis singularum paginarum marginibus prima verba sequentis exstant. F. II^{v}, cod. 9913 haec scripta exhibet, alia manu: *O. N.º 1º;* item f. I cod. 9914: *O. 10.* Paginae plurae vacuae.

In tegumentorum dorsis, membranulae adglutinatae litteris aureis typis impressis haec scripta praebent (cod. 9913): *Torq. Tassi / Gotifredus / Ex. Ital. / Latin. Decas Prima;* (cod. 9914): ... *Decas Altera.*

9915. An. 1460 (cf. f. 68^{v}), membr. et chart., mm. 198 × 132, ff. 68.

Nicolai de Auximo Quadriga spirituale. Inc. (f. 1). *In nomine Domini nostri Iesu Christi. Incomença lo libro dicto quadriga spirituale. Dice lo apostolo quilo el quale non sa.* Des. *perdonamo al proximo, Iesu Christo gratias. Amen.* (Impressum Esii anno ... MCCCCLXXV, sexto kal. novembris, cf. Hain, Repert. I, 2173-2175).

Codex binis columnis exaratus. Litterae initiales maximae aeque ac maiores rubro colore, prima vero littera initialis rubro ac caeruleo coloribus. Tituli et capitulorum initia rubro colore exarata, primo tantum capitulo excepto, cuius initium auro exscriptum est. In marginibus, hic illic, correctiones et additamenta tum eadem, tum alia manu conscripta. Folia nonnulla membrana vel chartae perlucidae fragmentis refecta. In novissimo singulorum quinternionum folio prima verba sequentis exstant. In f. 68ᵛ haec scripta legimus eadem manu et rubro colore: *Explicit opus nuncupatum spiritualis quadriga M° CCCC° LX°, die Xª augusti compilatum per uenerabilem patrem fratrem Nicolaum de Auximo, ordinis minorum de obseruantia, ad usum fratris |||||||||| de ||||| nouis, quam manu propria scripsit ad honorem De⟨i⟩ et b⟨eate⟩ Marie. Pax est in cella foris autem nonnisi bella*, cui subicitur *Tabula abbreuiaturarum*. Folia 2-3. 5-8. 11. 13. 16. 18. 21. 23. 26. 28. 31. 33. 36. 38. 41. 44. 48. 51. 53. 56. 58. 61. 63. 66. chart., reliqua membr.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Io. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

9916. An. 18..., (cf. f. 1), chart., mm. 275 × 208, ff. 328.

I Cinque libri di S. Ireneo vescovo di Lyon e martire, contro l'eresie, volgarizzati da P. Giovanni Battista Gallicciolli, con prefazione e note. ⟨Singulis libris et capitulis praeeunt argumenta, et subiciuntur notae etiam italice⟩. Liber I inc. (f. 33). *Auegnadiochè alcuni, disprezzata la uerità, introducono falsi sermoni e uane genealogie.* Lib. V des. *e diuenga secondo l'immagine e similitudine di Dio.* Praefatio inc. (f. 2). *Vita e martirio di S. Ireneo. 1. Nulla sappiamo dei genitori, della patria, della condizione e del tempo.* Des. *ne sostituiscono una migliore.*

Codex singulis tantum columnis diligenter exscriptus et typis paratus. F. 1, praeter titulum, exhibet etiam verbum: *Frontispizio* et anni designationem: *MDCCC.... Venezia;* f. 28, post praefationem: *Tavola dei Capi. Libro I. Prefazione. Pag. .... Cap. I. E prendeteli dalla stampa e allo stesso modo,* qua ex re conici possumus hunc autographum esse. Correctiones raro invenies. Plures loci distinguuntur pro editore. Singula folia laciniis chartaceis nunc adglutinata sunt et in quaterniones a structore librario distributa; olim sexterniones distinguebantur litteris alphabeti *A-C* pro praefatione, et numeris Romanis I-XXV pro textu. Folia 1ᵛ. 28ᵛ-32. 328ᵛ vacua.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Io. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

9917. Saec. XVII, chart., mm. 290 × 206, ff. 71 (+ f. 1ª).

⟨Anonymi⟩ Vita di Giovan Gastone Primo e Settimo Gran Duca, figliuolo di Cosimo Terzo Gran Duca di Toscana. Inc. (f. 1ª). *Giovanni Gastone Primo e Settimo Gran Duca fu figliuolo di Cosimo terzo de Medici.* Des. *di buono in perverso, perché " corruptio optimi pessima ".* Subicitur (f. 76) testimonium Bernardi iudicis Avenionensis civitatis de documentorum excerptis a Baldassarre De Sandes eiusdem civitatis notario collectis.

Codex currenti calamo exscriptus; semel vel iterum correctiones in textu invenies. F. 1 sub operis titulo, alia manu saec. XVIII: *Detta Vita sembra scritta da un contemporaneo.*

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Io. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

9918. Saec. XVII, chart., mm. 305 × 225, ff. 105.

Herculis Cato Ferrariensis Discorsi, annotationi et esempi sopra i sei libri della Politica di Giusto Lipsi. Inc. (f. 3) *Non però talmente che si sprezzino i riti e le cerimonie estrinseche. Cesare Borgia sprezzò talmente i costumi.* Des. *nelle grandissime battaglie ancora doue egli interuenne poi.* Praeit (f. 2) *Luochi de gl'autori diuersi, oue sono cauate le annotazione* (!) *in Giusto Lipsio dal Cau. Ercole Cato.* Subiciuntur (f. 104ᵛ) additiones quae inc. *nel cap. 1° l. 5 Annotatione Si come quelli i quali trattano paci tra caualieri;* et des. *sotto il gouerno del buon Augusto* (Hoc opus laudat Barotti L. *Mem. istor. d. letterati Ferraresi,* Ferrara, 1793, II, 90).

Codex currenti calamo exaratus plura adnotationes et additamenta, eadem manu, in marginibus et inter lineas praebet. In imis marginibus singulorum foliorum prima verba sequentis exstant.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Io. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

9919. Saec. XII, membr., mm. 274 × 174, ff. 68.

S. Augustini Opera. [1] (f. 1). De civitate Dei libri XX-XXII, omissis capitibus (M. 41, 657-804). [2] (f. 64). Liber de divinatione demonum (M. 40, 581-592). [3] (f. 67ᵛ). Quaestio de magis Pharaonis. ⟨Excerptum⟩. Inc. *Non oportet moueri, cum magicis artibus miracula fiunt.* Des. *ut pro meritis animarum sua cuique tribuantur* (cf. cod. Vat. lat. 545, f. 22). [4] (f. 68). ⟨Retractationum lib. II, cap. XXX⟩ (M. 32, 643).

Codex eleganter a duobus librariis exscriptus, quorum prior ff. 1-63; alter eiusdem aetatis ff. 64-68 exaravit. Litterae initiales maiores et qui occurrunt tituli rubro colore exarati; in marginibus notabilia quaedam, plerumque manu saec. XIV; sunt etiam litterae maximae diligentiori arte et ornatibus descriptae et inter lineas f. 24 scholia nonnulla. In f. 63ᵛ scriptum legimus alia manu saec. XIV: *Iste liber Augustini de civitate Dei est deputatus ad usum fratrum minorum de conventu Romano. Anima illius qui dedit requiescat in pace. Amen Amen. Et non debeant ipsi fratres hunc librum vendere nec alienare, nisi sub ista conditione quod emant meliorem.* F. 68ᵛ quaedam continet minutis notis, manu saec. XIV conscripta, sed ita evanida ut legere nequirem. In imis marginibus ff. 1. 15. 40. 41 figurae quaedam rudi calamo delineatae; in summo margine f. 68ᵛ scriptum legimus: *B. z. 4.°* Fasciculi octo quaterniones sunt, ultimus novissimo folio caret; singuli in novissimis foliis, imis marginibus, supputantur litteris alphabeti; at prior littera *d* signatur, ex quo eruimus tres quaterniones periisse. Folia 64-68 posterius addita.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et I. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

9920. Saec. XIV, chart., mm. 235 × 172, ff. 92.

⟨Anonymi Volgarizzamento delle epistole d'Ovidio⟩. Inc. ⟨*A*⟩ *cio che tu, lettore, abbi aperttamente lo inttelletto.* Des. *de quali yo dubito che ella me ne uoglie non molti chonciedere* (Volgarizzamento delle epistole d'Ovidio. Testo del buon secolo della lingua citato dagli Accademici della Crusca, Firenze 1819).

Codex currenti calamo exscriptus. Litterae initiales maiores desunt, spatiis ad eas excipiendas vacuis relictis, sed librarius eas minutis litteris in marginibus pro rubricatore notavit. Tituli et didascaliae rubro colore excripta. Singulis epistulis argumentum vel *Prolagho*, etiam italico sermone, praeit. In marginibus hic illic notabilia quaedam manu saec. XVIII-XIX. Foliorum enumeratio duplex est, antiqua atramento signata recentiori, quae plumbo distinguitur, aequalis. Deest epistula Sapphi Phaoni. In imo margine f. 92 haec scripta legimus: *Finito il libro delle pistole d'Ovidio Nasone Deo gratias amen amen. Qui ischrisit ischribat semper qun Domino vivat* (!). F. 92ᵛ vacuum.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Io. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

9921. An. 1474 (cf. f. 134), chart., mm. 211 × 145, ff. 134.

Q. Horatii Flacci Opera (Q. Horatii Flacci, Carmina, iterum rec. L. Müller, Lipsiae 1889). **1** (f. 1). Carminum lib. I-IV, Carmine saeculari omisso. **2** (f. 54). Epodon Liber. Novissimus epodos, idest XVII, in duas partes dividitur (f. 63) versu 53: *Quid obseratis auribus fundis preces?* Subiciuntur (f. 63ᵛ) Carmen saeculare; et (f. 65) Epistula ad Pisones. Artis poeticę satyra vel libellus. **3** (f. 73ᵛ). Satyrarum libri I-II. Libri I, sat. 2 (f. 77) in duas partes dividitur, versu 86: *Regibus hic mos est ubi equos mercantur; opertos.* Sat. 10 (f. 89ᵛ) item dividitur versu 9: *Nempe incomposito dixi pede currere uersus.* **4** (f. 109). Epistularum libri I-II. Libri I epist. 15 (f. 120) in duas partes dividitur, versu 26: *Menius, ut rebus maternis atque paternis.*

Codex diligenter exscriptus. Litterae initiales maximae auro illitae, variisque coloribus depictae; maiores vero aeque ac tituli et notabilia quaedam rubro exscripta. In marginibus et inter lineas passim occurrunt notabilia, correctiones, additamenta, scholia et lemmata plerumque eadem manu qua textus, interdum etiam alia manu saec. XVI-XVII (cf. e. g. ff. 121ᵛ et sqq.); sunt etiam calami probationes hominumque figurae rudi calamo exscriptae (f. 27); plures loci lineis nigris subductis distinguuntur. Singulorum operum initium et finis notatur. In f. 134 haec scripta legimus rubro colore: *Finis epistolarum Horatii Flacci Venusini poetae satyri ultimi operis. Hyemali tempore, stridente lucerna, exemplata transcriptaque per me Ioannem de Sonantibus opera omnia Venusini poetae fuerunt M° CCCC.° LXXIII°. Systo Pont. IIII.°* Foliorum enumeratio duplex est, recentiorem secuti sumus. In novissimo singulorum sexternionum folio prima verba sequentis exstant.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et I. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

9922. Saec. XVIII, chart., mm. 207×158, pp. 98.

⟨**Anonymi**⟩ **Relatione compitissima di Costantinopoli e del Gran Turco.** Inc. *La città di Costantinopoli fabricata sopra una ponta di terraferma.* Des. *anco cura grande che il presta camelli non faccia burle alli pellegrini.*

Codex currenti calamo exscriptus.
Integumentum ex charta spissata membrana obtecta.

9923. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 214×153, ff. I. 40.

⟨**Anonymi,** ms. Monś. Vescovo di Bisceglie⟩ **Tre ragionamenti sacri.** [1] (f. 1). ⟨**De sancta Ecclesia**⟩ in ms. *Credo sanctam Ecclesiam* I. Inc. *La materia ch' oggi mi si offerisce in ragionamento, sarà de l'alma sposa di Christo;* des. *per la dolcissima, inesplicabile, infinita misericordia sua. Amen.* [2] (f. 13). ⟨**De eodem argumento**⟩ in ms. *Credo sanctam Ecclesiam* II. Inc. *Il nostro eterno amante Iddio, compiacendosi;* des. *Al quale sia lode, gloria et imperio senza fine per i secoli de secoli. Amen.* [3] (f. 27). ⟨**De eodem argumento**⟩ in ms. *Credo sanctam Ecclesiam* III. Inc. *Si proua per esperienza (dilettissimi) che i diuini libri;* des. *oue le rendiamo gloria, laude, honore per gl'infiniti secoli de' secoli. Amen.*

Codex perbelle et diligenter exscriptus notis rotundis, in marginibus auctoritates novi et veteris testamenti praebet. Foliorum enumeratio usque ad f. 9 antiqua, inde a f. 10 recens. Folia I^r. 11. 12^v. 25. 26^v. 38-40 vacua.
Integumentum ex membrana eiusdem aetatis.

9924. Saec. XVI, chart., mm. 207×122, ff. II. 13.

Dati Augustini **Oratio de laudibus philosophiae.** Inc. ⟨*M*⟩*agno ac splendido ingenio viros qui tam apud hebreos.* Des. *ac diuini euangeliste recte philosophandum uota secundet. Amen.* (Dati Augustini, Opera, Senis, idibus novembris MDIII, pp. XXXIII-XXXV).

Littera initialis praetermissa, spatio vacuo ad eam excipiendam relicto. Folia I-II. 13^v vacua; opere absoluto (f. 13^v) scriptum legimus: *Oratio domini Augustini Dati Senensis de laudibus philosophiae habita in consilio Senensi.* τελως.
Integumentum ex charta spissata membrana saec. XV cooperta.

9925. Saec. XVI exeunt., chart., mm. 203×148, ff. 39.

Diversorum opera.

1 (f. 1). ⟨**Anonymi** **Tractatus de alchymia**⟩. In ms. *L'alfabeto apersonale di Cristoforo Parigino ad Andrea N.*). Inc. *Charissimo figliolo, a dì ultimo di giugno hauemo riceuuto le uostre lettere.* Des. *et imitare li tuoi antichi padri*

filosofi che hebbero tanta cura in celare simili arcani. Di Parigi, a dì primo di settembre, MCCCCLXXVI.

3 (f. 37). ⟨**Anonymi**⟩ Capitulum de cognitione minerarum et red⟨uctione⟩ earundem. Inc. *In primis igitur oportet cognoscere montes.* Des. *de mineris autem reliquis non tracto, quia de eis cognitionem non habeo. Finis.*

Folia atramento hic illic corrupta charta perlucida cooperta sunt. F. 36 cuiusdam Franc. Giorgio sententia de spirito chimico; f. 39 quaedam praecepta pro vasis fictilibus conficiendis. Ff. 36ᵛ. 38ᵛ. 39ᵛ vacua.

Integumentum ex charta spissata membrana saec. XIX cooperta.

9926. An. 1616 (?), (cf. c. I), chart., mm. 218 × 162, ff. I-76.

Laurentii Azzolini Rime. De hoc auctore eiusque operibus cf. Presutti G., *Diario di Mons. Lorenzo Azzolini. Viaggio da Madrid a Roma nel 1626*, in *Il Muratori*, I, pp. 269 sqq.; II, 175-192, 219-239 (Roma, 1893) *.

3 (p. 139). **Plutarchi** Pompei **⟨vita ex graeca in latinam linguam translata⟩. Inc.** *Erga Pompeium mox ex ipso initio videtur populus Romanus affectus quemadmodum Prometheus Heschyli adversus Hercule.* **Des. mutila in cap. IV verbis:** *ex clamore Thalassii, hoc magis credendum est.*

Codex accurate et perbelle litteris minutis erectis exscriptus; litterae initiales maiores plerumque auro illitae. Enumeratio usque ad p. 125 antiqua, inde recenti manu conscripta. Ff. I-IV, p. 126-128. 141-152 vacua. In versa parte primae integumenti tabulae schedula adglutinata est typis impressa, quae episcopi galerum exhibet, et inde circulum in quo haec verba typis impressa sunt: *Curae sed deliciae Ex / Bibliothec. / R. P. D. / Tesini.* Item alia schedula adglutinata primo folio custodiae haec continet manu saec. XIX exarata: *Il presente codice presenta: Una versione Latina di Menandro, la quale non corrisponde alle versioni pubblicate da Grozio, e da G. Clerc.*

Integumentum ex charta spissata corio cooperta saec. XIX; in dorso, praeter codicis numerum et nonnulla aurea ornamenta, haec exstant litteris aureis impressa: *M. S. / In / C*⟨harta⟩ *Per*⟨gamenacea⟩.

9960. Saec. XIV-XVII, chart., mm. circ. 323 × 234, et 269 × 179, ff. 129 (+ 1 a. 1 b).

⟨Documenta et instrumenta varia ad terram S. Elpidii **ad mare spectantia⟩.**

1 (f. 6). **⟨Fragmentum rubricellae cuiusdam Dutii quondam Bernardi notarii, exhibens instrumenta anno 1355 rogata⟩. Inc.** *In Christi nomine amen. Anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto, indictione octava.* **Des. mut.** *placent dictam dominam omnia infra....* **2** (f. 7). **⟨Capitula, conventiones et pacta inita et firmata inter Iacobum de Rubeis de Parma episcopum Lunensem, locum tenentem pro papa Alexandro V, et pro eius legato cardinali Baldassarre Cossa, in provincia Marchia-Anconitana, et sindicos terrae Sancti Elpidii, Antonium Pucciarelli et Antonium Petri. Episcopus Iacobus de Rubeis varia promittit sindicis supra dictis pro deditione terrae Sancti Elpidii in potestatem Romanorum Pontificum. Datum Girifalci Firmani, an. 1409, die sexta mensis novembris⟩. 3. ⟨Copia diversorum documentorum manu Nelli Colae de Sancta Victoria notarii et cancellarii civitatis Maceratae, transcripta anno 1412, die quarta mensis octobris⟩. Documenta haec sunt:** [1] (f. 9). **⟨Litterae Iohannis pp. XXIII ad Braccium Fortebraccium, quibus papa pro satisfactione stipendii et provisionis, eidem Braccio concedit exactionem omnium fructuum Camerae apostolicae spectantium ex Marchia Anconitana et commitatu Farfensi⟩.** *Datum Rome, apud sanctum Petrum, IIIJ Non. Augusti, Pontificatus nostri anno tertio;* [2] (ibid.) **⟨Instrumentum pro-**

curationis, sive mandatum factum in personam nobilis viri Cherubini domini Bartholomaei de Armannis de Perusio per magnificum et potentem virum Braccium de Fortebraccis capitaneum ad exigendos fructus de quibus superius. Perusii, anno 1412 die octava mensis septembris⟩. *Iohannes Nicolay quondam Lellii Bucti de Tuderto notarius;* [3] (f. 10) ⟨Litterae virorum et priorum communis et populi civitatis Tuderti fidem facientium de notario Iohanne Buctii⟩. Subiciuntur: [a] (ibid.) ⟨Declaratio Nelli Colae de Sancta Maria notarii de exacta documentorum transcriptione, cui additur etiam subscriptio Iacobi Santi de Cassia notarii⟩; [b] (ibid.) ⟨Mandatum factum in personam nobilis viri Laurentii Honufri Assisinatensis per dominum Cherubinum de Armannis ad exigendos fructus de quibus superius pro Braccio de Fortebraccis⟩. Actum Maceratae, an. 1412, die quarta mensis octobris. *Nellus Colae de Sancta Victoria notarius.* 4. ⟨Capitula inter priores terrae Sancti Elpidii et diversos rebelles in patriam denuo admissos⟩. [1] (f. 11). ⟨Remissio et fidei iussio Bernardi Colae. An. 1417, die 14 mensis novembris⟩. *Tomas Antonii de Sancta Victoria notarius.* [2] (f. 13). ⟨Remissio et fideiiussio Nicolai Massii Mallutii. An. 1417, diebus 4 et 5 mensis octobris⟩. *Tomas Antonii de Sancta Victoria notarius.* [3] (f. 15). ⟨Remissio et fideiiussio Nicolai domini Bernardi et Francisci Sallopidiani. An. 1418, die sexta mensis augusti⟩. *Tomas Antonii de Sanctavictoria notarius.* [4] (f. 17). ⟨Remissio et fideiiussio Baldutii et Christophori Antonii. An. 1418, die 29 mensis septembris⟩. *Tomas Antonii de Santavictoria notarius.* 5 (f. 19). ⟨Saladini Vannis de Sancta Victoria notarii extraordinariorum et manilliorum liber seu quaternus communis et hominum terrae S. Elpidii extraordinariorum et manilliorum, continens officialium designationem et electionem, bannimenta varia, inquisitiones et processus etc. peracta tempore domini Antonii de Firmo potestatis terrae S. Elpidii. An. 1420, a primo usque ad ultimum diem mensis maii⟩. 6 (f. 49). ⟨Trium iurisperitorum responsio in causa terrae Sancti Elpidii contra Iosephum iudaeum, qui spoponderat quinque per annos, a primo die mensis ianuarii an. 1438, cambium sive prestitum cum dicta terra tenere, sed, tribus annis elapsis, aufugit, pactis insolutis⟩. 7 (f. 51). ⟨Vianesii de Albergatis vice-camerarii Romanae Ecclesiae et aliorum Camerae Apostolicae praesidentium edictum sive bandum de pecudibus et ceteris animalibus. Exemplum missum gubernatori provinciae Marchiae Anconitanae, an. 1466, die 19 iulii⟩. *Nicolaus de Coleto notarius de dohane.* 8 (f. 53). ⟨Capitula inter Philippum Nicolai et communitatem terrae Sancti Elpidii de pistrino locando. An. 1479, die trigesima mensis augusti⟩. 9 (f. 56). ⟨Copia capitulorum monasterii Sanctae Crucis inter episcopatum Firmanum et communitatem terrae Sancti Elpidii ad mare⟩. Sequitur alia manu, in imo margine f. 59:

De Capitulo porcorum in bastardello et libro reformationum, die IIJ februarii 1500.
10 (f. 64). ⟨Elenchus potestatum terrae Sancti Elpidii, ab an. 1504 ad an. 1514⟩.
11. ⟨Litterae patentes nonnullae⟩ (in ms.: *Infrascrite sunt patentes hominum copiate de verbo ad verbum ut infra*). [1] (f. 65^{v}). ⟨Aloysii Gaddi Marchiae thesaurarii ad Ioannem Dominicum Massii dè terra Sancti Elpidii, qui constituitur officialis et inquisitor fraudum contra Cameram apostolicam. Die 14 decembris, an. 1519⟩. [2] (f. 66). ⟨Eiusdem ad Iacobum et Ciccum Antonii sutoris de terra Civitanovae, qui constituuntur officiales et inquisitores ut supra. Die 14 decembris, an. 1519⟩. [3] (f. 67). ⟨Fracassae de Brancaleonibus de Sancto Genesio provinciae Marchiae mareschalli ad Cristophorum magistri Antonii Longobardi de terra S. Elpidii, quem elegit et constituit suum familiarem. Maceratae, die 1 maii, an. 1519⟩. [4] (f. 67^{v}). ⟨Camillus Ursinus reipublicae Florentinae armorum capitaneus fidem facit quod Serafinus Paparicia in famulatum Gentilis Porcarii Romani se confert. Romae, die IV augusti, an. 1519⟩. [5] (ibid.). ⟨Innocentius Cibo card. diaconus S. Mariae in Domnica elegit in familiarem suum Dominicum Elpidii laicum de Sancto Benedicto. Romae, die 16 mensis novembris, an. 1519⟩. [6] (f. 69). ⟨Petrus Paulus Venantius episcopus Aesinus Marchiae vicelegatus concedit Ioanni Marino Conventato de Montegranaro et officialibus suis licentiam arma deferendi in terra Sancti Elpidii et extra. Maceratae, die sexta ianuarii, an. 1520⟩. [7] (f. 69^{v}). ⟨Innocentius Cibo cardinalis constituit familiarem suum Franciscum Neranii (?) Antonii Pauli de terra Sancti Elpidii. Romae, die 14 mensis novembris, an. 1519⟩. [8] (f. 70^{r}). Innocentius Cibo cardinalis S. Mariae in Domnica constituit familiarem suum Liberatum de Siniballo de terra Sancti Elpidii, laicum, Firmanae dioeceseos. Romae, die 15 novembris, an. 1519⟩. 12. ⟨Instrumenta nonnulla⟩. [1] (f. 76). ⟨Testamentum Puttii Vannis Moriconi⟩. *Actum in terra Sancti Elpidii, an. 1520, die vigesima tertia mensis augusti.* [+] *Tomas Marganus de Sancto Elpidio notarius.* [2] (f. 77). ⟨Instrumentum quietationis Ioannis Elitii cum Ioanne Iacobo et Cicchotio filiis Ioannis Moriconi⟩. *Actum in terra Sancti Elpidii, an. 1596, die sexto mensis octobris.* [+] *Ioannes Guarnerius notarius.* [3] (f. 78). ⟨Instrumentum venditionis, quo domina Diamantes filia quondam Petri Francisci Manentis de Macerata, uxor Camilli Conventati de Montegranario, cum debita auctoritate vendidit domino Cicchotto Moricono de Sancto Elpidio possessionem quandam in finibus territorii Montisgranarii et Sancti Elpidii sitam⟩. *Actum in terra Montisgranarii, an. 1559, die 18 mensis septembris.* [+] *Sebastianus Ricciottus notarius.* **13.** (f. 80). ⟨Vocatio in ius, qua Ioannes Franciscus Peregrinus notarius actuarius civitatis Lauretanae, ad instantiam et petitionem Nicolai Briotti procuratoris ven. monialium Sancti Ioannis de terra Sancti Elpidii,

iubet ut coram se et sua curia appareant, inter ceteros, vicelegatus provinciae Marchiae et eius auditores, iudices civiles et criminales, priores et sindicum terrae Sancti Elpidii ad dicendum, monstrandum et alligandum quidquid velint et petant contra Albericum de Nobilibus de Ravenna archidiaconum ecclesiae Lauretanae electum commissarium apostolicum in monasterio Sancti Ioannis de Sancto Elpidio⟩. *An. 1531, die ultima mensis martii.* **14** (f. 82). ⟨Sententia lata a Rev. Petro Francisco Montorii Romano, Referendario apostolico et commissario speciali in causa inter nonnullos creditores et plures debitores terrae Sancti Elpidii⟩. *Actum Firmi, die ultima mensis februarii, an. 1589.* [+] *Fabius Mangolinus notarius.* **15.** ⟨Instrumenta nonnulla⟩. [1] (f. 94). ⟨Divisio rerum et bonorum quondam Dardani Troyli de Sancto Elpidio ad mare, inter Diomedem Paccharonum de Firmo, maritum dominae Lucretiae filiae quondam Dardani, et dominam Iuliam eiusdem Dardani filiam uxorem Ioannis-Pauli Petri-Iacobi Pocuttii de Amandula⟩. *Actum Amandulae, an. 1544, die 20 mensis decembris.* [+] *Ioannes Baptista Farina de Amandula notarius.* [2] (f. 96). ⟨Divisio rerum et bonorum quondam Michaelis Petronii de Sancto Georgio inter filios eiusdem: Tullium, Dionysium et Petrum Philippum⟩. Instrumentum mutilum des. f. 96v: *An. 1545, die 27 mensis martii.* [3] (f. 98). ⟨Domina Baptista uxor quondam Colae Pernae de Firmo et domina Rausilia eius filia et uxor Fulvii Massii de terra Sancti Elpidii constituunt annuum perpetuum censum florenorum triginta duorum monetae Marchiae, super quadam domo in civitate Firmana. Quem annuum censum mulieres domino Ioanni Baptistae Azzolini et eius heredibus cedunt pro pretio florenorum quadringentorum monetae Marchiae⟩. *Actum Firmi, an. 1594, die octaua mensis nouembris.* [+] *Rodomonte Coluctius de Firmo, notarius.* [4] (f. 102). ⟨Instrumentum quietationis factum a dominis Ioanne et Antonio quondam Angeli Mantelli etiam pro fratre Thoma de florenis centum triginta et uno, pretium cuiusdam peciae terrae in territorio Sancti Elpidii, in contrata Bagnara, iam venditae a supradictis fratribus domino Ioanni patri Ioannis Iacobi et Ciccotii Moriconi⟩. *Actum in terra Sancti Elpidii, an. 1553, die 26 mensis ianuarii.* [+] *Pernicola Matteuccius de Sancto Elpidio notarius.* Subiciuntur: [a] (f. 103) ⟨Declaratio Victorii Macerini notarii actuarii causarum de Montegranario qui instrumentum suprascriptum copiavit, insinuavit et registravit penes acta Curiae de verbo ad verbum⟩. *An. 1560, die octaua iulii.* [+] *Victorius notarius;* [b] (ibid.) ⟨Quietatio facta a Camillo Conventato et Diamante Manente eius uxore, qui confessi sunt se ipsos esse integre satisfactos a Cicchotto Moricono de Sancto Elpidio, praesente et acceptante pro se et filiis et heredibus Ioannis Iacobi sui fratris, de duobus millibus et trecentis quadraginta monetis debitis

pro residuo pretii possessionis venditae, ut ex instrumento ab eodem notario scripto (cf. f. 78)⟩. *Actum an. 1560, die quinta martii. Bastianus Riccioctus notarius.* [5] (f. 104). ⟨Instrumentum venditionis. Ioannes, Pellegrina, Faustina, Dianora et Iustiniana de Brioctis vendunt Cicchotio Moriconi domum in eadem terra sitam, pro pretio florenorum mille et sexcentorum⟩. *Actum in terra Sancti Elpidii ad mare, an. 1560, die 3 mensis octobris.* [+] *Nicolaus Manlius de Sancto Elpidio notarius.* [6] (f. 106ᵛ). ⟨Instrumentum quietationis. Ioannes Sinibaldi de Sancto Elpidio facit generalem absolutionem et remissionem de octingentis florenis, quae a Cicchotio Moriconi, pro se, suis heredibus et successoribus, et nomine filiorum et heredibus quondam Ioannis Iacobi Moriconi eius fratris, solvenda erant pro dote Laurae Moriconi, Cicchottii et Ioannis Moriconi sororis, et uxoris dicti Ioannis Sinibaldi⟩. *Actum in terra Sancti Elpidii, an. 1560, die penultima mensis octobris.* [+] *Nicolaus Manlius de Sancto Elpidio notarius.* [7] (f. 110). ⟨Instrumentum venditionis. Iacobus Carella, domina Andrea uxor quondam Sanctolini Carella et domina Francisca Maxia de Sancto Elpidio, vendunt domino Cicchotto Moriconi vineam et cannetum in terreno ecclesiae sitae in contrata Fontelibrice, pro pretio florenorum centum octuaginta⟩. *Actum in terra Sancti Elpidii, an. 1561, die vigesima mensis octobris.* [+] *Nicolaus Manlius de Sancto Elpidio notarius.* Subicitur (f. 111) declaratio Pompilii Manlii notarii actuarii causarum, qui instrumentum suprascriptum de verbo ad verbum copiavit, registravit et insinuavit apud acta Curiae⟩. *An. 1561, die septima novembris* [+]. [8] (f. 111ᵛ). ⟨Instrumentum venditionis. Ioannes Asclepius vendit Cicchotio Moricono vineam sitam in territorio Sancti Elpidii, in contrata Canneti, pro pretio florenorum centum et viginti⟩. *Actum in terra Sancti Elpidii, an. 1565, die vigesima octava mensis septembris.* [+] *Nicolaus Manlius notarius.* [9] (f. 112ᵛ). ⟨Venditio. Ioannes Asclepius et eius uxor Cinobria vendunt Cicchottio Moricono peciam terrae sitam in contrata Sancti Ioannis pro pretio florenorum sexcentorum⟩. *Actum in terra Sancti Elpidii, an. 1565, die secunda mensis octobris.* [+] *Nicolaus Manlius notarius.* Subicitur (f. 114) ⟨declaratio notarii actuarii causarum, qui suprascriptum instrumentum de verbo ad verbum registrari iussit apud acta civilia⟩. *An. 1565, die duodecima mensis octobris.* **16** (f. 117). ⟨Sententia seu responsum a Potestate terrae Sancti Elpidii latum in causa cuiusdam Onorii militis, nepotis Nicolai Biriocti. Mutilum videtur⟩. **17** (f. 118). *Elenchus Potestatum terrae Sancti Elpidii* ⟨ab an. 1387 ad an. 1593; complura nomina desiderantur⟩. **18.** ⟨Copia documentorum variorum ad monasterium monialium S. Ioannis ordinis S. Benedicti, terrae Sancti Elpidii ad mare spectantium⟩. [1] (f. 122). ⟨Rescriptum mutilum Gregorii XIII quo cappellania quaedam annectitur monasterio S. Ioannis⟩. *Datum Romae an. 1577,*

septimo, idibus novembris. [2] (f. 123). <Gregorii XIII breve quo sub beati Petri et eiusdem pontificis protectione suscipitur monasterium S. Mariae de Colle Beccarelli, montis S. Elpidii Firmanae dioeceseos>. *Datum Assisii IV non. octobris, pontificatus nostri anno nono.* [3] (ibid.). <Syxti pp. V bulla qua bona quondam Caroli Aravicti incertis pauperibus legato commissa, et, post mortem testatoris diversimode occupata, tandem ad manus R. D. Petri Mariae Vulcanio devenisse eruimus. D. Petrus Maria Vulcanius eadem bona abbatissae et monasterio S. Ioannis de Sancto Elpidio concedit. Pontifex hanc commutationem confirmat>. *Datum Romae anno millesimo quingentesimo octuagesimo quinto, kal. mai. Pontificatus nostri anno primo.* [4] (f. 124^v). <Dominici Pinelli episcopi Firmani rescriptum, quo legatum dicti Caroli Aravicti abbatissae et monasterio S. Ioannis assignandum censet>. *Datum Firmi, anno millesimo quingentesimo octuagesimo, nonis aprilis.* [5] (f. 125^v). <Mandatum Gregorii Narvi protonotarii Apostolici et Refendarii, ad instantiam monasterii et monialium S. Ioannis terrae Sancti Elpidii contra bona quondam Alexandri de Rubeis, pro solutione census cuiusdam et fructibus non solutis>. *Datum Romae, die sexta februarii, anno millesimo sexgentesimo vigesimo nono.* [6] (f. 127). <Exemplum mutilum instrumenti quo abbatissa et moniales S. Ioannis de terra Sancti Elpidii constituunt sindicum et procuratorem suum Venantium Colae de terra Sancti Elpidii, tam in causa quam babent cum Blaxio Iacobo, quam generaliter, et maxime ad recipiendum Antonium Matthaei de Roccha Deo servire volentem>. *An. 1398, die vigesima nona decembris.*

Codex a multis librariis exscriptus documenta exhibet partim authentica, partim posterius ex originalibus exemplata. Exstat interdum quorumdam documentorum perbreve regestum, manu saec. XVII, cf. ff. 8^v. 12^v. 14^v. 16^v. 18^v. Tituli etiam tum alia tum eadem manu qua textus exscripti, cf. ff. 60^v. 64. 75. 102-106^v. 110. 114. Correctiones et liturae nonnullae; complura folia vacua. F. 1 imago cuiusdam Iannelli archeologi in peius picta et typis, saec. XIX in., eximia quadam arte impressa, addita inscriptione *Scavi del Colosseo P^ne^ Jannello N. 369.* In f. 1^a haec scripta legimus, alia manu saec. XIX: *Distretto Delegazione di Fermo. Lett. del Cav. Gaddi. S. Elpidio a Mare. Carte in carattere antico di sentenze, ordini, lett.^e^ etc. con Elenco de'li Podestà di S. Elpidio etc. tutto antico. Art. 109.* Item in f. 1^b: *<carte an>tiche di S. Elpidio.* Folia 2-5 typis impressa opellam exhibent, cui titulus: *Di alcune sotterranee confessioni nelle antiche basiliche di Roma sconosciute per vari secoli. Cenni storici di Leone Nardoni. Estratto dall' Osservatore Romano.*

In tegumenti dorso stemmata Pii X et Alph. Capecelatro card. bibliothecarii.

9961. Partes I-III. Saec. XIX, chart., mm. 250 × 177.

<C. Plinii Caecilii Secundi Epistulae in italicum sermonem rhytmice translatae>. Opus in tres partes distributum.

1. Pars I (ff. 129; ff. 127-129 vacua). Epist. libr. I-IV. Inc. (f. 2). *A Settimio Claro. Non ha quari* (!) *facesti a me premura / Di pubblicare li miei*

fogli scritti. Des. *Ch' io son contento averti esposto il fatto.* Praeit (f. I) *Avvertimento al lettore.* Inc. *Le azioni di molti uomini illustri le massime di una savia morale.* Des. *dedurre altresì profitto dalla lettura della medesima.*

2. Pars II (ff. 122; f. 122 vacuum). Epist. libr. V-VII. Inc. *A Severo. Tenue legato ho ricevuto in oggi / Quale ho gradito come grande fosse.* Des. *Rendere deve a bone azioni onore.*

3. Pars III (ff. 133; ff. I. 132ᵛ. 133 vacua). Epist. libr. VIII-IX. Inc. (f. 2). *A Septizio. Molto felice il viaggio mio fu reso / Ma pure il caldo fu caggione* (!) *infausta.* Des. *soddisfare potrà ben più la zia.*

Codices currenti calamo exscripti, forsitan autographi, uti ex pluribus correctionibus et additamentis eadem manu inter lineas exaratis conici possumus. Singulae partes propria enumeratione distinguuntur. In margine f. 83 partis II glossa eadem manu qua textus exarata est.

In tegumentorum dorsis stemmata Pii IX et Io. B. Pitra card. bibliothecarii.

9962. Partes I et II. Saec. XVII, chart., mm. 211 × 145.

Segreti diuersi diuisi in due Tomi.

1. Pars I (ff. 374; ff. 1ᵛ. 8ᵛ. 32. 37ᵛ. 45ᵛ. 46. 50ᵛ. 53. 56. 60ᵛ. 64. 177ᵛ. 204ᵛ. 232ᵛ. 246ᵛ vacua) in quinque libros dispertita. Lib. I inc. (f. 65) *Dolori di capo causati da frigida causa. Olio d'oliue seluatico unto caldo seme di agno casto.* Lib. V des. *sopra l'occhio dalla parte di fori e fa l'effetto mirabilmente.* Praeeunt: [1] (f. 5) *Explicatione dei caratteri ////////// celauano sotto sicuri segni di caratteri li saui antichi;* [2] (f. 6ᵛ) *Pesi diuersi con la sua dichiarazione;* [3] (f. 9) ⟨Totius operis index alphabeticus satis copiosus⟩; [4] (f. 61ᵛ) *Rotelle e mazelli per diuersi mali.*

2. Pars II (f. 378; ff. 1ᵛ. 2. 25ᵛ. 26. 28. 30. 49ᵛ. 50. 52ᵛ. 65. 66ᵛ. 378 vacua). F. 66 titulus: *Officina di uarii rimedii e secreti raccolti da diuersi manoscritti e parte stati manifestati a uoce da diuerse persone esperte, i quali li hanno prouati, habitanti in Europa, Asia et Africa. Compilata da uno scrittore peregrino nella città di Memelas..... In Asia l'anno del Signore 1613.* Inc. (f. 67). *Hidropisia e catarri salzi datomi* (!) *dal Pᵉ Generale di Araceli. Piglia uino bianco ottimo alla quantità di un fiasco.* Des. *se ne deue dare dalle sei gocce sino alle dodici.* Praeit totius operis index alphabeticus satis copiosus.

Codices ambo eadem manu exarati. Quam plurima folia atramento corrupta charta perlucida cooperta sunt. Foliorum enumeratio duplex, recentiorem imis marginibus appositam secuti sumus.

Pars I hic illic atramento rubro exscripta est. In f. 1ʳ manu saec. XVIII scriptum legimus: *costano Piastre nº 200000. Sono di me F. Gio. Andrea Riccomini sacerdote. Bacc. Agostiniano. Primo Tomo;* et f. 2ᵛ, plumbo, alia manu saec. XIX: *Li frontespizii sono disegni originali del Ghezzi.* In f. 4ʳ tabula exstat eximia arte calamo

depicta sex pueros figurans, quorum unus dextera manu vexillum gerit in quo operis titulus litteris capitalibus inscribitur; alter antecedens saltare videtur citharam laeva manu gestans; ceteri variis gestibus ad hos duos intenti sunt.

Pars II ff. 67-70 atramento rubro exarata praebet. In f. 1r aeque ac in f. 1r Partis I: *Costano Piastre nº 0000000* (!) *sono di me F. Gio. Andrea Riccomini. Secondo Tomo.* Et in chartula huic folio adglutinata, alia manu eiusdem fere aetatis: *Segreto per smorzare un carbone in termine di tre ore.*

In tegumentorum dorsis stemmata Pii IX et Io. B. Pitra card. bibliothecarii.

9963. Partes I-III. Saec. XVIII, chart., mm. 212 × 152.

⟨**Anonymi** De theologia dogmatica disputationes iuxta s. Thomae Aquinatis doctrinam⟩. Opus in tres partes distributum.

1. Pars I (ff. 228). *De Sacramento et Virtute Poenitentiae ad 3am partem sancti Thomae.* Inc. *Postquam Stus Thomas 3a parte a quaeste 60 usque ad 83, egit de sacramentis in genere.* Des. *ut iam dictum est, et haec de poenitentia dixisse sufficit.*

2. Pars II (ff. 241). *De virtutibus Theologicis: Fide, Spe et Charitate. Disputationes scholasticae ad 2am 2e Divi Tomę Doctoris Angelici etc.* Inc. *Quid est fides diuina. In explicanda diuina fide Doctoris Theologici.* Des. *per haec omnia simul comprehendere.*

3. Pars III (ff. 232). *De Sacramentis in genere et de Eucharistia. Ad 3am partem sancti Thomae, a quęstione 60 usque ad 65, et a 73 usque ad 83 inclusive.* Inc. *Postquam Stus Thomas 3a parte a questione pa usque ad 59 disputauit de Christo.* Des. *et hęc de Sacramentis et de Eucharistia.*

Codices currenti calamo exscripti. Folia complura charta perlucida cooperta sunt. Singuli codices propriam habent enumerationem.

In tegumentorum dorsis stemmata Pii IX et Io. B. Pitra card. bibliothecarii.

9964. Saec. XIV, chart., mm. 287 × 204, ff. 74.

1. ⟨**Anonymi**⟩ Recollecte Lucani sub magistro Dominico de Aretio ⟨sive Commentarium in M. Annaei Lucani opus: De bello civili⟩. Inc. (f. 1). *Bella etc. hic incipit auctor tractatum suum in quo mihi est animus procedere.* Des. *Massilienses postquam expulerunt cesarianos amenibus* (cf. M. Annaei Lucani, De bello civili, Lipsiae, 1892, pp. 1-80, libri I-II et III usque ad v. 497). Praeit (f. 1) commentarium in epithaphium Lucani, quod inc. *Corduba, hec quattuor carmina cecinit Lucanus pro suo epitaphio;* et des. *non est usus ordine naturali in carminibus suis* (cf. M. Annaei Lucani, op. cit., p. 338).

2. ⟨**Anonymi** Commentarium alterum in M. Annaei Lucani opus: De bello civili⟩. Inc. mutilum (f. 60) *propter ista bella uirtus erit nomen sceleri nefando.*

Des. etiam mutilum *et dicit, Brute, ego intendo sequi* (cf. M. Annaei Lucani, op. cit. pp. 28-43; L. I inde a v. 668, L. II usque ad v. 319).

Codicem duo descripsere librarii, quorum prior, lineis plenis, ff. 1-59, alter, binis columnis, ff. 60-71 exaravit. Perpauca alia manus posterior hic illic addidit (v. ex. g. ff. 47^v. 49^v). In marginibus additamenta rarissima, interdum alia manu saec. XVI. Folia nonnulla in imis marginibus supputantur litteris alphabeti et numeris romanis (cf. ff. 22 sqq.). In f. 43^v figura rudi calamo delineata. Verba Lucani quae declarantur lineis nigris subductis distinguuntur. Ff. 25^v. 59^v. 72-74 vacua. In f. 1 charta perlucida cooperto, in summo margine, scriptum legimus, sub operis titulo, manu saec. XVII possessoris nomen: *Di Alessandro Padoani*. Ff. 63-71 in marginibus pessumdata recentiori charta refecta sunt. Exstant etiam hic illic laciniae chartae perlucidae ad temporis damna reficienda; et spatia vacua ad nomina, quae memoria exciderant, aut ad figuram quandam (cf. f. 46^v. 49) describenda.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Io. B. Pitra card. bibliothecarii.

9965. Saec. XV, chart., mm. 220 × 147, ff. 118.

1. (f. 1). ⟨Leggenda di s. Girolamo⟩. Inc. *Questa è la leggenda dello glorioso beato Ierolimo, secondo che ello medesimo dice in della fine d'uno suo libro.* Des. *le quali lo detto Ierolimo non dampna. Approuiamo et uogliamo che ssi legano* (cf. Vita di s. Girolamo *in* Vite di alcuni santi scritte nel buon secolo della lingua toscana, t. IV. Firenze, presso D. M. Manni, 1735, pp. 1-124. Sed plurima codex differt. Subiciuntur (f. 56) *Orationes fatte Deo pro meritis et deuotione beati Ierolimi presbyteri.* I^a oratio incipit: *Deus qui beatum Ierolimum luce sapientie et operum executione.* X^a oratio des. *et nobis peccatoribus ipsius propitiare suffragiis. Per* etc.

2 (f. 61). ⟨**Boni Giamboni Della miseria dell'uomo**⟩ (Cf. Bono Giamboni Della miseria dell'uomo, giardino di consolazione, introduzione alle virtù etc. publ. ed illustr. con note dal dott. Francesco Tassi, Firenze, presso G. Piatti, 1836).

3 (f. 110). ⟨Vita s. Euphrosinae⟩ (in ms.: *Qui inchomincia la storia di sancto Panuntio chome a preghi di uno sancto abate e de monaci ebbe una figliuola la quale, poi che fu maritata, andó a far penitentia. Cap.*). Inc. ⟨F⟩*ue in della città d'Alexandria un gouane nobile et onorabile e temente Idio, lo quale auea nome Panuntio.* Des. *col suo figniolo* (!) *Iesu Christo e chol Sancto spirito, lo quale è glorioso in sechula sechulorum Amen. Deo gratias* (cf. Vite di alcuni santi etc. ed. cit., t. II, pp. 302 sqq.; IV, pp. 397 sqq.).

Codicem ex tribus forsitan in unum conflatum tres descripsere librarii, quorum prior ff. 1-56^v, secundus ff. 61-108^v, tertius ff. 110-118^v exaravit. In f. 108^v haec scripta legimus eadem manu: *Explicit liber serui santi deo grazias amen amen* (secundum *amen* rubro exscriptum) *Chi llo scrisse et chi lo fecie fare Idio gli dia bene a chapitare. Finito adi*

25 marzo 1437, a ore 20 1/2 a malincholo (in ms. rubro colore exaratum) *E di Pero di Giouanni di Iacopo di Moccio da Saminiato,* cui subeunt, eadem manu, rubro exarata: *de Bonaparti. Comencai adi 27 di maggio 1437* (inter lineas adiectum) *a scriuere lo Specchio de la penitentia chopilato* (!) *per frate Iac.° Passauanti.* In margine f. 110, eadem manu exaratus qua textus, et linea nigra circumdatus, operis titulus exstat: *Qui incomincia la storia* etc. Primus librarius litteram initialem maximam, f. 1^v, rubro colore et ornamentis nigris descripsit, initiales vero maiores et titulos rubro colore exaravit. Nonnulla folia pessumdata recentiori charta refecta sunt. F. 82^v ipse librarius calamo delevit, nam oscitanter quae f. 81^v continet rescripsit; ideo in imo et summo margine haec adiunxit: *Seguita di rimpetto. - questa faccia è errata e poscancella* (!). Folia 57-60. 109 vacua.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Io. B. Pitra card. bibliothecarii.

9966. An. 1574, chart., in 4°, ff. XX. 213.

Hieronymi Fracastorii Veronensis Opera omnia. Venetiis, apud Iuntas. 1574.

In marginibus adnotationes quamplurimae exstant manu Torquati Tasso, praesertim in libro qui inscribitur: *Homocentricorum siue de stellis liber unus.* In textu notabiliores loci lineis nigris subductis distinguuntur; hic illic folia chartae perlucidis laciniis cooperta sunt. In primo et novissimo folio exstat sigillum bibliothecae gentis Columnae; in f. 1 I. B. Petrucci librarius Romanus nos certiores facit hunc librum olim Torquato Tasso fuisse et ab eo adnotatum; monet etiam emptum ex bibliotheca gentis Columnae.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Io. B. Pitra card. bibliothecarii.

9967. An. 1488, chart., in 4°, ff. 314 (+ f. 1^a. 275. 276^a).

Ambrosii Spiera Quadragesimale de floribus sapientiae, Venetiis, 1448 (cf. Hain, Rep. Bibl., I, n. 922). Subiciuntur [1] (f. 310^v). **Torquati Tasso ogdoades duae,** eiusdem auctoris manu exaratae. Inc. *O sacro monte, che ti fai sostegno* (ed. Zannoni G., Roma, 1890; cf. Solerti A., Le Rime di Torquato Tasso I, pp. 133-134, 374 *in* Collezioni di opere inedite e rare, Bologna, Romagnoli-Dall'Acqua, vol. 77, 1898). [2] (f. 311). ⟨I. B. Petrucci Romani librarii in T. Tasso ogdoades commentarium⟩ (in ms. *Note estemporanee mss. alle due ottaue* /////). [3] (f. 312). ⟨Anonymi saec. XVI⟩ *Racio pasce aprilis,* et (f. 313) ⟨Casus conscientiae praecipui solis episcopis reservati⟩.

In marginibus adnotationes invenies manu cuiusdam saec. XVI, qui etiam ff. 312-313 exaravit, saepius vero manu Torquati Tasso. F. 1 manu saec. XIX: *Alcune delle postille mss. nel presente libro sono di mano di Torquato Tasso. Come ancora è di tutta sua mano ed inedito il Sonetto* (!) *mss. nella riguarda del presente libro nel fine.* Sequitur plumbo signatum alia manu pretium: *Fr. 500.* Foliorum enumeratio plumbo signata recens est.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Io. B. Pitra card. bibliothecarii.

9968. Saec. XIV in, membr., mm. 270 × 190, ff. 52.

Diversorum Patrum opera.

1 (f. 1). **S. Bonaventurae** Tractatus de ligno vitae (S. Bonaventurae Opera omnia. Ad Claras Aquas (Quaracchi) 1898, VIII, pp. 68-86).

2 (f. 11). ⟨Excerpta ex operibus SS. Augustini De civitate Dei, et De doctrina christiana; Prosperi Aquitani De vita contemplativa; Isidori Etymologiarum libro et Ioannis Chrysostomi⟩. Inc. *Aug. V° De ciuitate Dei. Nos aduersus istos sacrileos* (!) *ausus atque impios, et Deum dicimus omnia scire ante quam fiant.* Des. *Io. Crisost. erubescite facere quod animalia non faciunt, et quando dies festus est et dies ieiunii.*

3 (f. 12). **S. Bernardi** Epistula ad Raymundum dominum castri Ambruosi (in ms. *Incipit sancti Bernardi* (al. *domini Berterandi*) *de cura et modo rei familiarie utilius gubernande.* M. 182, 617-651).

4 (f. 13ᵛ). **Beati Conradi** Oratio. Inc. *Sanctissime Deus Iesu Christe fili Dei uiui qui de celis in terram descendisti propter salutem peccatorum.* Des. *Per te, Iesu Christe Saluator, qui in trinitate perfecta et unitate simplicis uiuis et regnas* etc. Subicitur, rubro colore: *Explicit oratio beati Conradi quam ipse Deo cotidie persoluebat que etiam, ut sibi reuelatum fuit, ualde Deo placebat.* Sequuntur: [1] (f. 15) Oratio *Concede mihi queso, omnipotens Deus, ut uulnera unigeniti filii tui ... Per eundem Dominum* etc. *Crucem tuam adoro, Deus, et tuam sanctam recolo passionem* etc.; [2] (ibid.) ⟨Excerpta duo brevissima ex S. Augustino⟩, in ms., in marg., eadem manu: *Aug*ᵒ (!): [a]) inc. *Crucem adorare reuerenter facit gratiam inuenire in anima deuota*; [b]) inc. *Gratiam Dei esse in anima apparet in duobus, uidelicet si desiderat iniurias et afflictiones;* [3] (ibid.) ⟨Excerpta ex s. Isaac de Syria De contemptu mundi, l. I⟩ *Nisi fiat homo misericors supra iustitiam, non est misericors* (Sacrae Bibl. Sanctorum Patrum etc. Per M. de la Bigne Parisiis, 1589, V, col. 667); [4] (f. 15ᵛ) Oratio perfectissima contra omnes insidias inimici et valde bona in bellis et in viatoribus. Inc. *Iuste iudex Iesu Christe, rex regum et domine, qui cum patre regnas semper.* Des. *tibi uirtus sit perhempnis honor et perpetuus. Amen;* [5] (ibid.) Oratio ad Virginem Mariam, quae inc. *Sancta uirgo ⟨Maria⟩, purissima stella maris, clarissima mater misericordie;* et des. *et toto corde obsecro ut per tua suffragia possideam celestia. Amen.* Subicitur *Hec autem oratio dici debet ieiunio stomacho;* [6] (ibid.) Oratio ad Sudarium. Inc. *Deus qui nobis signatis lumine uultus tui memoriale tuum ad instantiam Veronicam ymaginem tuam.*

5 (f. 16). ⟨**Arnaldi de Villa Nova** Prophetia catholica⟩ (in ms. *Incipit ars catholice phylosophye edita a magistro Ar.*). Inc. *Homines pestilentes dissipant*

ciuitatem (cf. Little A. G., Initia Operum Latinorum quae saec. XIII-XV attribuuntur, Manchester, 1904, p. 108).

6 (f. 31). ⟨Pseudo-Athanasii Symbolum⟩ *Quicunque uult saluus esse ante omnia opus est ut teneat catholicam fidem.*

7 (f. 32). **S. Bernardi Clarae-Vallensis** Planctus Beatae Virginis (in ms. *Incipit planctus Beati Bernardi Abbatis*). Inc. *Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis ymbrem lacrimarum ut possim flere per diem et noctem donec seruo suo.* Des. *et sancto flamine uiuit et regnat Deus benedictus per omnia secula seculorum. Amen* (cf. M. Vattasso et P. F. dei Cavalieri, Bibl. Apost. Vaticanae codices manuscripti recensiti etc., Romae 1902, I, p. 518, cod. Vat. 663, f. 103). Subiciuntur (ibid.): [1] Excerptum parvum ex s. Bernardi operibus (in ms. in marg. *Ber.*), quod inc. *O homo securum habes accessum ad Dominum, ubi habes filium ante patrem;* et des. *insignia caritatis;* [2] ⟨Carmen paraeneticum⟩; Inc. *Exitus ostendit quo mundi gloria tendit / Dum peregrinaris nolo ut terrena sequaris.*

8 (f. 35ᵛ). ⟨Meditationis excerptum⟩ (in ms., in summo margine: *Anselmus in soliloquio*). Inc. *Iesu Christe, o fili Dei uiui, o dulcissime Domine, miserere mei.* Des. *Quod mihi praestare dignetur qui in trinitate perfecta uiuis et regnas Deus per omnia secula seculorum. Amen.*

9 (f. 36ᵛ). **S. Augustini** Liber soliloquiorum animae ad Deum. Cap. XXVI (in ms.: *Augustinus in soliloquio.* M. 40, 884-885). Eiusdem Liber soliloquiorum etc. Cap. XXXVII (in ms.: *Oratio ad beatissimam Trinitatem. Idem in eodem.* M. 40. 897-898).

10 (f. 37). ⟨Oratio ad Dominum⟩ (in ms., in summo margine: *Reperi in quodam libro extraordinario*). Inc. *Adonay, Domine Deus, rex magne et mirabilis, qui es iustus et misericors uniuersis, ego miserrimus omnium miserorum tuam requiro misericordiam.* Des. *quia nomen tuum inuocabile est, et erit nunc et ante secula benedictum in secula seculorum. Amen.*

11 (f. 37ᵛ). De timore Domini. ⟨Excerpta quaedam brevissima ex Enoch philosopho, Tobiae libro, Cassiodoro, Petro Alphonso, Vetere et Novo testamento, Floriano abbate, s. Hieronymo, Gregorio VII et Augustino⟩. Inc. *Enoch phy⟨losophus⟩ filio suo. Timor. Domini sit negotiatio tua et veniet tibi.* Des. *Ieronymus. Apud Dominum non tam ualet mensura... quam doloris, nec astinentia tam... quam mortificatio peccatorum.*

12 (ibid.). De bono nomine sive fama. ⟨Item diversorum auctorum sententiae simul collectae⟩. Inc. *Iesus Syrac. Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit quam mille thesauri magni et praetiosi.* Des. *Ysidorus. Nullis laceretur obprobriis. Laceratio enim opinionis boni iacturam facit.*

Subiciuntur quattuor versus: *Vir uideas quid iubeas dum magnus haberis / Conspicias, ne despicias dum ledere quaeris / Et caueas ne forte ruas, dum stare uideris / Nam dat uarias fortuna uices, non ergo mireris.*

13 (f. 38). ⟨**S. Bernardi Abbatis Clarae-Vallensis** Meditationes piissimae de cognitione humanae conditionis⟩ (in ms.: *Soliloquium Sancti Bernardi Abbatis Clareuallensis ordinis cisterciensis.* M. 184, 485-508).

14 (f. 50ʳ). **S. Cypriani** (?) ⟨Oratio ad maleficia fuganda⟩ (in ms.: *Rubrica. Incipit oratio sancti Cipriani benedicti, et est absolutio omnium faturarum uinclorum adque omnium malorum prestigiorum et fantasmatum et incantacionum omnium spirituum malorum. Unde laus Deo in cello et in terra et in omnibus abisis. Hec oratio dicatur ter per tres dies dominicales cum missa de trinitate omni dominica super hominem ligatum, et disoluetur et liberabitur ab omnibus maleficiis. Ego Ciprianus seruus domini nostri Yesus Christi dixi hanc orationem, uidelicet et hic incipit oratio*). Inc. *Domine Yesu Christe, qui scendisti de cellis ad terram et precioso sanguine tuo nos redemisti, libera et custodi.* Des. *uel absoluta ab omni malla factura, prestigii fanthasmathe et periclo eius, per Dominum nostrum Yesum Christum. Amen.*

Subiciuntur: [1] (f. 51ʳ) Coniuratio (in ms.: *Hic fiat coniuratio*) quae inc. (ibid.) *Coniuro uos, maligni spiritus, per nomen Dei uiui et per uirtutem eius qui principium non habuit nec habebit finem;* et des. *per uirtutem ipsius qui est Deus deorum et Dominus dominantium;* [2] (ibid.) Alia coniuratio quae inc. *Coniuro te et exorciço te, et basflemo te, et maledico te, maligne spiritus, ut non habeas potestatem super hunc famulum uel famulam;* et des. *protestacionem ac liberacionem famuli uel famule Dei ab omni malo. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Amen;* [3] (f. 52) Oratio quae inc. *Domine Deus omnipotens, creator celi et terre. qui liberasti Tobiam a cecitate;* et des. *a uinculis omnibus maleficiis. Amen. † Christus uincit † Christus regnat † Christus imperat † Amen. Explicit oratio sancti.... Deo gratias.*

Codex a diversis librariis plerumque litteris goticis rotundis, interdum vero currenti calamo binis columnis exaratus, praeter folia 51-53 lineis plenis exscripta. Litterae initiales maximae et maiores rubro et caeruleo coloribus alterna vice depictae, tituli rubro colore exscripti. In marginibus notabilia, additamenta et correctiones plerumque eadem manu qua textus, nonnulla vero alia manu. Folia fere omnia hic illic pessumdata recentioris membranae laciniis refecta sunt. S. Cypriani oratio et coniurationes quae sequuntur (f. 50ᵛ-51ᵛ) calamo deletae sunt. In f. 52 scriptum legimus, alia manu eiusdem saec. XIV, remedium quoddam ad febrim fugandam. Inc. *foleas tres ////////////////////// die in qua febris uenerit ////////// prout inferius declarabitur per firmum.* Des. *In tercia* ⟨folea⟩ *scribatur † Clemencia Spiritus sancti exaudiat te.* In f. 30ᵛ, Arnaldi opere expleto, nonnulla verba sequebantur, nunc omnino erasa et fere lectu impossibilia; f. 31ʳ, altera columna vacua.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Io. B. Pitra card. bibliothecarii.

9969. Saec. XVIII, chart., mm. 275×214, ff. 193.

⟨Anonymi⟩ *Vita e morte di Sisto V.* Inc. *Nacque Sisto Quinto nella Marcha, cioè nel Castello delle Grotte, luogo che fa mille e 500 anime.* Des. *che l'aueuano seruita nell'auge di sua grandezza* (cf. Cerotti F., Bibliogr. di Roma, Roma, 1893, p. 488, n. 7512).

Codex currenti calamo nitide exscriptus, omnia folia, perpaucis exceptis, charta perlucida cooperta praebet. Quinterniones decem supputantur in ff. 1. 19. 41. 60. 75. 96. 115. 137. 154. 173. Folia 40ᵛ. 59ᵛ. 74ᵛ. 136ᵛ. 155ᵛ. 172ᵛ vacua.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Io. B. Pitra card. bibliothecarii.

9970. Saec. XIX, chart., mm. 262 × 186, ff. 132.

⟨Salomonis Gesner⟩ *La morte di Abele.* Poema ex theutonica in italicam linguam rythmice translatum, quinque complectens cantus. Cant. I inc. (f. 2) *Versi sublimi vorrei porre in opra.* Cant. V des. *Giunto non era d'alcun uomo il piede.* Praeit (f. 1) *Avvertimento al Lettore.* Inc. *Sono sempre gradite le azioni descritte che rappresentano qualche tenero spettacolo.* Des. *quando viddero Abele dal frattello* (!) *occiso.*

Codex currenti calamo, eadem manu qua cod. 9971 excriptus. Sunt inter lineas additamenta et correctiones alia manu eiusdem aetatis exarata.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Io. B. Pitra card. bibliothecarii.

9971. Saec. XIX, chart., mm. 262 × 190, ff. 144.

Salomonis Gesner *Idillii* ex theutonica in italicam linguam rythmice translati. Inc. (f. 2) *Cantar non vole la mia Musa in oggi.* Des. *Chi più di me sarà felice al mondo?* Subicitur (f. 138) totius operis index.

Codex eadem manu qua cod. 9970 exaratus; correctiones inter lineas, ut cod. 9970, praebet. Duplicem habet enumerationem, antiquam paginas supputantem, recentiorem folia; recentiorem secuti sumus. Ff. 141ᵛ-144 vacua. In f. 1ᵛ operis titulus.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Io. B. Pitra card. bibliothecarii.

9972. An. 1500, in 8°, ff. 132.

Eusebii Pamphili episc. Caesariensis Historia ecclesiastica. Ex emendatione G. Boussardi. Parisiis, Franciscus Regnault (cf. Copinger Supl. to Hain Rep. Bibl., P. II, Vol. I, p. 235, n. 2357).

In marginibus, usque ad f. 52, quam plurimae adnotationes exstant manu Torquati Tasso, inde a f. 55 adnotationes alia manu eiusdem aetatis, nempe saec. XVI, conscriptae sunt. In chartula f. 1 adglutinata scriptum legimus manu saec. XIX: *Le postille manoscritte in questo libro sono di mano di Torqu. Tasso*, et inde, plumbo signatum, operis pretium: *Fr. 300.*

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Io. B. Pitra card. bibliothecarii.

9973. An. 1524, in 8°, ff. XXIV. 556.

S. Caecilii Cypriani epis. Carthag. Operum volumen primum etc., Coloniae, apud Heronem Alopecium Anno M.D.XXIIII. Mense Decembri.

In marginibus et in f. 556ᵛ quam plurimae adnotationes manu Torquati Tasso. Notabiliores loci linea nigra subducta distinguuntur. In f. Iᵛ manu saec. XIX, eadem qua f. I codicis 9972: *Le postille MSS. in questo libro sono di mano di Torquato Tasso*, et, plumbo signatum, operis praetium: *Fr. 400.* In f. 1ʳ exstat sigillum bibliothecae Horatii Falconieri scilicet: *Bibliot. / H. F. / 1770.* Folia I-XXIV distinguuntur plumbo, numeris arabicis.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Io. B. Pitra card. bibliothecarii.

9974. An. 1521, chart., in 4°, ff. 131.

Alexandri Guarini Ferrariensis In C. V. Catullum Veronensem per Baptistam patrem emendatum expositiones cum indice etc. Venetiis M.D.XXI.

Liber duplicem habet enumerationem, recentiorem plumbo signatam secuti sumus. In marginibus plura exstant manu Torquati Tasso adnotata; sunt etiam adnotationes aliis manibus saec. XVI-XVII. Notabiliores loci, in textu, linea nigra subducta distinguuntur. In chartula f. I adglutinata eadem nota, quam in f. Iᵛ codicis 9973 scriptam diximus, eademque manu exarata exstat, et codicis pretium plumbo signatum: *Fr. 300.* In marginibus f. 2ʳ quaedam calamo deleta.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Io. B. Pitra card. bibliothecarii.

9975. Saec. XVII, chart., mm. 198 × 133, ff. 183.

⟨**Anonymi**⟩ De ultimo fine hominis et de actibus humanis disputationes scholasticae ad pᵃᵐ. 2ᵃᵉ S. Thomae Doctoris Angelici. Inc. *Nota primo ut Aug. docet 9 de fin. Dei c. pᵒ: Finem hominis siue humanae vitae nunc dicimus.* Des. (f. 178ᵛ) *in cuius laudem nec laudari possumus nec vituperari. Cui honor et gloria in saecula. Amen.* Sequuntur: [1] (f. 179) ⟨Totius operis indiculus⟩; [2] (f. 24ᵛ) *Conclusiones theologicae de ultimo fine, beatitudine et actibus humanis. Romae, Typis Haeredum Corbelletti 1673.*

Folia omnia charta perlucida cooperta sunt. In primo et in duobus novissimis foliis sigillum bibliothecae gentis Columnae exstat. Ff. 180ᵛ. 181. 183-184 vacua.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Io. B. Pitra card. bibliothecarii.

9976. Saec. XV, chart. et membr., mm. 206 × 140, ff. 96.

B. Iacoponis Tudertini et Dominici Cavalca Opera aliquot.

1. ⟨**Beati Iacoponis Tudertini** Poemata⟩ (cf. ed. Fr. Tresatti da Lugano, Venezia, Misserini, 1617; Percopo E., Le laudi di fra Iacopone da Todi nei mss. della bibl. Nazionale di Napoli, contributo all'edizione critica *in* Il Propugnatore, volumi 17 ₂ e 18 ₁₋₂, Bologna, Romagnoli dall'Acqua, 1884-1885).

[1] (f. 1). *Altre quattro uirtudi sonno cardinali uocate.* [2] (f. 1v). ⟨O⟩ *anima, che desideri d'andare a paradiso.* [3] (f. 3). ⟨O⟩ *alta penitentia, pena in amore tenuta.* (**ultima stropha desideratur in ms.**). [4] (f. 3v). ⟨M⟩*olto me so adelongato da la uia ch'i sancti anno culcato* (**al.**: *conculcato*). [5] (f. 4). ⟨G⟩*uarda che non caggi, / amico guarda.* [6] (f. 4v). *Sapete uoi nouella de l'amore, che m' à rapito et absorbito el core.* [7] (f. 5). ⟨P⟩*iagni dolente, anima predata.* [8] (f. 5v). ⟨O⟩ *amor muto, che non uoli parlare, che non si cognosciuto* (**ultima stropha desideratur**). [9] (f. 6). ⟨C⟩*inque sensi àn meso el pengno.* [10] (f. 6v). ⟨O⟩ *iubilo de core, / che fai cantare d'amore.* [11] (ibid.). ⟨O⟩ *conscientia mia / grande te dài reposo.* [12] (f. 7). ⟨O⟩ *nouo canto / ch'ài morto el pianto.* [13] (f. 7v). ⟨C⟩*ogli occhi ch'aggio nel capo, / La luce del dì mediante.* [14] (f. 8v). ⟨I⟩*n cinque modi apareme / el Signore in questa uita.* [15] (f. 9). ⟨I⟩*n sette modi con me* (!) *a me pare / distincta è oratione.* [16] (f. 9v). ⟨L⟩*a bontà infinita / uole infinito amore.* [17] (f. 10). ⟨A⟩*more nel core si uol rengnare, / discretione uol contrastare.* [18] (f. 11). ⟨O⟩ *amore, diuino amore, / perché m'ài assediato.* [19] (f. 11v). ⟨L⟩ *anima uitiosa / a lo inferno è assimigliata.* [20] (f. 12). ⟨V⟩*orria trouare chi ama, molti so che se si ama.* [21] (f. 12v). ⟨P⟩*ouertade piagne / ch'è morta la bontade* (**al.** *La ueritate piange / ch'è morta la bontade*) **usque ad v.** *alto et iusto signore.* [22] (f. 13v). ⟨L⟩*a superbia d'altura / à fatte molte figlole.* [23] (f. 14v). ⟨Q⟩*ue fai, anima predata, / faccio male che dampnata.* [24] (f. 15). ⟨O⟩*r se commenza lu dolce pianto, / che fa la madre de Christo tanto.* [25] (f. 17). ⟨P⟩*iange la chiesa, piange et dolora / sente fortuna de pessimo stato.* [26] (f. 18). ⟨I⟩*esu Christo se lamenta de l'acclesia romana, / Ch'è stata ingrata et uillana.* [27] (f. 18v). ⟨O⟩*r se parrà chi auerà fidanza, / la tribulanza ch'è profetizzata.* [28] (f. 19). ⟨A⟩*d fra Giouanni de la Verna, / ch'in quartana se gouerna.* [29] (f. 19v). ⟨P⟩*ouertade inamorata, / grande è la tua signoria.* [30] (f. 20). ⟨O⟩ *amore de pouertade, / regno de tranquillitade.* [31] (f. 21). ⟨O⟩ *uergine più che femena santa, Maria beata.* [32] (f. 22). ⟨O⟩ *derrata sguarda el prezzo, / si te uoli inebriare.* [33] (f. 22v). ⟨O⟩ *amor ch' ami, prendime al tuoi hami.* [34] (f. 23v). ⟨O⟩ *uita de Yesu, / specchio de uerità.* [35] (f. 24v). ⟨S⟩*ignor, damme la morte / innante che più te offenda.* [36] (f. 25). ⟨O⟩ *mezzo uirtuoso, / retenuta batalgla.* [37] (f. 26). ⟨A⟩ *sai me sforzo a guadagnare, / se io el sapesse conseruare.* [38] (f. 26v). ⟨L⟩*a bontade se lamenta, / che l'affetto non l'à amata.* [39] (f. 27v). ⟨F⟩*uggo la croce, che me deuora / la sua calura non posso portare.* [40] (f. 28v). ⟨L⟩ *omo fo creato uirtuoso, / uolselo sprezzar per sua follia.* [41] f. 32v). ⟨O⟩*r chi aueria cordolglo, / uorriane alcuno trouare.* [42] (f. 33). ⟨A⟩*udite una intentione, / ch'in fra l'anima et lo corpo.* [43] (f. 34v). ⟨E⟩*nsegnateme Iesu Christo, / che lo uolglo trouare.* [44] (f. 35v). ⟨S⟩*olo a Dio possa piacere, / non me ne curo.* [45] (f. 36). ⟨O⟩ *frate mio, briga tornare / nante ch'a morte si piglato* (**ultima stropha desideratur**).

[46] (f. 36v). ⟨O⟩ *Christo onnipotente, / doue te si inuiato.* [47] (f. 37v). ⟨O⟩ *corpo infracidato, / io so l'anima dolente;* mutilum des. v.: *auemo guadagnato.* [48] (f. 38). ⟨A⟩*mor diletto, / Christo beato, / De me desolato.* [49] (f. 39). ⟨O⟩ *peccator, chi t'à fidato / che de me non ài temenza.* [50] (f. 39v). ⟨O⟩ *frate, guarda 'l uiso / se uoli ben guarire.* [51] (f. 40v). ⟨O⟩ *anima fedele / che te uoli saluare.* [52] (f. 41). ⟨O⟩ *amore, diuino amore / amor che non ei amato.* [53] (f. 42v). ⟨F⟩*rancesco pouerello patriarcha nouello.* [54] (f. 44). ⟨O⟩ *Francesco da Dio amato / Christo in te se n'è mostrato.* [55] (f. 45v). ⟨O⟩ *regina cortese, / a uoi io son uenuto.* [56] (f. 46). ⟨A⟩*more, diletto amore, / perché m'ài lassato, amore.* [57] (f. 48). ⟨O⟩ *alma mia, creata / gentile, non te far uile.* [58] (f. 49). ⟨O⟩ *femene, guardate / a le mortal ferute.* [59] (f. 50v). ⟨A⟩*mor contrafatto, spolglato de uirtude.* [60] (f. 51). ⟨H⟩*omo, tu se' ingannato / che lo mondo t'à occechato* (!). [61] (f. 51v). ⟨O⟩*r udite batalgla, che fa lo falso inimico, / serauue utilitate.* [62] (f. 53v). ⟨O⟩ *uita penosa, continua batagla, / con quanta traualgla la uita è menata.* [63] (f. 55). ⟨Q⟩*uando te alegri, homo d'altura, / ua, poni mente a la sepoltura.* [64] (f. 55v). ⟨O⟩*ymé, lascio dolente, / che lo tempo è passato.* [65] (f. 56v). ⟨O⟩ *Christo pietoso, perdona al mio peccato / che a quel so menato.* [66] (f. 58). ⟨H⟩*omo che uol parlare / in prima de' pensare;* mutilum des. v. *che a ueritade de omnia. Amen.* [67] (f. 58v). ⟨O⟩ *libertà sobietta / ad omni creatura.* [68] (f. 60). ⟨O⟩ *dolce amore, ch'ài morto l'amore, / Prego che m' occidi, amore.* [69] (f. 60v). ⟨D⟩*ompna de paradiso, / lo tuo figlolo è preso.* [70] (f. 62). ⟨O⟩ *castitade, fiore / che te sostene amore.* [71] (f. 63). ⟨H⟩*omo, de te me lamento, / che me uai pur fugendo.* [72] (f. 64). ⟨H⟩*omo, mettite a pensare / onde te uene lo gloriare.* [73] (f. 64v). ⟨O⟩ *Christo onipotente, / doue te se inuiato, / che si poueramente gite peregrinato.* [74] (f. 65v). ⟨O⟩ *Signor, per cortesia / mandame la malzania.* [75] (f. 66v). ⟨A⟩*mor dolce senza pare, / tu se Christo per amare.* [76] (f. 67). ⟨A⟩*mor, ch'ami tanto / ch'io non so dire lo quanto.* [77] (f. 68). ⟨S⟩*iccome la morte fece a lo corpo humano / Molto peggio si fa a l'alma.* [78] (f. 69). ⟨F⟩*igli, nepoti, frati rendete lo mal tolletto, / lo quale io ue lassai.* [79] (f. 69v). ⟨A⟩*udite una intentione, / che è infra doi persone.* [80] (f. 71v). ⟨S⟩*enno me pare e cortesia / empazir per lo bello messia* (mutilum, plura in medio carmine desunt). [81] (ibid.). ⟨T⟩*roppo m'è grande fatiga, / Signor, de uenirle de rietro.* [82] (f. 73). ⟨H⟩*omo che po la sua lengua domare, / grande me pare ch'aggia Signore.* [83] (f. 77). ⟨U⟩*no arboro da Dio plantato, / lo quale amore è nominato.* [84] (f. 78v). ⟨A⟩*mor de caritate, / perché m'ài ferito.* [85] (f. 82). ⟨S⟩*opra onni lengua amore / bontà senza figura;* mutilum des. v.: *o luce che concedi / de fatto esser mutato* [86] (f. 86). Lauda quae mutila inc. *Fatta è la pace de lo temporiare;* et des. *Cioè più in su la terra, ben mi pare* (ed. cit., pp. 1038-1039). [87] (f. 86v). *L'autunni sonno quadrati, / sonno stabiliti non posson uolare.* [88] (f. 87). ⟨O⟩ *papa Bonefatio, /*

io porto tuo prefatio. [89] (f. 87^{v}). ⟨Q⟩*ue farai, fra Giacopone, / ei uenuto al paragone* (multa desunt). [90] (f. 88). ⟨F⟩*acciamo fatti or facciamo, / si Christo in uerità amamo.* [91] (f. 90). ⟨S⟩*ignor mio, io uo languendo, / per te ritrouare.* [92] (f. 90^{v}). ⟨U⟩*dite noua paczia, / che me uene in fantasia.*

stichon⟩, inc. *Haud arguta uias per certas tramite tuto.* [223] (f. 52^{v}). De S^{to} Bonauentura episcopo Albanensi epigr. de nomine imposito, ⟨octastichon⟩, inc. *Dum puer exoritur, tribuant quod nomen, uterque.* [224] (f. 54). Augustus. Duodecim Zodiaci signa Beatissimae Virginis virtutibus attributa. ⟨Hexasticha duodecim⟩. [a] (ibid.). Aries. Magnanimitas, inc. *Rebus in aduersis mansit fortisque secundis.* [b] (ibid.). Taurus. Perseverantia, inc. *Roboris immotas designat Taurus in astris.* [c] (ibid.). Gemini. Charitas, inc. *Cernentur Gemini summo splendescere coelo.* [d] (f. 54^{v}). Cancer. Oboedientia, inc. *Auscultat simplex dicto, patrique recusat.* [e] (ibid.). Leo. Vigilantia, inc. *In siluis dormire Leo narratur aperto.* [f] (ibid.). Virgo. Virginitas, inc. *Mitigat ardentes terris ęstate calores.* [g] (f. 55). Libra. Iustitia, inc. *Iustitię partos obseruent iuraque legum.* [h] (ibid.). Scorpio. Paupertas Spiritus, inc. *Friget amor nummi sub paupertatis amore.* [i] (ibid.). Sagittarius. Oratio, inc. *Tela sagitte potens iaculatur ab axe per auras.* [l] (f. 55^{v}). Capricornus. Contemplatio, inc. *Sidera miratur proprio Capricornus in orbe.* [m] (ibid.). Aquarius. Pietas, inc. *Foecundos terris emittit Aquarius imbres.* [n] (ibid.). Pisces. Devotio, inc. *Ex undis uiuunt pisces et in ęquoris undis.* [225] (f. 56). De B^{ma} Virgine epigr., ⟨hexastichon⟩, inc. *Ultimae iam Mariae properauerat aetas.* [226] (ibid.). De eadem octast., inc. *Concussit quondam uersutis artibus Euam.* [227] (ibid.). De eadem octast., inc. *Semper ad insidias promptus, semperque nocendi.* [228] (f. 56^{v}). Ad R^{mam} Virginem filius loquitur epigr., ⟨octastichon⟩, inc. *Hic poenas perpessa graues, pars maxima nostri.* [229] (ibid.). De eadem Virgine octast., inc. *Lux fuit in luctu, rebusque; est lumen in atris.* [230] (ibid.). De B. Virgine ⟨octastichon⟩, inc. *Dum parat intactum Mariae profundere myrrha.* [231] f. 57). De eadem Virgine epigr., ⟨octastichon⟩, inc. *Tartareę gens dira domus, dum Lucifer. orbis.* [232] (ibid.). De eadem Virgine hexast., inc. *Plus cupit ingenium, maior sed gloria laudum.* [233] (f. 57^{v}). De eadem Virgine hexast., inc. *Aemula decertat Mariae cum lumine Phoebes.* [234] (ibid.). Emblema. Corpus. Sol humana specie quadriga invectus. Anima. Iam illustrabit omnia, octast., inc. *Cernis Phoebeos terris splendescere currus.* [235] (ibid.). Trahe me post te. Cant. I, hexast., inc. *Tempus adest, Fili, matrem quo vertice summo.* [236] (f. 58). Emblema. Corpus. Coelum stellatum utrinque sole et luna micantibus. Anima. Iam feliciter omnia, decast., inc. *Astra micant et tecta micant cęlestia, Sol, et.* [237] (ibid.). Osculetur me osculo oris tui. Cant. I, hexast., inc. *Oscula det matri natus, sunt oscula casta.* [238] (f. 58^{v}). Emblema. Corpus. Duae columnae in dextera regno, in sinistra vero corona depictis. Anima. Plus ultra, octast., inc. *Ista parant tibi mortales, o Virga, caduca.* [239] (ibid.). Oleum effusum nomen tuum, decast., inc. *Tempore Virgo suo mortalia vincula linquit.* [240] (f. 59). Emblema. Corpus. Aquila duobus capitibus inversis

alisque extensis cum ramo olivae in dextera et in sinistra fulmine. Anima. Ἐν καίρῳ ἑκάτερον idest: In opportunitate utrunque, ⟨octastichon⟩, inc. *Haec Iouis armigera est uolucris, simul esse Quiritum.* [241] (ibid.). Deliciis affluens. Cant. ⟨8, 5⟩, octast., inc. *Delitiis nitidas ascendit mater abundans.* [242] (f. 59ᵛ). Emblema. Corpus. Lunę cornua ad cęlum conversa in orbe suo. Anima. Donec totum implet orbem, octast., inc. *Imperfecta iubar si fundit Cinthia terris.* [243] (ibid.). Memores uberum tuorum. Cant. I, octast., inc. *Ubera tu quondam, mater dilecta, dedisti.* [244] (f. 60). Emblema. Corpus. Iris sive arcus caelestis inter nubila. Anima. φῶς φέροι ἠδε Γαλήνην idest: lucem ferat et serenitatem, ⟨hexastichon⟩, inc. *Scis cur hęc, Virgo, mortalia deserat arua.* [245] (ibid.). Innixa super dilectum suum ⟨Cant. 8, 5⟩, epigr., ⟨decastichon⟩, inc. *Tendit ad aerii Virgo fastigia caeli.* [246] (ibid.). Emblema. Corpus. Duo terrarum orbes, nimirum coelum et terrae globi in quorum postremo sunt animalia. Anima. Unus non sufficit orbis, octast., inc. *Non hęc sunt quęrenda tibi, sanctissima Virgo.* [247] (f. 60ᵛ). Ferculum sibi fecit rex Salomon. Cant. 3, decast., inc. *Ex auro lectum Salomon sibi fecit et illi.* [248] (ibid.). Emblema. Corpus. Aquila olivae ramum ore tenens, nullisque fulminibus emissis laesa. Anima. Iouis sacer, octast., inc. *Fulmina dum uibrat Cęlo minitantia mortem.* [249] (f. 61). Introduxit me rex in cellaria sua, Cant. I ⟨4⟩, octast., inc. *Iam me defunctam grauibus uinctisque solutam.* [250] (ibid.). De s. Agapito Mart. epigr., ⟨hexastichon⟩, inc. *Vritur inuictus flammis Agapitus in atris.* [251] (f. 61ᵛ). De ss. Iusto et Pastore fratribus epigr., ⟨octastichon⟩, inc. *Cur gaudes, Romana tuis Cornelia gemmis.* [252] (ibid.). De iisdem epigr., ⟨octastichon⟩, inc. *Ne tabulas, pueri, ne, queso, temnite sedes.* [253] (f. 62). *September*. In Nativitate Beatissimae Virginis, ⟨octastichon⟩, inc. *Non sine laude feras qui propulsauerit altis.* [254] (ibid.). De B. Virgine. Ipsa conteret caput tuum, epigr., ⟨octastichon⟩, inc. *Tartareq iam fraude draco deceperat Euam.* [255] (ibid.). De Assumptione eiusdem. Epigram⟨mata⟩ in superiorem locanda mensem; epigr., ⟨octastichon⟩, inc. *Aspice quos summittit humus formosa colores.* [256] (f. 62ᵛ). De eadem epigr., ⟨octastichon⟩, inc. *Alta petunt cęli flammę super ęthera fertur.* [257] (ibid.). De eadem epigr., ⟨hexastichon⟩, inc. *Aetheriis resonat cęlestis sedibus ales.* [258] (f. 63). De eadem epigr., ⟨decastichon⟩, inc. *Gloria Virgo salem, totius gloria mundi.* [259] (ibid.). De eadem epigr., ⟨octastichon⟩, inc. *Si genitrix natum videat, si filia patrem.* [260] (ibid.). De eadem epigr., ⟨hexastichon⟩, inc. *In terris humilis, cęlo nunc Virgo triumphat.* [261] (f. 63ᵛ). De eadem epigr., ⟨octastichon⟩, inc. *Rara pudicitię merita est huic gloria, laudis.* [262] (ibid.). De eadem epigr., ⟨octastichon⟩, inc. *Quęritis unde mihi referantur in orbe triumphi.* [263] (f. 64). De eadem epigr., ⟨octastichon⟩, inc. *Cum petiit terras auctor, finisque bonorum.* [264] (ibid.). Emblema. Columnae duae quae ad invicem se

complecti videntur. Anima. Pietate et iustitia, hexast., inc. *Aspicis* (*ecce*, inter lineas) *duas complexas stare columnas?* [265] (ibid.). Emblema. Corpus. Àquila quae ex fonte in quo se lavit ad astra evolat. Anima. Renovabitur ut Aquilae iuventus, octast., inc. *Ter limphis abluta peto sacra tecta tonantis.* [266] (f. 64v). Emblema. Corpus. Lilia quae mixta rosis sint in prato virenti. Anima. Suaves miscetis odores, octast., inc. *Lilia per campum hinc florescunt, inde rosarum.* [267] (ibid.). Emblema. Corpus. Cupressus circumcirca surgentibus plantis. Anima. Ex Virg⟨ilii⟩ ecl⟨oga⟩. Alias caput extulit inter; vel ex Salomone cap.: Tu supergressa es universás, hexast., inc. *Si uiridem e terris consurgere in astra cupressum.* [268] (ibid.). Duodecim Prophetarum invitatio ad Coelum in die transitus Beatae Virginis ⟨hexastica⟩. [a] (ibid.). Balaam. Stella ex Iacob. Num. 24, inc. *Stella manet terris? non hęc terrestria summis.* [b] (ibid.). David. Psal. 131. Surge, Domine, tu et arca sanctificationis tuae, hexast., inc. *Tres tumulo iacuit, Virgo pulcherrima, soles.* [c] (f. 65v). Salomon. Surge, amica mea, et veni. Cant., hexast., inc. *O mea nata, mihi es sceptro quę charior omni.* [d] (ibid.). Isaias. Ascendet super nubem levem. Cap. 19, hexast., inc. *Non defixa manet terris, sed in ęthera nubes.* [e] (ibid.). Ieremias. Foemina circumdabit virum, hexast., inc. *Olim si Virgo, cinxisti candida membris.* [f] (f. 66). Ioacim. Tu gloria Hierusalem. Iud., inc. *Tu Virgo terris es, tu quoque gloria nostri.* [g] (ibid.). Moyses. Vadam et videbo visionem hanc magnam. Exod. 3, hexast., inc. *O mirum, e terris Virgo celeberrima scandit.* [h] (f. 66v). Gedeon. Ponam hoc vellus lanae in area. Iud. 6, hexast., inc. *Quod vellus quondam posui per gramina prato.* [i] (ibid.). Ezechiel Ingredere et includere in medio domus tuae, ⟨C.⟩ 3, hexast., inc. *Ingredere aethereos, uirgo sanctissima, campos.* [l] (ibid.). Daniel. Lapis qui percusserat statuam factus est mons magnus, ⟨C.⟩ 2, hexast., inc. *Qui casto emissus nullo cogente per auras.* [m] (f. 67). Zaccharias. Quid bonum eius, nisi frumentum elector, C. 9, hexast., inc. *Hęc orbi quondam Virgo castissima panem.* [n] (ibid.). Ioel. Egrediatur sponsa de thalamo suo, C. 2, hexast., inc. *Sufficit in terris superum charissima Regis.* [269] (ibid.). Pro Balaam vel Salomone Oseas: Propter hoc ecce ego lactabo eam, Cap. 2, hexast., inc. *Ipsa Deo puero lacte ubera plena dedisti.* [270] (f. 67v). De s. Thecla Virg. et Mart. epigr., ⟨hexastichon⟩, inc. *Dum thalamus Theclę et sponsalia sacra parantur.* [271] (ibid.). De eadem epigr. Ad s. Paulum apostolum praeceptorem, ⟨hexastichon⟩, inc. *Vicistis eloquiis Arabes iam, Paulle, superbos.* [272] (ibid.). Ad eundem Paulum praeceptorem, ⟨octastichon⟩, inc. *Theseus Alcidesque, alter Tharsensis et heros.* [273] (f. 68). De eadem sanctissima Virgine et Martyre ⟨i. Thecla⟩ epigr., ⟨hexastichon⟩, inc. *Saucia dum saltus, spelęaque longa pererrat.* [274] (ibid.). De eadem epigr., ⟨octastichon⟩, inc. *Pertulit hęc poenas et prima reperta cruentis.* [275] (ibid.). De

eadem. Ad Matrem, ⟨octastichon⟩, inc. *Es nimium furiata parens in pignora uentris.* [278] (f. 68ᵛ). De eadem et s. Io. Baptista, ⟨decastichon⟩, inc. *Baptistę similis* (*si fas est dicere*), *nympha.* [277] (ibid.). De eadem distich., inc. *Prima choros Virgo deduxit* (*crede*) *pudoris.* [278] (f. 69). *October*. De s. Remigio episcopo Rhemensi epigr., ⟨hexastichon⟩, inc. *Dum Rhemis miscent acres incendia flammę.* [279] (ibid.). De s. Hieronymo conf. Ecclesiae doct., ⟨hexastichon⟩, inc. *Hieronymi tumidus dominatur pectore fastus.* [280] (f. 70). *Nouember*, die 6. Ad D. Leonardum, ⟨octastichon⟩, inc. *Cum fera uincla reûm soluas, Leonarde, vocatus.* [281] (ibid.). De Praesentatione Beatae Virginis ⟨die⟩ 27, ⟨hexasticon⟩, inc. *Paruule, dum templo offertur pia Virgo tonanti.* [282] (ibid.). De s. Andrea Apostolo ⟨die⟩ 30, ⟨octastichon⟩, inc. *Çrux, salue pergrata mihi multumque petita.* [283] (f. 70ᵛ). De eodem, ⟨hexastichon.⟩, inc. *Salsoso Andreas uarios in gurgite pisces.* [284] (ibid.). De Praesentatione Beatae Virginis ⟨die⟩ 21, ⟨octastichon⟩, inc. *Ascendit Virgo templum, descendit Olympo.* [285] (ibid.). De s. Caecilia Virgine et Martyre ⟨die⟩ 24, ⟨hexastichon⟩, inc. *Tympana dum tangunt alii et caua cymbala palmis.* [286] (f. 71). De eadem octast., inc. *Tympana non sentit Virgo pulsata, nec aures.* [287] (ibid.). De eadem octast., inc. *Caecilia hęc Virgo nullo lassata labore.* [288] (ibid.). De eadem octast., inc. *Iam sacris lustratus adit Tyburtius undis.* [289] (f. 71ᵛ). De s. Catherina Alexandrina Virg. et Mart., ⟨octastichon⟩, inc. *Dum viget intacta Virgo sub flore iuuentae.* [290] (ibid.). Quae sit via coeli, hexast., inc. *Quid refert solis referas quod dogmate cursus.* [291] (f. 72). Duodecim privilegia Beatissimae Virginis a Sanctissima Triade concessa. ⟨Disticha duodecim⟩. [a] (ibid.). A Patre. Conceptio, inc. *Concepta est Virgo primi sine labe parentis.* [b] (ibid.). Annuntiatio, inc. *Nuncius a coelo sublimis mittitur illi.* [c] (ibid.). A Spiritu Sancto. Obumbratio, inc. *Annuit ut uerbis Virgo penetrauit in aedes.* [d] (ibid.). Verbi incarnatio, inc. *Sanguine Virgineo Verbum sibi fingit et aptat.* [e] (ibid.). A Filio. Virginitas, inc. *Virgo* (*est*, inter lineas) *prima noui dux et certaminis orbi.* [f] (ibid.). Foecunditas, inc. *Mater et intacta est foecunda ex germine casto.* [g] (ibid.). Gravida absque taedio, inc. *Virginea Iesum Virgo dum gestat in aluo.* [h] (ibid.). Partus sine dolore, inc. *Quem genuit Virgo atque intacta condidit aluo.* [i] (f. 72ᵛ). A Spiritu Sancto. Fides, inc. *Credere iam fas est quę Cęlo dicta feruntur.* [l] (ibid.). Humilitas, inc. *Quę sibi de summo sacra iussa feruntur Olympo.* [m] (ibid.). Silentium, inc. *Nulla facit Virgo uerba, ast si uerba necesse est.* [n] (ibid). Perseuerantia, inc. *Egregium virtutis iter dum Virgo perenni.* [292] (ibid.). De s. Andrea Apostolo hexast. Ipse alloquitur Crucem, inc. *Crux, salue exoptata mihi veneranda* (al. *preciosa*) *magistri.* [293] (ibid.). De eodem hexast., inc. *En, senior, non ulla pauet tormenta minantis.* [294] (f. 73). De eodem hexast., inc. *Iam*

prope mortis erant metę finisque laborum. [295] (ibid.). De eodem hexast., inc. *Oscula dat ligno senior blandisque resultat.* [296] (ibid.). De eodem decast., inc. *Iam noua pugna seni est per mortem indicta tumentem.* [297] (f. 73ᵛ). De eodem hexast., inc. *Ad Cęlum faciles aditus per funera quęris.* [298] (ibid.). De s. Catharina Virg. et Martyr. epigr., ⟨octastichon⟩, inc. *Priscum* (?) *pręceptis Catharina imbuta sophorum.* [299] (f. 74). De eadem epigr., ⟨octastichon⟩, inc. *Sordida perfusa si tergis fluminis unda.* [300] (ibid.). De eadem epigr., ⟨octastichon⟩, inc. *Viuenti haud unquam Veneris placuere nefandę.* [301] (ibid.). De eadem epigr., ⟨hexastichon⟩, inc. *Semper ades regi, Virgo pulcherrima sponsa.* [302] (f. 74ᵛ). De eadem epigr., ⟨octastichon⟩, inc. *Cęditur ense caput formosę Virginis, atra.* [303] (ibid.). De s. Chrysogono Mart. epigr., ⟨octastichon⟩, inc. *Ex auro dicunt cęlestia tecta nitere.* [304] (f. 75). De eodem epigr., ⟨octastichon⟩, inc. *Regnat ibi foetor, tenebrę et crudelis egestas* (praeit distichon calamo deletum, quod inc. *Igne politur opus, purgatur ut ignibus aurum*). [305] (ibid.). De s. Petro Alexand. Mart. Dialogismus. Petrus. Christus, ⟨disticha octo⟩, inc. *Cur mihi tam laceris, Puer o dilecte, uideris.* [306] (f. 75ᵛ). De s. Francisco Xaverio epigr. 2 *Decembr.*, ⟨hexastichon⟩, inc. *Angitur et uarias euoluit pectore curas.* [307] (ibid.). De eodem epigr., ⟨hexastichon⟩, inc. *Non tam festinus currit mercator ad Indos.* [308] (f. 76). De Adventu Domini. Rorate, coeli, desuper et nubes pluant iustum, aperiatur etc. Ps. Epigr., ⟨octastichon⟩, inc. *Arida nunc tellus demitti uertice rorem* (al. inter lineas: *sibi ab ęthere*). [309] (ibid.). De s. Francisco Xaverio, 2 Dec., epigr., ⟨decastichon⟩, inc. *Fortis ad extremos* (al. *Indos*) *currit Garamantas et Indos* (al. *acres*). [310] (f. 76ᵛ). De s. Nicolao epigr., 6 Dec., ⟨decastichon⟩, inc. *Victoris nomen traxit Nicolaus ab aluo.* [311] (f. 78). *December.* In Conceptione Beatae Virginis, die 8, ⟨duodecastichon⟩, inc. *Aether, sol nitidus, lux, luna, aurora refulgens.* [312] (ibid.). De Sancto Ambrosio episcopo, ⟨octastichon⟩, inc. *Ad sacras dum tendit iter* (al. *Caesar properat*) *Theodosius arces* (al. *aedes*). [313] (ibid.). De D. Lucia V. et M. ⟨octastichon⟩, inc. *Ingerit accensis flammis dum ligna satelles.* [314] (f. 78ᵛ). De eadem, ⟨exastichon⟩, inc. *Verba tibi deerunt, Virgo* (al. *mulier*), *Pascasius inquit.* [315] (ibid.). De s. Thoma Apostolo. Dialogismus. Petrus, Thomas, ⟨duodecastichon⟩, inc. *Haud credis, Thoma, misteria sacra tonantis.* [316] (f. 79). De Nativitate Domini Nostri Iesu Christi, ⟨octastichon⟩, inc. *Qui facit ut Natus descendat ab aethere Patris.* [317] (ibid.). De s. Ansano Martyr. epigr., ⟨octastichon⟩, inc. *Per caedem et facinus cęli tibi dona paranda.* [318] (ibid.). De adventu Domini. Venite ascendamus ad montem Dei etc. Isaia, ⟨octastichon⟩, inc. *Culmina festinę* (al. *nunc montis*) *gentes ascendite montis* (al. *ad celsa uenite*). [319] (f. 79ᵛ). De eodem. Parate viam

Domini rectas etc. Isaia, epigr., ⟨hexastichon⟩, inc. *Rex uenit, o gentes, uenienti occurrite Regi.* [320] (ibid.). **Ad D. Barbaram hexast., inc.** *Crudelis genitor, Virgo est tibi, Barbara, quando.* [321] (ibid.). **De s. Nicolao hexast., inc.** *Dum puer est Nicolaus adhuc ieiuna fatigat.* [322] (f. 80). **De s. Ambrosio hexast., inc.** *Ambrosia dicunt deductum pręsulis almi.* [323] (ibid.). **De Conceptione Beatae Virginis.** Hortus conclusus. Cant., epigr., ⟨octastichon⟩, inc. *Hęc virgo cunctis conclusus dicitur hortus.* [324] (f. 80ᵛ). **De Charitate epigr., ⟨octastichon⟩, inc.** *Diuitias alii quęrant, et quisquis honores.* [325] (ibid.). **De s. Lucia V. et M.** octast., inc. *Lux noua sub coelo, Sicules, splendescit ab aruis.* [326] (ibid.). **De eadem**, ⟨octastichon⟩, inc. *Lux noua terrestri corpus circumdatur igne.* [327] (f. 81). **De adventu Domini.** Leva oculos tuos, consurge, captiva filia Sion. Isaia, epigr., ⟨octastichon⟩, inc. *Tollite nunc oculos, lętę consurgite gentes.* [328] (ibid.). **De eodem.** Idem argum⟨entum⟩, ⟨octastichon⟩, inc. *Si Rex e coelo terras aduenerit illi.* [329] (f. 81ᵛ). **De s. Thoma Apostolo epigr., ⟨octastichon⟩, inc.** *Ut primum* (*sensit,* inter lineas) *flammas quibus intus anhelans.* [330] (ibid.). **De Nativitate Domini epigr., ⟨hexastichon⟩, inc.** *Candidulis me cepit amor, me cepit ocellis.* [331] (ibid.). **De eadem** octastich., inc. *Sic iacet in stabulo, ut solio rex maximus alto.* [332] (f. 82). **De eadem epigr., ⟨hexastichon⟩, inc.** *Post genitum in terris puerum, pulcherrima Virgo.* [333] (ibid.). **De eadem epigr., ⟨octastichon⟩, inc.** *En uagit cunis puer, haud lętatur acuto.* [334] (ibid.). **De eadem epigr., ⟨hexastichon⟩, inc.** *Pallescunt si labra Deo, si frigore vultus.* [335] (f. 82ᵛ). **De eadem epigr., ⟨hexastichon⟩, inc.** (*Infanti,* inter lineas) *assistunt animato* (al. *puero nascentia*) *lilia campo.* [336] (ibid.). **De fortissimo prothomartyre Stephano epigr., ⟨hexastichon⟩, inc.** *Dum Stephano lapidum dire iactatur aceruus.* [337] (ibid.). **De eodem epigr., ⟨hexastichon⟩, inc.** *Dicitur hic Stephanus, signatur voce corona.* [338] (f. 83). **De s. Ioanne Apostolo et Evang. epigr., ⟨hexasticon⟩, inc.** *Haud oblata fugit diri gustare ueneni.* [339] (ibid.). **De eodem epigr., ⟨octastichon⟩, inc.** *Transcendit celsos aquila hęc diuina recessus.* [340] (ibid.). **De ss. Innocentibus epigr., ⟨hexastichon⟩, inc.** *Quos cernis pueros lactentes de ubere matrum.* [341] (f. 83ᵛ). **De s. Lucia Virg. et M. epigr., ⟨octastichon⟩, inc.** *Miraris forsan, Virgo, hęc si immota resistat* (al. *resistet*). [342] (ibid.). **De eadem epigr., ⟨octastichon⟩, inc.** *Impius ut cernit firmatam adstare tyrannus.* [343] (f. 84). **De eadem epigr., ⟨hexastichon⟩, inc.** *Impie, dure* (al. *forte*) *putas flammis incendere lucem.* [344] (ibid.). In illa die stillabunt montes dulcedinem et colles fluent lac et mel. **In Adventum Domini epigr.** ⟨octastichon⟩, inc. *Lactea* (*via,* calamo deletum) *summo facta olim semita cęlo est.* [345] (ibid.). **De D. Barbara.** Patrem alloquitur, epigr., ⟨octastichon⟩, inc. *Iam mea, dire pater, stricto pete*

corpora ferro. [346] (f. 84^{v}). De eadem epigr. Ad eundem, ⟨**hexastichon**⟩, **inc.** ***Diuitias pluris nata, Dioscore, pendis.***

Inter lineas et in marginibus quam plurima additamenta et correctiones eadem, ni fallor, manu exarata sunt, sed currenti nimium calamo. Exstant etiam in marginibus notabilia nonnulla, et in f. 84^{v}, in imo margine, crucis signum rudi calamo delineatum. In f. 1^{r} alia manu saec. XVIII scriptam legimus considerationem quandam super hominum superbiam, quae inc. *Peruenne pur una uolta a tal segno l'arroganza de' mortali,* et des. *se furono poi tutti questi crudelmente castigati.* In chartula f. I^{v} adglutinata operis titulus alia manu saec. XVIII exaratus: *Epigrammata Varia Sacra,* et inde, alia manu saec. XVIII: *Con⟨tinet⟩: Elogia SSrum̄ totius anni per mensis dies distributa.* Folia fere omnia charta perlucida cooperta sunt, ff. I^{v}. 1^{v}. 38^{v}. 45^{v}. 53-53^{v}. 69^{v}. 77-77^{v} vacua.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Io. B. Pitra card. bibliothecarii.

9984. Saec. XVII, chart., mm. 208 × 143, ff. 95 (+ 67 bis).

Observantium antiquioritas ad veritatis trutinam defensa per patrem F. a Cento, provinciae Observantis Bononiae lectorem iubilatum ac bis deffinitorem. Eminentissimo ac reverendissimo principi Alderano Cybo S. R. E. cardinali amplissimo eiusdem observantię protectori vigilantissimo. Inc. (f. 6). ***Caput primum. De significato et incęptione ordinis Minorum. Habet ordo Minorum et conuenire cum aliis.*** Des. ***et ubi non est, sanctissima ordinatione reuocetur.*** Subiciuntur: [1] (f. 57) ***Elucidationes in patrum Conuentualium arborem.*** Inc. ***Arbor quędam dignissima sane, mihi casu occurrit.*** Des. ***degentes ad Obseruantiam redierunt. Chron. Ord. l. 6. c. 29;*** [2] (f. 68) ***Seraphica fragmenta*** quae inc. ***Ad maiorem antiquioritatis notitiam fragmenta hęc pauca apposuimus;*** et des. ***auferendo eam, ut conuentualitatem recentiorem ostendere;*** [3] (f. 85) ***Epiloghus rationum P. Franchini cum responsionibus.*** Inc. ***Ut facilius P. Franchini rationes hinc inde dispersas, haberi possunt prę manibus.*** Des. ***et antiquioritatem Franchini sufficienter nunc in alietate firmanus et finimus.*** Praeeunt: [1] (f. 3) ⟨**Cardinali Alderano Cybo auctoris epistula**⟩. **Inc.** ***Si quo uetustior antiquitas eo famosior;*** [2] (f. 4) ***Benevolo lectori.*** **Inc.** ***Dum philosophicis uacarem, ut in ipsis iam inceptum cursum absoluerem;*** [3] (f. 5) ***Observantium antiquioritas.*** **Inc.** ***Grassabatur iniquitas debacchare Valdensium.***

Codex currenti calamo exscriptus. In f. 1^{v} operis titulus mutilus repetitur. Auctoritates lineis nigris subductis distinguuntur. Duplex enumeratio exstat, antiqua quaterniones, recens folia designat; recentem secuti sumus. Ff. 2^{v}. $5.^{v}$ 56^{v}. 67^{v}. 67 bis. 93^{v}. 95. vacua.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Io. B. Pitra card. bibliothecarii.

9985. An. 1451 (cf. f. 19v), chart., mm. 219 × 150, ff. 44 (+ 1 a).

1. Francisci Petrarca *I Trionfi.* [1] (f. 1v). ⟨Trionfo della Morte, c. I, inde a v. 151⟩, inc. *Lu spirto per partire da quil bel sino* (cf. Appel C., *Die Triumphe Francesco Petrarcas*, Halle A. S., 1901, p. 242); - (f. 1 a) c. II (in ms. *Trihumforum capitulum septimum*), inc. *La nocte che seguì horribil caso* (cf. Appel, pp. 301 sgg.). [2] (f. 5). ⟨Trionfo della Fama, c. 1⟩ (in ms. *Trihumforum capitulum octavum*), inc. *Nel cor pien d'amarissima dulceza* (cf. Appel, pp. 310-311, vv. 1-22; pp. 244-249, vv. 23-130); - (f. 7v) c. II (in ms. *Trihumforum capitulum nonum*), inc. *Pien d'infinita et nobel mirauiglia* (cf. Appel, pp. 250 sgg.); - (f. 11) c. III (in ms. *Trihumforum capitulum decimum*), inc. *Io non sapea da tal uista leuarme* (cf. Appel, pp. 258 sgg.). [3] (f. 13v). ⟨Trionfo del Tempo⟩ (in ms. *Trihumforum capitulum undecimum*), inc. *De l'aureo albergo con l'aurora innanzi* (cf. Appel, pp. 265 sgg.). [4] (f. 16v). ⟨Trionfo dell'Eternità (in ms. *Trihumforum capitulum duodecimum*), inc. *Da poy che socto 'l celo cosa non uidi* (cf. Appel, pp. 272 sgg.).

2. ⟨Diversorum epigrammata et epitaphia⟩. [1] (f. 20). In cappella palatii magnificorum dominorum civitatis Senarum. Versus ad imagines Caesaris et Pompei Romanorum, ⟨hexastichon⟩, inc. *Hos spectate viros animisque infigite ciues* (cf. Della Valle, *Lettere Sanesi*, Roma 1785, II, p. 189). [2] (ibid.). Ad imaginem Aristotilis ibidem ⟨hexastichon⟩, inc. *Ille ego qui rerum causas scrutatus et artes* (cf. Della Valle, op. cit., p. 188). [3] (ibid.). Versus ad eiusdem imaginem, ⟨tetrastichon⟩, inc. *Magnus Aristotiles ego sum qui carmine seno* (cf. Della Valle, op. cit., p. 189). [4] (ibid.). Ad imaginem Sancti Ansani defensoris Senarum ⟨versus tres⟩, inc. *Ansanus iuuenis marthir productus ab urbe.*

3 (f. 20v). *Versus eloquentissimi vatis domini Francisci Petrarce uenientis ex Curia Romana, tunc in ciuitate Auinionensi commorante, in Alpibus in monte Gebenne, cum primum uidit Italiam patriam suam,* inc. *Salue, cara Deo tellus sanctissima, salue* (cf. Rossetti, *Poesie minori di Francesco Petrarca*, II, 266).

4 (f. 21). *Versus* ⟨14⟩ *continentes offitia et dignitates principum Alamanie temporalium et spiritualium, ad quos spectat summi Cesaris electio, qui sacri imperii Electores nuncupantur,* inc. *Electores. Lectorum titulos breuiter, regnique lucernas.*

5. ⟨Excerpta quaedam⟩. [1] (f. 21v). ⟨De vita contemplativa et activa⟩, inc. *Dubium uertitur an uita contemplatiua sit melior uita actiua, uel contra.* Des. *uita contemplatiua melior et utilior.* [2] (ibid.). Titi Livi Ab urbe condita, excerpta duo: [a] ⟨Lib. I, cap. XVI⟩, inc. *Romulus, inquit, Quirites, parens*

Urbis huius; [b] (f. 22) <Lib. I, cap. XIII>, inc. *Tum Sabine mulieres, quarum ex iniuria.*

6. <Epigrammata et epitaphia diversorum>. [1] (f. 22ᵛ). Versus de origine celeberrimi fontis Cay Senensis, <hexastichon>, inc. *Fonte sub hoc uitreo soli tibi cognita, Phebe.* [2] (ibid.). Versus <novem> de nominibus Musarum, inc. *Historias famosa Clio tribuat michi rectas.* [3] (ibid.). Epitaphium Senecae <hexastichon>, inc. *Cura labor, meritum sumpti pro munere honores* (Poetae latini minores, ed. Bährens, Lipsiae 1888, V, p. 386). [4] (f. 23). Epitaphium Hectoris <decastichon>, inc. *Defensor patrie iuuenum fortissimus Hector* (Poetae latini minores, ed. cit., IV, p. 149). In margine exteriore versus: *Troye protector, Danaum metus hic iacet Hector.* [5] (ibid.). Epitaphium Achillis <decastichon>, inc. *Pellides ego sum, Thetidis notissima proles* (Poetae latini minores, ed. cit., IV, pp. 148-149; in ms. v. 8 desideratur). [6] (ibid.). Epitaphium Virgilii <distichon>, inc. *Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc* (Poetae latini minores, ed. cit., IV, p. 120). [7] (f. 23ᵛ). Iulii Caesaris epitaphium <tetrastichon>, inc. *Marte ferox Cesar, positis mitissimus armis.* [8] (ibid.). Caesaris Augusti epitaphium <tetrastichon>, inc. *Actia me genuit, Cesar dictator adoptat.* In margine: *Octauianus.* [9] (ibid.). Constantini imperatoris epitaphium <tetrasticon>, inc. *Me Constantinum mergens celestibus vndis.* [10] (ibid.). P. Scipionis Africani epitaphium <tetrastichon>, inc. *Laude pudicitie sibi conciliauit Hyberos.* [11] (ibid.). Ennii poetae epitaphium <tetrastichon>, inc. *Nemo me lacrimis decoret, neque funera fletum* (cf. M. T. Ciceronis Tusculanarum Disp. I, cap. XV). [12] (f. 24). Adriani imperatoris epitaphium <versibus 11>, inc. *Ille ego Pannoniis quondam notissimus horis* (Epitaphium Sorani. Poetae latini minores, ed. cit., IV, p. 113). [13] (ibid.). Federici Secundi epitaphium <hexastichon in duo tristicha>: [a]) inc. *Annis millenis bis centum pentaque denis;* [b]) inc. *Si probitas sensus virtutum gratia sensus.* [14] (ibid.). Versus Caesaris <hexastichon>, inc. *Trax puer astricto glatie dum ludit in Ebro* (Germanici Caesaris de puero glacie perempto. Poetae latini minores, ed. cit., IV, p. 103). [15] (f. 24ᵛ). Armipotentis Sfortiae de Cotugnola epitaphium <octastichon>, inc. *Hic armis miraque animi virtute fideque.* [16] (f. 24ᵛ). Brachii de Fortebrachiis armorum capitanei <epitaphium. Decastichon>, inc. *Qui fuit indomitus bello Perusinaque rexit.* [17] (ibid.). Magnifici militis domini Corradi de Mathelica <epitaphium. Tristichon>, inc. *Militia fulgens iacet hac sub caute reclusus.* [18] (f. 25). Armipotentis Sfortiae in laudem versus, <tetrastichon>, inc. *Quem timuere duces, quem castra minantia virgum.* [19] (ibid.). Domini Nicolay de Ursinis epitaphium, <tetrastichon>, inc. *Natus ab Vrsina Nicola propagine in urna.* [20] (ibid.). Pirrami et Thisbe epitaphium, <hexastichon>, inc. *Quos habet unus amor,*

quos perdidit ensis et unus (Anthologia veterum latinorum epigr. et poëmatum etc. cura P. Burmanni secundi, Amstelaedami, 1759, I, pp. 106-107). [21] (ibid.). Item eorumdem, ⟨distichon⟩, inc. *Quos amor audaces seuoque sub arbore fecit.* [22] (ibid.). Elpes uxor Boetii epitaphium, ⟨tetrastichon⟩, inc. *Helpes dicta fui sicule regionis alumna* (mutilum est in ms. cf. Carmina latina epigraphica, ed. Fr. Bücheler, Lipsiae 1885, p. 683, n. 1432). [23] (f. 25ᵛ). Epitaphium ⟨Iosephi⟩ patriarcae Grecorum, qui obiit Florentiae, 1439, ⟨decastichon⟩, inc. *Ecclesie antistes fueram qui magnus Eoe.* [24] (ibid.). Armorum ducis domini Iacobi Caudolae epitaphium, ⟨tetrastichon⟩, inc. *Indefessus adest Pirrhi qui Hectoris iudex.* [25] (ibid). Marci Tullii Ciceronis epitaphium, ⟨tetrastichon⟩, inc. *Inclitus eloquii latialis Tullius auctor.* [26] (ibid.). Ad Virgilii laudem versus, ⟨disticha duo⟩ [a]) inc. *Hic est musarum lumen per secula clarum;* [b]) inc. *Urit amor Paridem, Helenam rapit, armat Atridem.* [27] (f. 26). Sancti Bernardini Senensis epitaphia: [a] (ibid.) ⟨octastichon⟩, inc. *Hoc Bernardini uita et sermone beati;* [b] (ibid.) ⟨distichon⟩, inc. *O frater, ante Deum tam clara in luce refulgens;* [c] (ibid.) ⟨tetrastichon⟩, inc. *Hic iacet eximio semper celebrandus honore.* [28] (ibid.). Magistri Gentilis de Fabriano epitaphium, ⟨octastichon⟩, inc. *Rex decus et nostri pictorum gloria secli.*

7 (f. 26ᵛ). S. Ignatii epistula ad Mariam Matrem Iesu Christi, cum (ibid.) B. Mariae Virginis responsione (Opera Patrum Apostolicorum, ed. Funk, Tubingae, 1881: II, 217).

8. ⟨Epitaphia et versus⟩. [1] (f. 27). Epitaphium Brachii comitis Montorii ac Capuae principis, armorum capitanei, ⟨decastichon⟩, inc. *Hostibus in mediis fudi cum sanguine uitam.* [2] (ibid.). Eiusdem Brachii epitaphium, ⟨duodecastichon⟩, inc. *Dum mediis turmis perfusus sanguine luctor.* Utriusque epitaphii in margine scriptum legimus: *Viri excellentissimi domini Leonardi Aretini, Florentini populi cancellarii, versus hi sunt.* [3] (ibid.). Domini Leonardi Aretini versus in laudem eiusdem ⟨Brachii, tristichon⟩, inc. *Transiui intrepidus per mille pericula uictor* (Anthologia Vet. Lat. ed. Burmanni cit., I, p. 21, et ibid. n.). [4] (f. 27ᵛ). In primordio studii versus, ⟨eptastichon⟩, inc. *Summe Deus, qui regna colis rutilantia celi.* [5] (ibid.). Gratiarum actio ad doctores, ⟨decastichon⟩, inc. *At ego si grates mentis pro talibus ausim.* [6] (ibid.). Flacchi (in ms. *Flachi*) Oratii versus ⟨38-40, ex Epist. III, Libri III, seu De arte poëtica lib.⟩.

9. ⟨Italici Ilias latina⟩, inc. ⟨I⟩*ram pande mihi Pellide, diua, superbi.* Mutila des. v. 396: *quam stimulat ieiuna fames, ruit agmina contra* (cf. Poetae latini minores, ed. cit., II, pp. 7-27).

Codex currenti littera exaratus. Triumphorum tituli rubro colore. Litterae initiales maximae alterna vice rubro ac caeruleo colore exscriptae, maiores usque ad f. 22 croceo

colore illitae. Exstant signa, plerumque rubro colore, ad singula carmina distinguenda. Inde a f. 20 tituli et litterae initiales nigro atramento exscriptae. In marginibus et inter lineas hic illic glossae et notabilia quaedam (cf. f. 8. 14ᵛ-15. 20 etc.). Post Petrarchae triumphos, f. 19ᵛ, haec scripta legimus: *Facundissimi laureati uatis Florentini domini Francisci Petrarce Trihumforum liber explicit, hopus* (!) *pene ultimum, sed illustrissimum uite ipsius, scriptum plus quam propere ac completum per me Nerutium de Mathelica, in amenissima ciuitate Senarum, currentibus annis sacratissime Natiuitatis Dominice MCCCCLI°, indictione XIIII^a, die uero XII° mensis nouembris, pontificatus domini Nicolay V^{ti}. Nerutius.* In ff. 37ᵛ-38 calami probationes; in f. 38ᵛ computationes et notulae quaedam an. 1515 exaratae a domino Ioanne Baptista Ruberto Astorgi de Monte Albodio incola terrae Mathelicae, qui in ff. 41-42 notitias nonnullas de familia sua nobis exhibet, ab an. 1515, die 29 iulii, ad an. 1521, die 3 ianuarii. Calami probationes aliaque parvi momenti invenies in ff. 39ᵛ. 40ᵛ. 43. 44. In summo margine f. 1ᵛ haec, alia manu exarata: *C. 58. 6.* Foliorum enumeratio duplex, antiqua calamo, nova plumbo signata. Novam secuti sumus, antiqua vero nos certiores facit plura folia periisse, nam folium nunc numero 2 distinctum olim vigesimum septimum fuit. Folia nonnulla in fine deperdita, uti ex notula in margine inferiori f. 20: *perquire infra pro aliis carminibus ibidem* ⟨idest in cappella palatii dominorum civitatis Senarum⟩ *descriptis libri huius folio CC°IIII^{to}.* Folia 39ʳ. 40ᵛ. 42ᵛ vacua. Codicem partim descripsit M. Vattasso *I codici Petrarcheschi della Biblioteca Vaticana* in *Studi e Testi*, Roma 1908.

Integumentum ex charta spissata membrana saec. XIX cooperta.

9986. Saec. XVII-XVIII, chart., mm. 221 × 158, ff. 73.

F. Octavii ⟨Spader⟩ de S. Francisco Zaratini Minoritae Assisiensis episcopi *Il misto serafico formato da 4 elementi delle sue distinte forme di uiuere congiunte nell'unità della regula e nome di frati minori, che sono Conuentuali, Cappuccini, Riformati, Osseruanti, considerata da frat' Ottauio di S. Francisco Zaratino Minorita Vescouo Assisiense.* Inc. (f. 2ᵛ) *Dell'origine e scopo delle religioni. Il fine dell' huomo è Dio, et il fine di tutte l'opere di Dio nel mondo.* Des. *E sia dunque in tutti santificato il Nome di Gesù. Soli Deo Gloria. Amen.* Praeeunt: ¹ (f. 1) *Motivo della presente consideratione.* ² (f. 2ʳ) *Tavola dei punti da trattarsi.*

Codex currenti calamo exscriptus; folia quam plurima hic illic corrupta charta perlucida cooperta sunt. F. 73 vacuum.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Io. B. Pitra card. bibliothecarii.

9987. Saec. XVIII, chart., mm. 192 × 129, ff. I. 380.

⟨Ioannis Petri Chattard⟩ *Nouvelle déscription du Vatican.* ⟨Anonymi gallica versio libri cui titulus: *Nuova descrizione del Vaticano, o sia della sacrosanta basilica di S. Pietro, data in luce da Gio. Pietro Chattard* etc. Roma, 1762, per gli Eredi Barbiellini. Tomo primo⟩. Praeit (ff. 1-7) *Avant-propos;* sequitur (ff. 377-380) totius operis index alia manu italico sermone conscriptus.

Codex satis accurate exaratus. F. 262 vacuum; cap. XLII (f. 263) librarii oscitatione numero XLIII signatum. Hic illic perpauca additamenta et correctiones inter lineas et in marginibus. In f. 1, alia manu: *Nuova descrizione del Vaticano.*

Integumentum ex charta spissata, in dorso membr., titulus litteris aureis impressus: *Descrizione / del / Vaticano.*

9988. Saec. XV, chart., mm. 289 × 210, ff. 49.

Iohannis ⟨**Garciae**⟩ **de Xeres** ⟨*Tractado de la espera*⟩. Inc. ⟨Praefatio⟩. *Iohan Guillen vyo algunos libros de algunos actores en el tractado de la espera.* Des. *que saltan de los logares baxos a los altos.*

Codex parum diligenter exscriptus. Complura verba propter librarii imperitiam omissa, spatiis ad ea excipienda vacuis relictis. Alia manus vero, eiusdem aetatis, eadem verba hic illic addidit, et lineares figuras, etiam omissas, in spatiis vacuis descripsit. In f. 49, currenti calamo, hanc subscriptionem exaratam legimus: *Este libro escryiyo Juan de Xeres secretario* (?) *del Rey e de la Reyna nuestros senores ...... en la nocte a las ...... oras XXIX ...... de Jenero de XC annos. Juan de Xeres secretario* (?) *del Rey e la Reyna nuestros senores.* Nonnulla folia in imis marginibus numeris romanis distinguuntur; ff. 10. 23. 27. 29. 35ᵛ. 49ᵛ vacua.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Io. B. Pitra card. bibliothecarii.

9989. Saec. XV-XVI, membr. et chart., mm. circiter 212 × 164, ff. 69.

Diversorum opera.

1 (f. 1). S. **Augustini** Regula (M. 32, 1377-1384). Sequuntur: [1] (f. 14) ⟨Professio fratrum Augustinianorum⟩. Inc. *Ego frater N. facio professionem et promitto obedienciam Deo omnipotenti.* [2] (f. 14ᵛ) ⟨Carmen⟩ quod inc. *Istud opus ratum Deus accipe nouiciatum / si meus es factor arte iuuamine tractor,* et des. *Coniunctor, factor, regulator es filiorum,* sequuntur tres versus alia manu eiusdem aetatis, qui inc. *Es heremi* (?) *cultor, conuersus per heremitais.*

2 (f. 16). ⟨Flores et remedia recollecta ex operibus Avicennae et Gallieni⟩. Inc. *Liber Auicennae diuiditur in 7 libros principales, qui canones appellantur, primus canon habet quatuor fcm.* Des. *et utere mane, quando uis, cum quinque « Pater noster » et totidem « Aue Maria ». In nomine sancti Materni, 1404.*

3 (f. 52). **Baptistae Mantuani Carmelitae theologi** De contemnenda morte carmen elegiacum sexcentis locis ab auctore suo castigatum (hic titulus f. 52ᵛ rubris litteris repetitur). (Cf. Omnia Opera Bapt. Mantuani, Bononiae, per Benedictum Hectoris, 1502, ff. XXXV-XXXVIII B.). Praeeunt: [1] (f. 52) ⟨Carminis et auctoris notitia⟩. Inc. *Carmen hoc elegiacum quod primo ad Tasonem Castellum patricium Bononiensem scriptum legimus.* Des. *Sed grauitatem sententie ostendemus;* [2] (ibid.) ⟨Excerpta ex Primae Partenices Lib. III⟩ (in ms.: *Bap. ma. l. 3 par. 1 ciuitatis cesaree que dicitur philippi*) (cf. Bapt. Mantuani,

Opera omnia, ed. cit., f. 189 B); [3] (f. 52ʳ) ⟨Eiusdem carminis De contemnenda morte perbreve commentarium⟩ quod inc. *Fatum etc. Bo⟨etius⟩ de co⟨nsolatione⟩ ph⟨ilosophiae⟩ p. 6. l. 4 dicitur de ipso.* Des. *fata trahunt nolentem;* [4] (ibid.) *Ulsenii* ⟨Laus in B. Mantuanum ad Petrum Bononium⟩. Inc. *Quam similis magno, frater, Baptista Maroni est.* Des. *si titulum demas illius esse putem;* [5] (ibid.) *Responsio* Petri Bononii ad Ulsenium. Inc. *Mantua Virgilio, Baptiste Mantua fratri.* Des. *Qui grauiora suis uersibus usque canit.*

4 (f. 60ʳ). **Tractatulus sigmaticus** de gallo. Inc. *Multi sunt prespiteri qui ignorant quare / supra domum Domini debet stare Gallus.* Des. *Plus conducit aromatis bene masticata* (cf. Novati F., *'Li dis du Koc' di Jean de Condé ed il Gallo del campanile nella poesia medievale,* in *Studi Medievali,* I, fasc. 4, 1905, pp. 477-482). **Extat etiam germanica versio; tetrasticha vero latina et germanica alternantur.** Germanica versio inc. (ibid.) *Die priester sein mancherlei / Einer zwen oder treÿ / Künen das nit er faren / Varumb ein Hann stat auf den Kirch turen;* des. *Nun die Ler des puchlein / Solt ir schliessen in das Hertz hin eÿn.*

5 (f. 62). **Ionannis Zimmermann** Lachrymae manibus reverendi et clarissimi D. Tettelbachii senioris, ⟨carmen 78 versibus⟩, inc. *Fas decorare pios lachrymis et funera flere / Pastorum Domini qui coluere gregem.* Des. *Quod tamen exurget quando resurget homo.*

6 (f. 66). *Ein altes Repertorium über die Registratur zu St. Stephan in Würzburg.* Inc. (f. 68) *Würtzburg die erst Schachtel.* ¹/ₐ *Erstlich ain brieue uber uier morgenn Weingarttenn an der Albrechtsleydenn. A. I.* Des. *in der diffenn klingen de quibus datum est annuatim V. ss. d. 1.* Praeit praefatiuncula quae inc. (f. 67) *Ein kurtzen Auszug aller priuilegia unnd Brieflicher urkunndenn, über die zehenndt zinns gulltt renntt;* et des. *unnd ligenn in einer yeglichenn ein pischel nach den zyffernn wie hernach uolgt.*

Codicem quinque descripsere librarii, quorum prior an. 1509 (cf. f. 13ᵛ) ff. 1-14ᵛ; alter anno 1404 (cf. f. 51ᵛ) ff. 16-51ᵛ; tertius saec. XVI ff. 52-61ᵛ; quartus anno 15... (cf. f. 64) ff. 62-64; quintus demum saec. XVI ff. 66-69 exaravit. Litterae initiales et tituli in ff. 1-61ᵛ caeruleo colore exarata lineolis rubris distincta sunt, tituli et capitula rubro atramento. In ff. 52-61 tituli et litterae initiales maximae rubro colore exarata, litterae maiores lineolis rubris tantum illitae. In summo margine f. 1, alia manu saec. XVII: *Monasterii S. Augustini Herbipoli;* in marginibus et inter lineas ff. 52-60 quam plurimae adnotationes et correctiones exstant eadem manu exaratae. E schedula typis impressa, et f. Iᵛ adglutinata eruimus codicem fuisse olim bibliothecae Doctoris Antonii Ruland Reg. Biblioth. Univ. Wirceburgensis praefecti. Foliorum enumeratio hic illic duplex, nam codex ex quinque conflatus est; nos recentem secuti sumus. Folia 15. 64ᵛ. 65. 66ᵛ vacua; ff. 16-65 chart., cetera membr.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Io. B. Pitra card. bibliothecarii.

9990. An. 1457 (cf. f. 88), chart., mm. 205 × 143, ff. 171 (+ ff. 3^{a}. 7^{a}. 36^{a}. 48^{a}. 88^{a}. 92^{a}. 93^{a}. 107^{a}. 113^{a}. 117^{a}. 146^{a}. 153^{a}).

Diversorum homiliae et sermones per anni circulum.

[1] (f. 2). Hom. in epist. s. Pauli ad Romanos, XIII, 11: ⟨H⟩*ora est iam nos de sompno surgere, etc.* Inc. *In hiis uerbis monet nos fidelis nunctius, uidelicet Paulus, qui sitit salutem hominum.* Des. *euigilemus ut Christum inuenire possimus, ut ab eo nunquam separemus. Amen.* [2] (f. 2^{v}). Hom. in evang. s. Luc. XXI, 27 (in ms.: *Luce XI°*): ⟨T⟩*unc uidebunt filium hominis* etc. Inc. *Ad istam septimanam legimus de aduentu Domini.* Des. *totum uis euadere caueas tibi a peccato. Rogemus.* [3] (f. 3^{a}). Hom. in evang. s. Matth. XI, 2: ⟨C⟩*um audisset Iohannes in uinculis opera Christi, etc.* Inc. *In hoc ewangelio agitur de tribus, uidelicet: de incarceracione Iohannis, de missione discipulorum.* Des. *qui nec mentiri nec adulare uolunt, Rogemus.* [4] (f. 3^{av}). Hom. in evang. s. Ioannis I, 23: ⟨E⟩*go vox clamantis in deserto, etc.* Inc. *Hec verba dicit beatus Iohannes, se humiliter excusando coram nunciis.* Des. *quod ipsa fideliter fecit et conseruauit. Rogemus.* [5] (f. 4). Hom. in evang. s. Luc. II, 10: ⟨E⟩*wangelizo vobis gaudium magnum, etc. Luce.* Inc. *Istud verbum propositum non dixit primo humana lingua, sed angelus.* Des. *deletum fuit et pax firma cum Deo facta est. Rogemus.* [6] (f. 4^{v}). Hom. in Actus Apost. VII, 55: ⟨E⟩*cce video celos apertos, etc. Actuum.* Inc. *Verbum propositum dixit beatus Stephanus prothomartir gloriosus cuius festum hodie colimus.* Des. *et continuo sanata est. Rogemus.* [7] (f. 5). Hom. in verba Ecclesiast. XV, 4: ⟨A⟩*pud proximos suos exaltauit eum, etc.* Inc. *Verbum propositum lectum est hodie de sancto Iohanne, qui fuit amicus Christi specialissimus.* Des. *est ductus in celum beatissimus amicus omnipotentis Dei. Rogemus.* [8] (f. 5^{v}). Hom. in evang. s. Matth. II, 20: *Surge et accipe puerum et matrem eius. Matt.* Inc. *Verbum propositum dixit angelus ad Ioseph et monuit eum ut fugeret in Egiptum.* Des. *Quod paret ipse nobis, qui sine fine.* [9] (ibid.). Hom. in evang. s. Luc. II, 21: ⟨V⟩*ocatum est nomen eius Iesus, etc.* Inc. *Hodie instat nobis dies noui anni.* Des. *vinceret frequenter per tale modum. Rogemus.* [10] (f. 6). Hom. in evang. s. Matth. II, 2: ⟨U⟩*bi est qui natus est rex iudeorum? Vidimus stellam eius in oriente, etc. Luce* (!) *secundo.* Inc. *Ista uerba proposita lecta sunt in ewangelio hodierno et dixerunt Magi ad Herodem.* Des. *pro mirra ueram penitentiam perpetuo sustinendo, etc.* [11] (f. 6^{v}). Hom. in evang. s. Lucae II, 48: ⟨E⟩*go et pater tuus dolentes querebamus te. Luce 2.* Inc. *Istud ewangelium ostendit et manifestat factum quod fecit Iesus in iuuentute sua, quia, cum esset XII annorum.* Des. *mortem inuenit et cum eo eternaliter permansit. Rogemus.* [12] (f. 7 ^{a}). Hom. in evang. s. Ioann. II, 1: ⟨N⟩*uptie facte sunt in Chana Galilee, etc. Io. 2°.* Inc. *In ewangelio hodierno dicit*

nobis de nupciis quas ipse in paradisum constituit. Des. *propter adulteria que commiserat et hec non penituerat. Rogemus.* [13] (f. 7ᵃᵛ). Hom. in evang. s. Matth. VII, 2: *Domine, si uis, potes me mundare.* Inc. *Ewangelium hoc lectum est hodie et dicit nobis quod quidam leprosus accessit ad Iesum.* Des. *regnum eterne uite gloriose possidere. Rogemus.* [14] (f. 8). Hom. in evang. s. Matth. XX, 4: *Ite et uos in vineam meam. Mat.* Inc. *Per istam vineam de qua lectum est in ewangelio hodierno intelligit animam cuiuslibet peccatorum.* Des. *obedire et omnem creaturam. Rogemus.* [15] (f. 8ᵛ). Hom. in ps. *Circumdederunt me uiri* (!) *mortis, etc. ps.* Inc. *Hoc flebile verbum bene potuit dicere Adam, quando expulsus fuit de paradiso.* Des. *propter has tres causas canticum leticie postponitur, etc. Rogemus.* [16] (ibid.). Hom. in evang. s. Luc. VIII, 5: ⟨E⟩*xiit qui seminat, seminare semen suum. Mᵗ* (!). Inc. *Notandum tria distinguuntur in ista parabola: seminator, semen et terra.* Des. *in heremo de quo est ab angelis assumptus in paradisum. Rogemus.* [17] (f. 9). Hom. in Act. Apost. IX, 6: ⟨D⟩*omine, quid me iubes facere, etc. Actuum.* Inc. *Verbum propositum lectum est in epistula hodierna et dixit beatus Paulus.* Des. *et sic Dyonisius conuersus est ad Christum. Rogemus.* [18] (f. 9ᵛ). Hom. in evang. s. Luc. II, 22: ⟨T⟩*ulerunt illum in Ierusalem.* Inc. *Consuetudo est quod regine huius mundi, quum uolunt procedere.* Des. *ille miser peccator reconciliatus est per Mariam Virginem. Rogemus.* [19] (f. 10). Hom. in evang. s. Matth. VII, 16: ⟨C⟩*um ieiunatis nolite fieri, etc. Mᵗ.* Inc. *Dominus noster Iesus Christus qui semper desiderat salutem animarum nostrarum ostendit nobis in hiis verbis que proposuit.* Des. *et sensus cum quibus corpus et animam regere debemus. Rogemus.* [20] (f. 10ᵛ). Hom. in Isaiae I, 16: ⟨L⟩*auamini et mundi estote, etc. ps.* Inc. *Dulcis Iesus est, quia ipse nobilis et mundus est, uult ut omnes qui in suo seruicio.* Des. *pura et integra confessio et quantum diuisa, etc.* [21] (f. 11). Hom. in Actus Apost. III, 29: ⟨P⟩*enitemini ergo et confitemini* (!) *ut deleantur peccata vestra, etc.* Inc. *Dei filius qui pauperum et peccatorum consolator consulit nobis, ut si cupimus salui esse.* Des. *hoc est ad inferum et hoc si non penitent, etc.* [22] (f. 12). Hom. in Ioel II, 12: ⟨C⟩*onuertimini ad me in toto corde uestro.* Inc. *Verba ista scribit nobis beatus Iohel propheta, et loquitur loco Christi.* Des. *et illi episcopus, Deo concedente, peccata indulsit, etc.* [23] (ibid.). Hom. in Isaiae XXXVIII, 15: ⟨R⟩*ecogitabo tibi omnes annos meos, etc.* Inc. *Verba proposita possunt exponi de contricione, quia cor nostrum erat* (?) *dulce et mellifluum per totum annum ad peccatum.* Des. *propter contricionem peccati, quam habuit in corde suorum.* [24] (f. 12ᵛ). Hom. in evang. s. Luc. I, 28: ⟨A⟩*ue Maria gratia plena Dominus tecum. Luc. VIº* (!). Inc. *Cum venit tempus illud quod Dominus voluit suam naturam demonstrare, et veram caritatem, qua nos dilexit.* Des. *nunquam eum perire permittat.* [25] (ibid.). Hom. in evang. s. Matth. IV, 1: ⟨D⟩*u-*

ctus est Iesus in desertum. Inc. *Matheus... scribit de temptacione Domini, quare permisit in se a dyabolo fieri. Omnis homo expauescit.* Des. *diligimus et letificamus et dyabolo resistimus, etc.* [26] (f. 13). Hom. in evang. s. Matth. XV, 22: ⟨M⟩*iserere mei, fili Dauid.* Inc. *Illa verba dixit mulier Chananea que sequebatur Dominum dicens et petens ut filliam eius a demonio liberaret.* Des. *in Christi famulatu laudabili fine terminauit, etc.* [27] (f. 13ᵛ). Hom. in evang. s. Luc. XI, 14: ⟨E⟩*rat Iesus eiciens demonium et illud erat mutum. Luc. XI.* Inc. *Hoc ewangelium quod hodie est lectum dicit nobis de tribus magnis signis que Christus operatus est.* Des. *gratiam confitendi ei dedit et saluam eam fecit, etc.* [28] (f. 14). Hom. in epist. s. Pauli ad Galat. IV, 26: ⟨I⟩*lla que sursum est Ierusalem libera est que mater nostra. Gal. 4.* Inc. *Ierusalem ciuitatem sanctam que est regnum Dei Paulus apostolus commendat a tribus.* Des. *ubi est thesaurus tuus, ibi et cor tuum. Rogemus.* [29] (ibid.). Hom. in evang. s. Ioan. VIII, 47: ⟨Q⟩*ui est ex, Deo uerba Dei audit. Ioh.* Inc. *Verba proposita scribit nobis beatus Iohannes in ewangelio hodierno et docet nos ut uerbum Dei libenter audiamus.* Des. *et eam ab omni malo reduxit, etc.* [30] (f. 14ᵛ). Hom. in libro I Maccab. ⟨I, 42⟩: ⟨S⟩*ecundum gloriam eius moltiplicata est ignominia eius et sublimitas eius conuersa est in luctum.* Inc. *De magno honore quem hodie Iudei Christo exhibuerunt et de magna ignominia* (praeeunt haec verba calamo deleta: *hec uerba dicit beatus Matheus*). Des. *eum suis uestibus spoliauerunt et nudum cruci affixerunt. Rogemus.* [31] (f. 15). Hom. in evang. s. Ioan. XVI, 57: ⟨Q⟩*ui manducat meam carnem, etc. Ioh.* Inc. *Sanctus Iohannes qui hausit haustum sapientie de fonte Dominici pectoris dicit hec uerba.* Des. *sic quia Christus eam in corpore et anima beatificat. Rogemus.* [32] (f. 16). Hom. in Ierem., Thren. I, 12: ⟨O⟩ *uos omnes qui transitis per uiam. Trenor. I.º* Inc. *Hec uerba dixit Dominus noster Iesus Christus pendens in ligno crucis.* Des. *commendo spiritum meum, et sic emisit spiritum, etc.* [33] (f. 16ᵛ). Hom. in evang. s. Ioan. XIX, 30: ⟨I⟩*nclinato capite, emisit spiritum.* Inc. *Bernhardus dicit quod omnis sermo de Christi passione sit acris ad audiendum.* Des. *ut omnes in eum credentes, ipso uiso, in fletum conuertantur et sui non obliuiscantur. Rogemus.* [34] (f. 17). Hom. in evang. s. Luc. XXIV, 34: ⟨S⟩*urrexit Dominus uere. Luc. 24.* Inc. *Notandum quod Christus surrexit propter tria: primo propter corporis dignitatem.* Des. *potenter letantur et misericorditer eduxit animas sanctorum patrum, ut promisit.* [35] (f. 17ᵛ). Hom. in evang. s. Luc. XXIV, 39: ⟨V⟩*idete manus meas et pedes meos.* Inc. *Ideo hec uerba locuta sunt in ewangelio hodierno, quia ea dixit Dominus noster ad beatum Thomam, cum esset cum discipulis.* Des. *penitebit centum annis, quam in purgatorio solam diem, etc.* [36] (f. 18). Hom. in evang. s. Ioan. X, 11: *Ego sum pastor bonus etc. Iohan. decimo.* Inc. *Vere non est inuentus, nec inuenitur talis pastor, qui fideliter pugnet pro ouibus suis, sicut Christus.* Des. *cibo spirituali, sacramentali et corporali*

nutriat, raro tamen sicut grates reddimus, etc. Ps. [37] (f. f.18v). Hom. in evang. s. Ioan. XVI, 20: ⟨V⟩*os autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Io. XVI.* Inc. *Iohannes hec scribit in hodierno ewangelio, et docet nos qualiter in hoc seculo vincere debemus ad salutem* Des. *homo tenebatur virtute Christi et corporis illius curabatur, etc. Rogemus.* [38] (f. 19). Hom. in epist. s. Iacobi apost. I, 19: ⟨S⟩*it autem omnis homo velox ad audiendium, tardus autem ad loquendum.* Inc. *Ne ergo nos loquimur malum, Dominus duas clausuras apposuit lingue, scilicet labia et dentes.* Des. *miser ille cuius lingua fuit cognoscere esse dampnatus, etc. Rogemus.* [39] (ibid.). Hom. in evang. s. Ioan. XVI, 28: ⟨E⟩*xiui a patre et veni in mundum. Ioh.* Inc. *Verba proposita dicit beatus Iohannes in ewangelio hodierno et haec uerba dicit Christus Marie filius.* Des. *quando homo verecundiam abicit, tunc est desperacio de salute eius. Rogemus.* [40] (f. 19v). Hom. in epist. s. Iacob. apost. IV, 3: ⟨P⟩*etite et non accipietis, eo quod male petitis.* Inc. *Hec verba locuta sunt in ewangelio hodierno et Christus dicit ea ad aliquos homines qui ferunt cruces.* Des. *cadauer quadriduani cuius tu fetorem abhorruisti, etc.* [41] (f. 20). Hom. in evang. s. Ioan. XVI, 23: ⟨A⟩*men dico vobis, si quid pecieritis patrem meum in nomine meo dabit uobis. Ioh.* Inc. *In hiis verbis promittit nobis Christus certitudinem impetrandi quidquid in nomine suo pecierimus.* Des. *gaudia celi cum Domino feliciter possidere ualeamus. Etc.* [42] (ibid.). Hom. in evang. s. Ioan. XVI, 8: ⟨I⟩*lle arguet mundum de peccato, de iustitia, etc.* Inc. *Arguit quidem mundum, idest mundi amatores de peccato quod commiserunt et de iusticia quam obmiserunt.* Des. *et seruorum eius in futuro iudicio computemus. R⟨ogemus⟩ parare dignetur.* [43] (f. 20v). Hom. in evang. s. Ioan. XVII, 6-9: *Tui erant, et mihi eos dedisti, nunc ergo pro eis rogo, non pro mundo.* Inc. *Christus dicit hec verba ad patrem celestem, ergo debet omnis homo gaudere, quia filius rogat ut eos custodiat.* Des. *multo plus rogat pro amicis suis, qui eum numquam peccatis mortalibus offendiuerit. Rogemus.* [44] (ibid.). Hom. in ps. 46, 6: ⟨A⟩*scendit Deus in iubilacione.* Inc. *Maiorem honorem quem Deus hominibus fecit in hoc mundo, illum pro nobis hodie exhibuit Deus.* Des. *assumpsit in celum sine purgatorio et pena perduxit, etc.* [45] (f. 21). Hom. in Cant. V, 17: ⟨O⟩ *pulcherrima mulierum, quo abiit dilectus filius tuus, etc. Cant.orum* Inc. *Cuius hodie, karissimi, agimus diem in quo Christus carnem nostram quam de virgine suscepit.* Des. *Rogemus nobis fideliter parare dignetur qui dat plus quam sibi detur. Amen.* [46] (f. 22). Hom. in epist. I s. Petri IV, 7: ⟨E⟩*stote prudentes et vigilate in orationibus vestris.* Inc. *Deus promisit Spiritum sanctum mittere de celis ad terram pro consolatione, ut ergo digne eum suscipere possumus.* Des. *quod dicit ore, tunc omnis oratio hominis exauditur, etc.* [47] (ibid.). Hom. in evang. s. Ioan. XV, 26: ⟨C⟩*um venerit paraclitus quem ego mittam uobis a patre spiritum veritatis, ille testimo-*

nium perhibebit de me, etc. *Ioh.* Inc. *In hiis verbis notantur tria; primum est consolacio Spiritus sancti, quam nobis Christus promittit.* Des. *et si oblita fuerit ego tamen non obliuiscar tui, etc.* [48] (f. 22v). Hom. in verba Sapientiae I, 7: ⟨S⟩*piritus Domini repleuit orbem terrarum.* Inc. *Hodie Deus det apostolis Spiritum sanctum, seu donum Spiritus sancti. Ideo cantat Ecclesia.* Des. *et vitam suam bono fine terminauit. Rogemus.* [49] (ibid.). Hom. in hymn.: *Veni, sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium.* Inc. *Hodie, karissimi, Christus letificat mundum per missionem Spiritus sancti, quo nihil boni operari potest.* Des. *per uirtutem Spiritus sancti ut in hoc confortemur. Rogemus.* [50] (f. 23). Hom. in verba: ⟨B⟩*enedicamus patrem et filium cum sancto Spiritu.* Inc. *Hodie agimus octauam sancti Spiritus, in qua adoratur Pater et Filius et Spiritus sanctus.* Des. *et in vitam bonam et iustam, quam nobis parare dignetur. Amen.* [51] (f. 23v). Hom. in evang. s. Luc. XVI, 25: ⟨R⟩*ecordare, fili, quia recepisti bona in vita, etc.* Inc. *Hec verba dicit Dominus de illo maledicto, qui de miseriis clamat in celum.* Des. *et in infernum deduceret; hiis auditis, statim mortuus est, etc.* [52] (ibid.). Hom. in evang. s. Luc. XIV, 16: ⟨H⟩*omo quidam fecit cenam magnam.* Inc. *Hec verba dicit Dominus ad discipulos suos et cottidie potest dicere ad nos in hoc seculo qui sumus constituti in vita.* Des. *propter hoc in isto mundo gaudere non possumus, etc.* [53] (f. 24). Hom. in epist. I s. Petri V, 6: ⟨H⟩*umiliamini sub potenti manu Dei.* Inc. *Hec sunt verba beati Petri apostoli in epistola hodierna, et instruit qua conuersacione possumus venire ad eternam vitam.* Des. *sunt perdita, si non fuerit humilis; quo dicto, mortuus est.* [54] (ibid.). Hom. in epist. s. Pauli ad Romanos VIII, 18: ⟨F⟩*ratres, estimo quod non sint* (!) *condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam.* Inc. *Prudenti viro et experto est credendum, quia multas tribulationes expertus est sepe propter Christum.* Des. *et ultimo sagittam circa cor, in latus eius direxit, et migrauit ad Dominum. R*⟨*ogemus*⟩. [55] (f. 24v). Hom. in evang. s. Luc. V, 11: ⟨R⟩*elictis omnibus, secuti sunt eum.* Inc. *In verbis propositis que lecta sunt hodie, docemur relinquere illa que nociua sunt et ea tenere que necessaria sunt.* Des. *hoc cognito, miles seculum postposuit et Deo seruire cepit. Rogemus.* [56] (f. 26). Hom. in evang. s. Matth. V, 22: ⟨O⟩*mnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Mat.* Inc. *In hiis monet nos Dominus vitare iram, quia omnis qui irascitur, idest qui suum proximum ducat ad mortem.* Des. *propter iram quam in corde tenui et seruaui contra inimicos meos. Rogemus.* [57] (f. 25v). Hom. in evang. s. Marc. VIII, 2: ⟨M⟩*isereor super turbam. Mathei* (!) *4to.* Inc. *Intelliguntur autem peccatores per hanc turbam. Notare debemus quod Deus specialiter ostendit peccatoribus.* Des. *liberatus est ab inferno et purgatorio deputatus.* [58] (ibid.). Hom. in evang. s. Matth. VII, 19: ⟨O⟩*mnis arbor bona fructus bonos facit. Math. VII.* Inc. *Notanda tria genera arborum in*

silua in (!) *huius mundi. Ideo ponit Dominus in ewangelio tria.* Des. *qui statim illius animam recipientes et deduxerunt ad infernum, etc. Rogemus.* [59] (f. 26). Hom. in evang. s. Luc. XVI, 2: ⟨R⟩*edde rationem villicationis tue. Luc.* Inc. *Hoc verbum Deus cuilibet homini dicit, scilicet in morte, quia tunc iudicatur homo.* Des. *se conuerterunt et vitam bono fine finiuerunt. Rogemus.* [60] (f. 26ᵛ). Hom. in evang. s. Luc. XIX, 41: ⟨V⟩*idens Iesus ciuitatem, fleuit super illam. Luc.* Inc. *In die palmarum dicitur Iesum fleuisse, quando fuit in medio laudancium, nobis exemplum dans.* Des. *omnem penam extinxerat, quam debebat in purgatorio sustinere, etc. Rogemus.* [61] (ibid.). Hom. in evang. s. Luc. XVIII, 13: ⟨D⟩*eus propicius esto mihi peccatori. Luc.* Inc. *Hec verba fuerunt magni peccatoris qui quaesiuit misericordiam a Deo et cum verbis istis obtinuit misericordiam a Deo.* Des. *statim Deo reconciliatus est et saluatus et in regno celorum collocatus. Rogemus.* [62] (f. 27). Hom. in evang. s. Marc. VII, 35: ⟨S⟩*olutum est* (in ms. *et*) *vinculum lingue eius et loquebatur recte.* Inc. *Per illum hominem qui fuit mutus, surdus et obsessus significatur homo peccator, qui surdus est ad audienda verba Dei.* Des. *animaque eius deducta est ad infernum, hoc factum fuit per desperacionem. Ro*⟨*gemus*⟩. [63] (f. 27ᵛ). Hom. in evang. s. Ioan. X, 27: ⟨D⟩*iliges Dominum Deum tuum et proximum tuum sicut teipsum.* Inc. *Hoc verbum receptum est de decem praeceptis Domini, que quilibet homo fideliter debet tenere.* Des. *in regno suo uideram et condempnata est in eternum. Rogemus.* [64] (f. 28). Hom. in evang. s. Luc. XVII, 12: ⟨O⟩*ccurrerunt ei decem viri leprosi.* Inc. *Verba ista lecta sunt in ewangelio hodierno, dum enim Dominus corporaliter ambularet super terram.* Des. *qui ergo ad celi gaudium vult venire, pacem cum Deo teneat, etc. Rogemus.* [65] (ibid.). Hom. in evang. s. Matth. VI, 33: ⟨P⟩*rimum querite regnum Dei.* Inc. *Hec verba lecta sunt in ewangelio hodierno et cum hiis verbis monemur et docemur.* Des. *dyabolus ad regnum eterne dampnacionis secum duxit. Rogemus.* [66] (f. 28ᵛ). Hom. in evang. s. Luc. VII, 12: ⟨E⟩*t ecce defunctus efferebatur filius unicus matris sue.* Inc. *Per istum defunctum designatur anima peccatrix, que mortua est in peccato.* Des. *ego vidi vos millesies maiora facientes. Rogemus.* [67] (f. 29). Hom. in evang. s. Luc. XVIII, 14: ⟨O⟩*mnis qui se exaltat humiliabitur. Mt.* (!). Inc. *Monet nos in ewangelio hodierno Dominus uitare superbiam, quia ullus potest venire ad celestes nupcias.* Des. *illius animam rapuit et tormentis inferni presentauit, etc. Rogemus.* [68] (ibid.). Hom. in evang. s. Matth. IX, 2: ⟨C⟩*onfide, fili, remittuntur tibi peccata tua.* Inc. *Hec verba dixit Dominus ad quendam paraliticum, quem sanauit in corpore.* Des. *et patri missam cum deuocione comparauit, et statim a pena liberatus est, etc.* [69] (f. 29ᵛ). Hom. in evang. s. Matth. XXII, 12: ⟨A⟩*mice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nupcialem? Mt.* Inc. *Hec verba dixit quidam rex qui fecit nupcias filio suo, ad*

quas nupcias uenit quidam sordidis uestibus uestitus. Des. *et post hanc vitam ad celestes nupcias translata est. Rogemus.* [70] (f. 30). Hom. in evang. s. Ioan. IV, 50: ⟨V⟩*ade filius tuus vivit.* Inc. *Hec verba scripta sunt in ewangelio hodierno, et Dominus hec uerba dixit ad regulum qui rogabat eum ut sanaret filium.* Des. *sic conswetudo mala difficulter potest dimitti. Rogemus.* [71] (ibid.). Hom. in evang. s. Matth. XVIII, 28: ⟨R⟩*edde quod debes.* Inc. *Hec verba dicit nobis ewangelium hodiernum, quia cottidie debemus reddere que tenemur.* Des. *et non Deo, idcirco corpus et animam dampnauit. Rogemus.* [72] (f. 30ᵛ). Hom. in evang. s. Matth. XXII, 20: ⟨C⟩*uius est ymago hec, et superscripcio? Mᵗ.* Inc. *Quando Dominus ambulauit super terram, tunc sepe Iudei uoluerunt eum capere.* Des. *et pure confessus est, et sic mundatus tradidit spiritum Deo. Rogemus, etc.* [73] (f. 31). Hom. in evang. s. Matth. IX, 33: ⟨C⟩*onfide, filia, fides tua te saluam fecit. Mᵗ.* Inc. *Hoc ewangelium loquitur de sanacione unius mulieris, hec autem mulier fuit de qua nobis.* Des. *Deus illi concessit, et sic in anima sanata est. Rogemus.* [74] (f. 31ᵛ). Hom. in evang. s. Ioan. VI, 9: ⟨E⟩*st puer unus hic qui habet quinque panes ordeaceos et duos pisces. Ioh.* Inc. *Cum Christus scilicet deambulasset in solitudine, sequebatur eum magna et maxima multitudo.* Des. *Rogemus ergo Deum ut nos pascat in perpetuum. Amen.* [75] (f. 33ᵛ). Hom. in epist. s. Iacobi apost. V, 16: ⟨M⟩*ultum enim valet deprecacio iusti assidua. Iacobi ultimo.* Inc. *Vere multum valet, quia totus mundus non posset efficere quod oratio viri iusti facit.* Des. *a triplici malo a quibus nos defendat Christus, qui sine fine vivit et regnat in secula seculorum. Amen.* [76] (f. 37). Dominica prima Adventus Domini. Hom. in evang. s. Luc. XXI, 25: ⟨I⟩*n illo tempore erunt signa in sole et luna, etc., et reliqua.* Inc. ⟨S⟩*aluator noster, dilectissimi fratres, preparatos nos inuenire desiderans, prenunciat mala et pericula.* Des. *eterna supplicia et promereri eterna gaudia, prestante Domino nostro Iesu Christo, etc.* [77] (f. 37ᵛ). ⟨S. Maximi Taurinensis⟩ Hom. in evang. s. Matth. XI, 2: ⟨I⟩*n illo tempore, cum audisset Iohannes in uinculis opera Christi, mittens duos, etc.* Inc. *Sanctus Iohannes ewangelista, precursor Domini Saluatoris propter ueritatem ab Herode* (cf. S. Max. ep. Taur., Opera, Romae, 1784, in Appendice coll. 101 sqq.; M. 57, 915-918). [78] (f. 38ᵛ). Hom. in eodem evangelio: ⟨C⟩*um audisset Iohannes in vinculis opera Christi, etc.* Inc. *O Domine Iesu Christe, quum tu es qui venturus es ad saluandos nos et alium non expectamus.* Des. (f. 40). *vita qua mortui resurgunt, virtus qua pauperes ewangelizantur.* [79] (f. 39). Hom. in evang. s. Ioan. I, 19: ⟨I⟩*n illo tempore miserunt Iudei ab Ierosolymis sacerdotes et leuitas, et reliqua.* Inc. ⟨H⟩*umilitas Iohannis Baptiste, fratres karissimi, demonstratur nobis ex uerbis sancti ewangelii.* Des. *ad gaudia eterna peruenire meruerunt. Quod nobis parare dignetur.* [80] (f. 40). Hom. in evang. s. Matth. I, 18: ⟨I⟩*n illo tempore, cum esset desponsata mater Iesu*

Maria Ioseph. Et reliqua. Inc. ⟨C⟩oncepcio Domini et Saluatoris nostri qualiter facta fuerit Matheus tacet, sed Lucas aperte narrat. Des. simus computati in numero sanctorum Dei. Quod ipse parare, etc. 81 (f. 40v). Hom. in evang. s. Luc. II, 1: ⟨I⟩n illo tempore exiit edictum a Cesare Augusto ut describeretur uniuersus orbis. Et reliqua. Inc. ⟨N⟩atiuitatem Domini nostri Iesu Christi, fratres karissimi, Lucas ewangelista plus aperte descripsit. Des. exultabit, ipso adiuuante, qui cum patre et Spiritu sancto, etc. 82 (f. 41v). Hom. in evang. s. Luc. II, 15: ⟨I⟩n illo tempore pastores loquebantur ad inuicem. Transeamus usque Bethleem et videamus. Et reliq. Inc. ⟨I⟩sti pastores, fratres karissimi, qui ab angelo natiuitatem Christi audierant nunciatam, significant rectores. Des. ad gaudia eterna et ad societatem sanctorum, ipso adiuuante, peruenire mereamur, qui cum patre, etc. 83 (f. 42). Hom. in evang. s. Ioan. I, 1: ⟨I⟩n principio erat verbum et verbum erat apud Deum, et reliqua. Inc. Natiuitatem Domini, fratres karissimi secundum carnem, Matheus et Lucas ewangeliste satis aperte declararunt. Des. sine fine gaudere possimus, prestante Domino nostro Iesu Christo, etc. 84 (f. 43). Hom. in evang. s. Matth. XXIII, 34: Ecce ego mitto ad uos prophetas et sapientes. Et reliqua. Inc. ⟨S⟩anctus ewangelista in hoc loco narrat qualiter Dominus noster habuit conflictum cum iudeis, et quomodo uicerit eos. Des. ut cum beato Stephano, cuius hodie festa celebramus, in celis gaudere mereamur. 85 (f. 44). Hom. in evang. s. Ioan. XXI, 20: ⟨I⟩n illo tempore dixit Iesus Petro: sequere me. Et reliqua. Inc. ⟨L⟩ecionem sancti ewangelii, karissimi fratres, si subtiliter consideramus, conuenit ut pariter superiore ipsius ewangelii attendamus. Des. ad illum gaudium quod Dominus noster fidelibus promisit. Quod ipse parare dignetur. 86 (f. 45). ⟨S. Maximi Taurinensis⟩ Hom. in evang. s. Matth. II, 13: ⟨I⟩n illo tempore Angelus Domini apparuit Ioseph in sompnis dicens. Inc. ⟨I⟩ste sanctus ewangelista, fratres karissimi, manifestat nobis insidias Herodis (M. 57, 919-920). 87 (f. 46). Hom. in evang. s. Luc. II, 21: ⟨I⟩n illo tempore, postquam consumati sunt dies octo ut circumcideretur puer etc. Inc. ⟨C⟩ircumcisionem nostri Redemptoris, fratres karissimi, breuiter sanctus ewangelista Lucas denunciat. Des. erimus in hoc seculo, in futuro cum Christo gaudere poterimus cum illo qui vivit et regnat, etc. 88 (f. 46v). Hom. in evang. s. Luc. II, 33: ⟨I⟩n illo tempore erat Ioseph et Maria mater Iesu mirantes, etc. Inc. In presenti lectione sancti ewangelii manifestat ewangelista Lucas quod sancta Maria et Ioseph mirabantur de illis rebus. Des. clementiam suam, ut nos confirmet semper in suo seruitio. Qui vivit et regnat. 89 (f. 47v). Hom. in evang. s. Matth. II, 1: ⟨I⟩n illo tempore, cum natus esset Iesus. Et rel. Inc. ⟨I⟩n ista lectione, fratres karissimi, quam Matheus ewangelista aperte descripsit, audistis quod rex terrenus turbatus est. Des. gaudium sempiternum leti venire possimus. Quod ipse parare dignetur.

[90] (f. 48^v). ⟨**Ven. Bedae presbyteri**⟩ Hom. in evang. s. Ioann. I, 29: ⟨I⟩*n illo tempore vidit Iohannes Iesum venientem ad se. Et rel.* Inc. ⟨I⟩*hoannes Baptista precursor Domini Redemptoris nostri, illum quem longo tempore* (cf. M. 94, 74-79). [91] (f. 48 a^v). Hom. in evang. s. Luc. II, 42: ⟨I⟩*n illo tempore, cum factus esset Iesus annorum duodecim. Et reliqua.* Inc. ⟨S⟩*anctus ewangelista aperte descripsit nobis infanciam nostri Redemptoris, et qualiter dignatus est pro nobis homo fieri.* Des. *cum beata Maria in corde nostro seruemus. Quod ipse parare dignetur.* [92] (f. 49). ⟨S. **Maximi Taurinensis**⟩ Hom. in evang. s. Ioann. II, 1: ⟨I⟩*n illo tempore nupcie facte sunt. Et reliqua.* Inc. ⟨Q⟩*uociescunque, fratres karissimi, nos legimus Redemptorem nostrum venisse ad nupcias, aut ad conuiuium* (M. 57, 917-920). [93] (f. 51). Hom. in evang. s. Matth. VIII, 1: ⟨I⟩*n illo tempore, cum descendisset Iesus de monte, secute sunt eum turbe, etc.* Inc. ⟨S⟩*piritualiter, karissimi fratres, iste mons vnde Dominus descendit significat celum.* Des. *et si habuerimus fidem, tunc poterimus placere Deo. Qui uiuit, etc.* [94] (f. 52). Hom. in evang. s. Matth. VIII, 28: ⟨I⟩*n illo tempore, ascendente Iesum in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius. Et reliqua.* Inc. *Redemptor noster, karissimi, in hoc miraculo demonstrat nobis diuinam naturam et humanam.* Des. *liberet nos de omni mala cogitatione. Quod prestare dignetur.* [95] (f. 52^v). Hom. in evang. s. Matth. XX, 1: ⟨I⟩*n illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum celorum patri familias. Et reliqua.* Inc. ⟨R⟩*egnum celorum in hoc loco significat istam presentem ecclesiam, et pater familias qui conducit operarios in vineam suam.* Des. *faciat nos in eternum gaudere. Cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.* [96] (f. 53). Hom. in evang. s. Luc. VIII, 4: ⟨I⟩*n illo tempore, cum turba plurima conueniret et de ciuitatibus, etc.* Inc. ⟨D⟩*ominus noster, karissimi fratres, quando predicabat in hoc mundo, multi ueniebant ad eum, ut audirent predicacionem.* Des. *et qui habet pacienciam certissime filius Dei vocatur. Qui cum patre vivit.* [97] (f. 54). Hom. in evang. s. Luc. XVIII, 31: ⟨I⟩*n illo tempore assumpsit Iesus duodecim discipulos suos, et ait illis, etc.* Inc. ⟨R⟩*edemptor noster, karissimi fratres, sciebat quod animi suorum discipulorum turbarentur de passione sua.* Des. *ut possimus eum videre et opera eius facere. Ipso adiuuante qui vivit, etc.* [98] (f. 54^v). Hom. in evang. s. Matth. IV, 1: ⟨I⟩*n illo tempore ductus est Iesus in desertum a Spiritu, etc.* Inc. ⟨D⟩*ominus noster, fratres karissimi, qui propter nos dignatus est fieri homo, consensit se a dyabolo temptari.* Des. *et leti venire possumus ante faciem eterni regis. Quod ipse parare dignetur.* [99] (f. 55^v). ⟨S. **Maximi Taurinensis**⟩ Hom. in evang. s. Matth. XV, 21-22: ⟨I⟩*n illo tempore egressus Iesus secessit in partes Tyri et Sydonis, et ecce mulier a finibus illis egressa clamabat dicens, etc.* Inc. ⟨I⟩*ste ciuitates ad quas Dominus venit significant hunc mundum, vbi Dominus venit pro nostra redemptione* (M. 57, 745-748). [100] (f. 56). Hom. in evang. s. Luc.

XI, 14: *⟨I⟩n illo tempore erat Iesus eiciens demonium, et illud erat mutum* etc. Inc. *⟨I⟩ste demoniacus de quo sanctus ewangelista loquitur, significat humanum genus.* Des. *ut mereamur peruenire ad eternam beatitudinem, adiuuante Domino nostro Iesu Christo etc.* [101] (f. 57). Hom. in evang. s. Ioan. VI, 1: *⟨I⟩n illo tempore abiit Iesus trans mare Galilee quod est Tyberiadis.* Inc. *⟨S⟩piritualiter hoc mare significat presens seculum, quia sicut mare non potest stare quietum.* Des. *nostram salutem uenit in mundum. Cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.* [102] (f. 58ᵛ). Hom. in evang. s. Ioan. VIII, 46: *⟨I⟩n illo tempore dicebat Iesus turbis Iudeorum. Et reliqua.* Inc. *⟨D⟩ominus noster Iesus Christus, karissimi fratres, sine omni peccato dignatus est venire in hunc mundum.* Des. *oportet nos intrare regnum Dei, adiuuante Domino nostro Iesu Christo. Amen.* [103] (f. 59ᵛ). In Palmis hom., inc. *⟨R⟩edemptor noster, fratres karissimi, propter nostram salutem dignatus est nostram carnem assumere, ut nos per suam passionem dignaremur a potestate dyaboli liberare.* Des. *obuiantibus cantare poterimus: benedictus qui venit in nomine Domini.* [104] (f. 60). In Coena Domini hom., inc. *⟨S⟩anctissimam hanc diem, fratres karissimi, tota catholica ecclesia merito celebrare debet.* Des. *non ad iudicium, sed ad salutem percipere mereamur, adiuuante Domino nostro Iesu Christo.* [105] (f. 60ᵛ). In Parasceve hom., inc. *⟨M⟩isterium Dominice crucis quod hodie, fratres, celebramus, non uenturum.* Des. *concedente Saluatore nostro Iesu Christo, cui est honor et potestas in secula seculorum. Amen.* [106] (f. 61). In Sabbato sancto hom., inc. *⟨A⟩ccessit pastor noster, dilectissimi fratres, recessit saluator Christus, recessit secundum humanitatem.* Des. *ut in illo regno cum filio Dei et Saluatore nostro regnum eius gaudeamus per infinita secula seculorum. Amen.* [107] (f. 61ᵛ). Hom. in evang. s. Marc. XVI, 1 (in ms. in margine: *Pasce secundum Marcum*): *⟨I⟩n illo tempore Maria Magdalena et Maria Iacobi et Salomae emerunt aromata, ut venientes ungerent Iesum. Et reliqua.* Inc. *Iste sancte mulieres, sicut Marcus ewangelista manifestat, fuerant secute Dominum a Galilea.* Des. *in patria aeterna, ad quam nos ille perducere dignetur, etc. Amen.* [108] (f. 62ᵛ). Hom. in evang. s. Luc. XXIV, 13: *⟨I⟩n illo tempore duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die in castellum etc.* Inc. *⟨I⟩sti duo discipuli, de quibus hic sanctus ewangelista narrat, non fuerunt ex XII apostolis.* Des. *ut in futuro simul cum ⟨eo⟩ possimus gaudere. Quod parare dignetur.* [109] (ibid.). Hom. in evang. s. Luc. XXIV, 36: *⟨I⟩n illo tempore stetit Iesus in medio discipulorum suorum, eto.* Inc. *⟨Q⟩uociescunque* (in ms. *Quocieuscumque*), *karissimi fratres, nos congregamus in vnum et ea loquimur et facimus que pertinent ad laudem eius.* Des. *in suo sancto seruicio sumus ut ad veram pacem peruenire mereamur. Ipso adiuuante, etc.* [110] (f. 63ᵛ). Hom. in evang. s. Ioan. XXI, 1: *⟨I⟩n illo tempore manifestauit se Iesus discipulis suis, etc.* Inc. *⟨R⟩edemptor noster, karissimi fratres, semper vult ut resurreccio-*

nem eius in corde et animo retineamus. Des. *ad illud conuiuium nos perducat Omnipotens Deus, qui vivit et regnat in secula seculorum. Amen.* [111] (f. 64). Hom. in evang. s. Ioan. XX, 11: ⟨I⟩*n illo tempore Maria stabat ad monumentum foris, plorans, etc.* Inc. ⟨I⟩*n hoc loco, karissimi fratres, multum debemus considerare quantus amor Domini nostri erat in ista femina.* Des. *in gloria sua, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.* [112] (f. 64ᵛ). Hom. in evang. s. Matth. XXVIII, 16: ⟨I⟩*n illo tempore abierunt XI discipuli in Galileam, etc.* Inc. ⟨R⟩*edemptor noster, karissimi fratres, dignatus est discipulis suis apparere in Galilea.* Des. *si viderit nos semper solicitos in bono opere. Amen.* [113] (f. 65). Hom. in evang. s. Ioan. XX, 1: ⟨I⟩*n illo tempore vna sabbati Maria Magdalene venit ad monumentum, etc.* Inc. ⟨I⟩*sta mulier que uenit ad monumentum Domini, sicut ewangelista manifestat, fuit soror Lazari.* Des. *et orando queramus ut ad eum venire possimus, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.* [114] (ibid.). Hom. in evang. s. Ioan. XX, 19: ⟨I⟩*n illo tempore, cum esset sero, in die illa vna sabbatorum. Et reliqua.* Inc. ⟨D⟩*ominus et Saluator noster, karissimi fratres, in multis modis dignatus est apparere suis discipulis.* Des. *quos viderit ex toto corde compunctos et uiderit habere ueram confessionem, etc.* [115] (f. 66). Hom. in evang. s. Ioan. XXI, 2: ⟨I⟩*n illo tempore Thomas unus de duodecim, qui dicitur Dydimus. Et reliqua.* Inc. ⟨S⟩*anctus ewangelista manifestat quod Thomas, qui erat vnus ex apostolis, non esset tunc cum eis.* Des. *Nam sancti per bonam fidem quam habuerunt placuerunt Deo. Quod ipse parare dignetur, etc.* [116] (f. 66ᵛ). Hom. in evang. s. Ioan. X, 11, 14: ⟨I⟩*n illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Ego sum pastor bonus. Et reliqua.* Inc. ⟨R⟩*edemptor noster, karissimi fratres, ipse est bonus pastor, quia non solum pascit et reficit.* Des. *a summo Domino nostro gaudia paradisi accipiemus. Quod ipse prestare dignetur, etc.* [117] (f. 67). Hom. in evang. s. Ioan. XVI, 16: ⟨I⟩*n illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Modicum et iam non videbitis me, etc.* Inc. ⟨I⟩*n illa nocte qua Dominus noster erat tradendus, postquam lauit pedes discipulorum suorum, locutus est eis hec verba.* Des. *inestimabile et inenarrabile, quod nobis donare dignetur Iesus Christus, etc.* [118] (f. 67ᵛ). Hom. in evang. s. Ioan. VII, 33: ⟨I⟩*n illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Vado ad eum qui me misit. Et reliqua.* Inc. *Dominus ac Redemptor noster in illa nocte qua erat tradendus non solum uoluit discipulis nunciare resurreccionem suam.* Des. *aperire gaudia vite eterne, adiuuante Domino nostro.* [119] (f. 68ᵛ). Hom. in evang. s. Ioan. XV, 23: ⟨I⟩*n illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Amen amen dico uobis, si quid pecieritis..., etc.* Inc. ⟨S⟩*aluator noster in hoc sancto ewangelio promittit discipulis suis, ut, si aliquid pecierint Patrem in nomine suo, daret eis.* Des. *mansionem preparemus Deo in corde nostro, ubi semper dignetur habitare Iesus Christus Dominus noster, etc.* [120] (f. 69). Hom. in evang. s. Marc. XVI, 14: ⟨I⟩*n illo tempore, recumbentibus undecim discipulis, etc.* Inc. ⟨D⟩*o-*

minus noster, fratres karissimi, antequam ascenderet in celum, et antequam separaret se per absenciam corporalem a discipulis suis. Des. *semper habeamus in celis, ut mereamur ascendere illuc ubi regnat cum Deo patre, qui vivit et regnat. Amen.* [121] (f. 70). Hom. in evang. s. Ioan. XV, 26: ⟨I⟩*n illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Cum venerit Paraclitus, etc.* Inc. ⟨*I*⟩*n multis locis sancti ewangelii inuenimus quia sancti apostoli, ante aduentum Sancti spiritus, non intelligebant secreta.* Des. *habeat penitentiam, ut mereatur accipere gloriam a Domino Deo, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.* [122] (f. 70v). Hom. in evang. s. Ioan. XIV, 23: ⟨I⟩*n illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Si quis diligit me, etc.* Inc. ⟨D⟩*ominus in hoc loco manifestat quales debeant esse illi qui desiderant habitaculum esse Spiritus sancti.* Des. *semper persecucionem sustineamus, ut mereamur peruenire ad beatitudinem sempiternam, etc. Amen.* [123] (f. 71). Hom. in evang. s. Ioan. III, 16: ⟨I⟩*n illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Sic Deus dilexit mundum, etc.* Inc. ⟨D⟩*ominus noster in hoc loco manifestat quod Deus pater in tantum dilexit mundum, ut proprium filium suum mitteret ad redimendum hominem.* Des. *ut ad veram lucem angelorum peruenire mereamur, adiuuante Domino, etc.* [124] (f. 71v). Hom. in evang. s. Ioan. X, 1: ⟨I⟩*n illo tempore dixit Iesus dicipulis suis: Amen amen dico uobis, qui non intrat per hostium, etc.* Inc. ⟨R⟩*edemptor noster, karissimi fratres, in omnibus verbis suis ostendit nobis habere humilitatem, et, si fecerimus ea que ipse precipit.* Des. *post mortem plenarie habeant vitam eternam, prestante Domino nostro, etc.* [125] (ibid.). Hom. in evang. s. Ioan. VI, 44: ⟨I⟩*n illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum, etc.* Inc. ⟨I⟩*n hoc loco, karissimi fratres, demonstrat nobis Dominus noster, quia ullus homo potest venire ad illum, nisi per filium suum.* Des. *et societatem cum Domino, qui est caput nostrum, valeamus habere. Amen.* [126] (f. 72). Hom. in evang. s. Luc. IX, 1: ⟨I⟩*n illo tempore conuocatis Iesus XII discipulis suis dedit illis potestatem super omnia demonia, etc.* Inc. *Dominus noster, antequam ad passionem veniret, conuocauit XII discipulos suos, et concessit eis virtutem et potestatem super omnes infirmitates.* Des. *ut omnem duplicitatem de corde nostro expellamus, ut Dominum habitatorem habere ualeamus. Amen.* [127] (f. 72v). Hom. in evang. s. Luc. V, 17-18: ⟨I⟩*n illo tempore factum est in una dierum, et Iesus sedebat docens. Et reliqua.* Inc. ⟨I⟩*ste paraliticus quem Dominus sanauit significat animam uniuscuiusque hominis in viciis et delectacionibus carnis.* Des. *per virtutem et gratiam Domini nostri possimus venire ad gaudia paradisi. Amen.* [128] (ibid.). Hom. in evang. s. Luc. IV, 38: ⟨I⟩*n illo tempore surgens Iesus de synagoga intrauit domum Symonis, socrus autem Symonis tenebatur magnis febribus.* Inc. ⟨S⟩*ocrus Symonis, quam Dominus liberauit de febribus significat spiritualiter humanam carnem.* Des. *corde diligamus*

et opere impleamus, per cuius misericordiam salui sumus, cui est honor et gloria, etc. [129] (f. 73). Hom. in evang. s. Luc. XVI, 19: ⟨I⟩*n illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Homo quidam erat diues et induebatur purpura.* Inc. ⟨D⟩*ominus ac Redemptor noster, uolens omnes homines saluare per misericordiam suam, dignatus est nos docere qualiter debemus fugere diuicias.* Des. *cum omnibus virtutibus amemus et Dominum semper oremus, ut concedat nobis vitam post mortem. Amen.* [130] (f. 74). Hom. in evang. s. Luc. XIV, 16: ⟨I⟩*n illo tempore dixit Iesus discipulis suis similitudinem hanc: Homo quidam fecit cenam magnam, etc.* Inc. ⟨D⟩*ominus noster, qui est omnipotens, quando in principio creauit mundum, fecit creaturas duas.* Des. *omnibus modis constringamus ut in cena Domini cum sanctis omnibus gaudere mereamur. Amen.* [131] (f. 74ᵛ). Hom. in evang. s. Luc. XV, 1: ⟨I⟩*n illo tempore erant appropinquantes ad Iesum publicani et peccatores. Et reliqua.* Inc. ⟨I⟩*n isto loco manifestat sanctus ewangelista quia publicani et peccatores peccauerunt contra Redemptorem nostrum.* Des. *sic nos custodiat in hoc seculo ut in futuro possimus gaudere cum illo. Amen.* [132] (f. 75). Hom. in evang. s. Luc. VI, 36: ⟨I⟩*n illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Estote ergo misericordes sicut et Pater uester misericors est, etc.* Inc. ⟨I⟩*nter omnes uirtutes, quas Dominus discipulos suos docuit, precipue docuit eos habere misericordiam.* Des. *et corpus nostrum pro Deo affligamus, ut in die iudicii cum electis gaudere possimus. Amen.* [133] (f. 76). Hom. in evang. s. Luc. V, 1: ⟨I⟩*n illo tempore cum turbe irruerent ad Iesum ut audirent eum, etc.* Inc. ⟨S⟩*tagnum Genazareth ubi Dominus sedebat, quando predicabat verbum Dei, est illud quod mare Tyberiadis.* Des. *pro Christo sustineamus, ut nos ad patriam nostram peruenire possimus. Amen.* [134] (f. 76ᵛ). Hom. in evang. s. Matth. V, 20: ⟨I⟩*n illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum, etc.* Inc. ⟨I⟩*n isto loco ammonet Dominus discipulos suos quia si ipsi non abundauerint maiorem iustitiam, quam pharisei.* Des. *nos offendunt, et concordia omni tempore firmiter teneamus, ut nos placere Deo mereamur. Amen.* [135] (f. 77). Hom. in evang. s. Marc. VIII, 1: ⟨I⟩*n illo tempore cum turba multa esset cum Iesu, nec haberent quod manducarent.* Inc. ⟨D⟩*ominus noster, karissimi fratres, pro nobis dignatus est homo fieri. In hoc miraculo quod iste ewangelista narrat.* Des. *implere curemus, ut nos in futuro cum Domino gaudeamus. A*⟨*men*⟩. [136] (f. 77ᵛ). Hom. in evang. s. Matth. VII, 15: ⟨I⟩*n illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad uos in vestimentis ouium, intrinsecus, etc.* Inc. ⟨D⟩*ominus in hoc loco ammonet nos ut custodiamus nos ab illis hominibus, qui de foris simulant se esse bonos, et demonstrant se habere humilem vultum.* Des. *cum Domino nostro in societate sanctorum omnium, cui est honor et gloria. Amen.* [137] (f. 78). Hom. in evang. s. Luc. XVI, 19: ⟨I⟩*n illo tempore dixit Iesus discipulis suis para-*

bolam hanc: Homo quidam erat diues qui, etc. Inc. ⟨S⟩*piritualiter iste homo diues est Deus onnipotens, propterea diues Deus, quia in illo permanent.* Des. *tunc poterimus gaudere cum illo qui in cruce orauit pro suis persecutoribus, ipso adiuuante cum Patre, etc.* [138] (f. 79). Hom. in evang. s. Luc. XIX, 41: ⟨I⟩*n illo tempore, cum appropinquaret Iesus Iherusalem, uidens ciuitatem, fleuit super illam, etc.* Inc. ⟨D⟩*ominus noster Iesus Christus demonstrat in hoc ewangelio quantum ipse gaudebat de salute hominum.* Des. *sed sic dignetur nos saluare, sicut saluauit sanctos apostolos. Quod ipse prestare, etc.* [139] (f. 80). Hom. in evang. s. Luc. XVIII, 9-10: ⟨I⟩*n illo tempore dixit Iesus ad quosdam, qui in se considerabant tanquam iusti et aspernabantur ceteros, parabolam istam, dicens: Duo homines ascenderunt in templum ut orarent, etc.* Inc. ⟨I⟩*n multis locis ostendit Dominus quantum superbia noceat hominibus, et humilitas quantum iuuat.* Des. *et omnem delectacionem carnis fugiamus, ut in futuro cum sanctis gaudere possimus. Amen.* [140] (f. 80ᵛ). Hom. in evang. s. Marc. VII, 31: ⟨I⟩*n illo tempore exiens Iesus de finibus Tiri, venit per Sydonem ad mare Galilee, inter medios fines Decapoleos, etc.* Inc. *Iste due ciuitates, idest Tyrus et Sydon, fuerunt ciuitates gentilium et per sortem fuerunt date filiis Israel.* Des. *verbum suum aliis nunciare, ut ipsi qui audiunt possint nobiscum gaudere in paradiso. Amen.* [141] (f. 81). Hom. in evang. s. Luc. X, 23: ⟨I⟩*n illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Beati oculi qui vident que uos videtis. Et reliqua.* Inc. *In isto sancto ewangelio dicit Dominus noster quod sunt beati qui eum viderunt.* Des. *nosmetipsos diligamus, ut a Domino misericordiam in futuro accipiamus. Amen.* [142] (f. 82). Hom. in evang. s. Luc. XVII. 11: ⟨I⟩*n illo tempore, dum iret Iesus Iherusalem transiebat per mediam Samariam et Galileam, etc.* Inc. *Dominus noster, fratres karissimi, propter nostram salutem dignatus est homo fieri.* Des. *ut mereamur liberari ab omnibus malis, ipso adiuuante, etc.* [143] (f. 82ᵛ). Hom. in evang. s. Matth. VI, 24: ⟨I⟩*n illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Nemo potest duobus dominis seruire, etc.* Inc. *Dominus noster manifestat in hoc loco quia ullus homo potest seruire Deo et dyabolo.* Des. *et desiderare ut possumus* (!) *habere pacem cum omnibus sanctis in vita eterna. Amen.* [144] (f. 83). ⟨**Ven. Bedae presbyteri**⟩ Hom. in evang. s. Luc. VII, 11: ⟨I⟩*n illo tempore ibat Iesus in ciuitatem, que uocatur Naym et ibant cum eo discipuli eius, etc.* Inc. *Naym ciuitas est in Galilea, que longe est duobus miliaribus a monte Thabor, et interpretatur in nostra lingua* commocio (cf. M. 94, 299-300). [145] (f. 83ᵛ). Hom. in evang. s. Luc. XIV, 1: ⟨I⟩*n illo tempore, cum intraret Iesus in domum cuiusdam principis phariseorum, etc.* Inc. *Quando nos legimus quod Dominus venisset ad nupcias, uel ad conuiuium, non debemus estimare illum venire delectacione gule.* Des. *concedat nobis Deus habere humiliter in hac vita, ut nos post mortem possimus gaudere in eterna vita. Amen.* [146] (f. 84). ⟨**Ioannis Osauri,**

cf. Bandini, Bibl. Leopold., I, 399, § LXXXIII⟩ Hom. in evang. s. Matth. XXII, 23: ⟨I⟩*n illo tempore accesserunt ad Iesum Saducei qui dicunt non esse resurrectionem.* Inc. *Due hereses, idest diuisiones, erant inter Iudeos: una Saduceorum et altera Phariseorum.* Des. *et hoc quod precepit nobis facere cum omni sollicitudine studemus adimplere, ipso adiuuante.* [147] (f. 85). Hom. in evang. s. Matth. IX, 1: ⟨I⟩*n illo tempore, ascendens Iesus in nauiculam transfretauit et venit in ciuitatem suam, etc.* Inc. *Leccio sancti ewangelii declarat Dominum verum Deum esse et verum hominem.* Des. *ut cum penitentia redeamus ad eam; ad quam domum nos dignetur perducere Dominus noster Iesus Christus, qui vivit et regnat.* [148] (f. 85ᵛ). Hom. in evang. s. Matth. XXII, 2: ⟨I⟩*n illo tempore loquebatur Iesus cum discipulis in parabolis, dicens: Simile est regnum celorum homini regi qui fecit nupcias filio suo, etc.* Inc. *Regnum celorum in hoc loco significat presentem ecclesiam, idest congregacionem bonorum hominum.* Des. *cum Dei adiutorio a malis operibus nos custodiamus. Quod ipse prestare dignetur, etc.* [149] (f. 86). Hom. in evang. s. Ioan. IV, 46: ⟨I⟩*n illo tempore erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum, etc.* Inc. *Ista leccio sancti ewangelii, quam audistis, secundum litteram valde est aperta, et, si diligenter consideremus.* Des. *ut ipse faciat nos fugere gaudia huius vite et regnum celorum faciat nos diligere. Amen.* [150] (f. 86ᵛ). Hom. in evang. s. Matth. XVIII, 23: ⟨I⟩*n illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum celorum homini regi qui uoluit rationem ponere cum seruis suis, etc.* Inc. *Spiritualiter iste rex significat Dominum nostrum Iesum Christum. Sed huius mundi reges sunt homines.* Des. *ut dimittantur nobis peccata nostra, que cottidie contra voluntatem operauimus, ipso adiuuante, etc.* [151] (f. 87ᵛ). Hom. in evang. s. Matth. XXII, 15: ⟨I⟩*n illo tempore, abeuntes Pharizei consilium inierunt ut caperent Iesum in sermone.* Inc. *Quando Dominus noster in hac vita predicabat, magna contencio nata est inter Iudeos, propter censum.* Des. *ut in die iudicii nobis placatum videre possumus, cui est honor et gloria etc.* [152] (ibid.). ⟨S. Gregorii Magni, cf. Bandini, Bibl. Laurent., I, 407, § XCIX⟩ Hom. in evang. s. Matth. IX, 18: ⟨I⟩*n illo tempore, loquente Iesu ad turbas, ecce princeps unus accessit et adorabat eum, dicens etc.* Inc. *Inter omnia miracula que Dominus per semet ipsum ostendit in terris, non legimus resuscitasse, nisi tres mortuos.* Des. *Quod ipse prestare dignetur, qui uiuit et regnat in secula seculorum. Amen.* [153] (f. 89). Sermo in evang. s. Matth. XXV, 31: ⟨C⟩*um uenerit filius hominis. Mᵗ. iiᵒ* (!). Inc. *Nam dicit beatus Ysidorus in libro de summo bono, quod in quolibet iudicio requiruntur tres persone.* Des. *de quo iudicio erat nostrum preassumptum uerbum: sed cum venerit filius hominis. Rogemus.* [154] (f. 90) Hom. in evang. s. Luc. XXI, 25: ⟨E⟩*runt signa in sole et luna et stellis scribitur Luce XIᵒ, et in ewangelio hodierno.* Inc. *In uerbis predictis tanguntur duo;*

primum est certissima signorum pronunciacio. Des. *verbum preassumptum, scilicet: erunt signa in sole et luna et stellis, quod erat nostrum thema. Rogemus.* 155 (f. 92 ᵃ). Sermo in evang. s. Ioan. I, 19: *Tu quis es? Scribitur Ioh. primo, et in ewangelio hodierno.* Inc. *In verbis predictis tanguntur duo, primum est Iohannis verissima demonstratio, 2ᵘᵐ est sacerdotum et leuitarum certissima interrogatio.* Des. *Iudei miserunt ad ipsum, querendo uerbum preassumptum, videlicet: Tu quis es. Rogemus.* 156 (f. 94). Sermo in evang. s. Matth. XI, 2: ⟨C⟩*um audisset Iohannes in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illis* (!): *Tu es qui venturus es, an alium expectamus, etc., scribitur Mathei XIᵒ.* Inc. *In ewangelio hodierno et in verbis predictis tria tanguntur, primum est Iohannis uera incarceratio, 2ᵘᵐ est discipulorum suorum missio.* Des. *de operibus Christi, de quo dicit ewangelium hodiernum verbum preassumptum, scilicet: cum audisset, etc. Rogemus.* 157 (f. 96). Sermo in evang. s. Luc. III, 4: ⟨P⟩*arate viam Domini, Luce 3ᵒ, in ewangelio hodierno.* Inc. *In verbis predictis hortamur ad duo, primo hortamur ad directam preparacionem, 2ᵒ hortamur ad eiusdem effectus complecionem.* Des. *sanctus Iohannes in ewangelio hodierno, in uerbo preassumpto quando dixit: parate viam Domini, etc. Rogemus.* 158 (f. 98). Sermo in evang. s. Luc. II, 14: ⟨G⟩*loria in excelsis Deo, scribitur Luce quinto* (!), *et sunt verba que sancti angeli cantauerunt in natiuitate Christi.* Inc. *Legimus in Genesis 4ᵒ quod rex Pharao.* Des. *quando cum magno gaudio cantauerunt verba preassumpta, scilicet: Gloria in excelsis Deo, etc. Rogemus.* 159 (f. 100). Sermo in evang. s. Luc. II, 36-37: ⟨E⟩*rat Anna prophetissa, que non descendebat de templo, ieiuniis et orationibus seruiens Domino, die ac nocte. Scribitur Luce IIᵒ et in ewangelio hodierno.* Inc. *In uerbis predictis est notandum quod hec mulier dupliciter commendatur.* Des. *cum suis ieiuniis et orationibus, sicut dicit ewangelium hodiernum de ea, et est verbum preassumptum, scilicet: Anna erat prophetissa, etc.* 160 (f. 102). Sermo in evang. s. Luc. II, 21: ⟨P⟩*ostquam consumati sunt dies octo, ut circumcideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus, scribitur Luce 2ᵒ, et in ewangelio hodierno.* Inc. *In verbis predictis tanguntur duo: primo describitur circumcisio Domini, quantum ad temporis determinacionem.* Des. *de quo dicit ewangelium hodiernum verbum preassumptum scilicet: postquam consumati sunt dies octo; quod erat nostrum thema, etc.* 161 (f. 103ᵛ). Sermo in evang. s. Luc. II, 21: ⟨V⟩*ocatum est nomen eius Iesus, Luce 2ᵒ.* Inc. *Karissimi, presens dies est prima dies anni futuri, secundum computacionem latinorum.* Des. *et dabit tibi coronam vite, quam coronam mihi et uobis parare dignetur Dominus Iesus Christus. Amen.* 162 (f. 106). *2ᵘˢ Sermo de Circumcisione.* Inc. ⟨V⟩*ocatum est nomen eius Iesus. Post introductionem huius thematis Iesus est dandus cuilibet statui, sed tamen alio et alio modo.* Des. *et de illo libro habetur in Apocalipsi, et sic ipsi habent septem colores, etc.* 163 (f. 107). ⟨Sermo de Epi-

phania⟩. Inc. *Hodie, fratres karissimi, stella magos perduxit ad presepium, hodie Christus a Iohanne in Iordane baptizari voluit.* Des. *et hoc uestrum* (!) *preassumptum: Vidimus stellam, etc.* [164] (f. 107^a). Sermo in evang. s. Matth. II, 2: ⟨V⟩*idimus stellam eius in oriente et uenimus cum muneribus adorare Dominum. Scribitur Math.* 2° *et in ewangelio hodierno.* Inc. *Tanguntur tria, primum noue stelle apparitio,* 2^{um} *est trium magorum ad Christum appropinquatio.* Des. *possideamus eternam vitam, de qua stella tres magi hodie dixerunt preassumptum verbum: Vidimus stellam eius in oriente, etc.* [165] (f. 109). Sermo in evang. s. Luc. II, 48: ⟨P⟩*ater tuus et ego dolentes querebamus te. Scribitur Luce* 2° *et in ewangelio hodierno.* Inc. *In verbis predictis tanguntur duo, primo tristitia parentum Christi,* 2° *inquisitio ipsorum sui filii.* Des. *et ad ipsum dixerunt verbum preassumptum, scilicet: Pater tuus et ego dolentes querebamus te, etc.* [166] (f. 111). Sermo in evang. s. Ioan. II, 1: ⟨N⟩*uptie facte sunt in Chana Galilee, et erat mater Iesu ibi. Scribitur Io.* 2° *et in ewangelio hodierno.* Inc. *In verbis predictis tanguntur tria, primum est corporalium nuptiarum celebratio,* 2^{um} *est loci determinacio.* Des. *de quibus dicit ewangelium hodiernum verbum preassumptum: Nuptie facte sunt, etc., et fuit nostrum thema. Rogemus.* [167] (f. 112^v). Serm. in evang. s. Ioan. II, 6: ⟨E⟩*rant autem ibi ydrie sex posite secundum purificationem Iudeorum. Scribitur Ioan. II et in ewangelio hodierno.* Inc. *In verbis predictis tanguntur tria, primum est locus nupciarum determinacio,* 2^{um} *est effectus earumdem locacio.* Des. *de quibus dicit ewangelium hodiernum verbum preassumptum, scilicet: Erant ydrie, etc. Rogemus.* [168] (f. 115). Sermo in evang. s. Matth. VIII, 1: ⟨C⟩*um descendisset Iesus de monte, secute sunt eum turbe. Scribitur Math. VIII et in ewangelio hodierno.* Inc. *Et in verbis predictis tanguntur duo, primum est Christi humiliacio per carnis assumpcionem,* 2^{um} *est hominum emendacio.* Des. *suis bonis operibus, sicut illa turba hominum fecit de qua dicit ewangelium hodiernum verbum preassumptum, scilicet: Cum descendisset, etc.* [169] (f. 116^v). Sermo in evang. s. Matth. VIII, 23: ⟨A⟩*scendente Iesu in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius. Scribitur Math. VIII° et in ewangelio hodierno.* Inc. *Et in verbis predictis tanguntur duo, primum est vera Christi ascensio,* 2^{um} *est discipulorum suorum certa imitatio.* Des. *Iesus cum suis discipulis, de quo dicit ewangelium hodiernum verbum preassumptum: Ascendente Iesu, etc. Rogemus.* [170] (f. 118^v). Sermo in evang. s. Matth. XIII, 24: ⟨Sim⟩*ile est regnum celorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo. Mat. XIII° et in ewangelio hodierno.* Inc. *In verbis predictis tanguntur duo, primum est assimilacio ipsius hominis superioris firmamenti,* 2^{um} *est bonitas seminis.* Des. *bonum semen in agro suo; de quo dicit ewangelium hodiernum verbum preassumptum: Simile est regnum celorum, etc.* [171] (f. 120). Hom. in evang. s. Matth. XX, 1: ⟨Sim⟩*ile est regnum celorum homini patri familias qui exiit primo mane*

conducere operarios, etc. Math. II° (!) *et in ewangelio hodierno.* Inc. *In verbis predictis tanguntur duo, primum est Dei ad hominem beniuolentiam, 2um est eius circa salutem hominis negligentia.* Des. *de quo dicit ewangelium hodiernum verbum preassumptum, scilicet: Simile est regnum celorum homini patri familias. Rogemus.* [172] (f. 121v). Sermo in evang. s. Luc. VIII, 11: ⟨S⟩*emen est verbum Dei. Scribitur Luce IX° et in ewangelio hodierno.* Inc. *In verbis predictis duo tanguntur, primum est potestas virtutis, 2um ipsius seminis.* Des. *de quo dicit ewangelium hodiernum verbum preassumptum, scilicet: Semen est verbum Dei. Rogemus.* [173] (f. 123v). Sermo in evang. s. Luc. XVIII, 39: ⟨F⟩*ili Dauid, miserere mei. Luce XVIII° et in ewangelio odierno.* Inc. *In verbis predictis tanguntur duo, primum est Christi Iesu denominacio, 2um est ceci hominis exclamacio.* Des. *clamat et dixit verbum preassumptum, scilicet: Fili Dauid, miserere mei. Rogemus.* [174] (f. 124v). Sermo in evang. s. Matth. VI, 20: ⟨T⟩*hesaurizate uobis thesauros in celis. Scribitur Math. VI° et in ewangelio hodierno.* Inc. *In uerbis predictis est notandum quod iste homo qui perfectissime desiderat thesaurizare.* Des. *hodie Iesus Christus in verbo prelibato, videlicet: Thesaurizate vobis thesauros in celo. Rogemus.* [175] (f. 126v). Sermo in evang. s. Matth. V. 45: ⟨S⟩*itis filii patris vestri qui in celis est. Scribitur Mat. secundo* (!) *et in ewangelio hodierno.* Inc. *Circa hoc verbum est notandum quod ille qui desiderat effici filius patris qui in celis est, ille debet hoc sacro tempore die noctuque laborare.* Des. *de eis dicere Christus verbum preassumptum, quod dixit ad discipulos suos: Sitis filii patris uestri qui in celis est, etc.* [176] (f. 128v). Sermo in evang. Matth. IV, 2: *Ihesus autem, cum ieiunasset XL diebus et XL noctibus, postea esuriit. Scribitur Mat. 4to et in ewangelio hodierno.* Inc. *In verbis predictis tanguntur duo, scilicet ieiunii sanctitas et humanitatis Christi veritas.* Des. *verbum preassumptum, videlicet: Iesus tamen, cum ieiunasset XLta diebus et XLta noctibus, postea esuriit. Rogemus.* [177] (f. 130v). Sermo in evang. s. Ioan. V, 6: ⟨V⟩*is sanus fieri. Iohan. quinto et in ewangelio hodierno.* Inc. *Hec est amicabilis et solaciosa questio quam hodie querit Dominus Deus, quem hominem infirmum, scilicet peccatorem.* Des. *domino Deo ad suam questionem quam hodie querit a te, videlicet: Vis sanus fieri. Rogemus.* [178] (f. 131v). Sermo in evang. s. Matth. XVII, 1: ⟨A⟩*ssumpsit Iesus Petrum et Iohannem et Iacobum. Mat. XVII° et in ewangelio hodierno.* Inc. *In quibus verbis describit nobis ewangelium tria notabilia ad nostram informacionem.* Des. *Petrum, Iacobum et Iohannem, ut dicit ewangelium hodiernum cum dicit: Assumpsit Iesus Petrum, etc.* [179] (f. 133v). Sermo in evang. s. Matth. XV, 22: ⟨M⟩*iserere mei, Domine, filia mea male a demonio vexatur. Mat. III* (!) *et in ewang.° hodierno.* Inc. *In verbis predictis tanguntur duo, primum diuini auxilii inuocacio, 2um est hominis dyabolica vexatio.* Des. *fili Dauid, miserere mei, hoc est in dominica. Esto michi in carnispriuio.*

[180] (f. 134). Sermo in evang. s. Matth. XX, 25: ⟨V⟩*ocauit autem Iesus eos ad se. Mat. 20 et in ewangelio hodierno.* Inc. *In quibus verbis est notandum quod ille qui desiderat uocari a Domino Deo ad suam misericordiam et gratiam.* Des. *quibus Dominus Deus vult nos vocare ad suam gratiam et misericordiam. Rogemus ergo.* [181] (f. 135v). Sermo in evang. s. Matth. XXI, 33: ⟨H⟩*omo quidam erat pater familias qui plantavit vineam suam. Mat. 21 et in ewangelio hodierno.* Inc. *In uerbis istis est notandum quod quadruplex est vinea: prima est iuxta nos.* Des. *De quibus vineis dicit ewangelium hodiernum: Homo erat pater familias, quod erat thema. R*⟨*ogemus*⟩. [182] (f. 136v). Sermo in evang. s. Luc. XI, 14: ⟨E⟩*rat Iesus eiciens demonium et illud erat mutum. Luce XI et in ewangelio hodierno.* Inc. *Nam Christus hodie tria magna signa operatus est in isto homine.* Des. *mutus, cecus et surdus mentibus suis... Sic dicit ewangelium hodiernum, scilicet: Erat Iesus.* [183] (f. 138). Sermo in evang. s. Matth. XIX, 19: ⟨H⟩*onora patrem tuum et matrem tuam. Matt. 18* (!). Inc. *Hoc est unum mandatum de decem preceptis Domini, que Dominus Deus precipit nobis seruare, et cum eo eternaliter viuere.* Des. *et ideo dixit Dominus in ewangelio: Honora patrem tuum, etc.* [184] (f. 139v). Sermo in evang. s. Ioan. IV, 23: ⟨V⟩*eri adoratores adorabunt patrem in spiritu et veritate. Iohannis quarto et in ewangelio hodierno.* Inc. *In quibus verbis est notandum quod ille qui desiderat fieri verus adorator, ille debet primo mundare animam suam, cor et corpus.* Des. *verus adorator et adorabis Deum patrem in spiritu et veritate, quod erat nostrum thema, etc.* [185] (f. 141). Sermo in evang. s. Ioan. VI, 11: ⟨I⟩*hesus accepit panes et, cum gracias egisset, distribuit discumbentibus. Iohannis sexto.* Inc. *In verbis predictis est* ⟨*notandum*⟩ *quia sicut Christus corporaliter refecit quinque milia hominum cum quinque panibus.* Des. *bonos et deuotos homines, de quibus panibus dicit ewangelium hodiernum: Iesus accepit panes, etc.* [186] (f. 143). Sermo in evang. s. Ioan. IX, 31: ⟨Q⟩*ui voluntatem Dei facit, hunc exaudiat Deus. Ioh. VIIIº* (!). Inc. *In verbis predictis est notandum quod quicunque perficit uoluntatem Dei, illi homini Dominus Deus vult dare tria.* Des. *Et ideo dixit cecus hodie in ewangelio hodierno ad Iudeos: Qui uoluntatem Dei facit, hunc exaudiat Deus, etc.* [187] (f. 144v). Sermo in evang. s. Ioan. XI, 3: ⟨Domi⟩*ne, ecce quem amas infirmatur. Iohannis Xº* (!). Inc. *In verbis predictis est notandum quod ille homo qui vult diligi a Domino Deo, sicut Lazarum dilexit.* Des. *qui vult diligi ab eo, sicut Lazarum dilexit, et ideo ewangelium hodiernum dicit: Domine, ecce quem amas infirmatur.* [188] (f. 146). Sermo in evang. s. Ioan. VIII, 59: *Tulerunt lapides Iudei ut iacerent in eum, Iesum autem abscondit se et exiuit de templo. Ioh. VIII.* Inc. *Hodie incipit sancta mater ecclesia agere de passione Domini, qui sicut hodie Iudei conuenerunt ad consilium.* Des. *ad utilitatem nostram conuertebat. In verbis ergo premissis tanguntur duo, etc.* [189] (ibid.). Sermo anepi-

graphus qui inc. *Exemplum enim habemus de quodam heremita qui deprecabatur Dominum in oratione ut sibi reuelaret;* et des. *plus flere et flectere genua debemus ac plus elemosina pauperibus largire.* [190] (f. 146ª). Sermo in evang. s. Ioan. VIII, 47: ⟨Q⟩*ui ex Deo est, verba Dei audit. Iohannis VIII°.* Inc. *In quibus verbis est notandum quod verbum Dei sex bona operatur in corde hominis.* Des. *Ideo dixit Dominus in ewangelio hodierno verbum preassumptum: Qui ex Deo est, verba Dei audit.* [191] (f. 147ᵛ). Sermo in evang. s. Ioan. X, 27: ⟨E⟩*go cognosco meas oues. Ioh. X°.* Inc. *In verbis predictis est notandum quod ille homo qui a Deo vult cognosci pro sua oue, ille debet laborare.* Des. *Tunc verificatur hoc verbum uite, quod dicit Dominus in ewangelio hodierno: Ego cognosco oues meas.* [192] (f. 149). Sermo in evang. s. Ioan. XI, 48: ⟨O⟩*mnes credent in eum. Ioh. XI°.* Inc. *In quibus verbis est notandum quod ille homo qui vult veraciter credere in Deum, ille debet in hoc sacro tempore suam fidem deducere.* Des. *si veraciter uolumus credere in Dominum Deum, sicut hodie dixerunt Iudei ad invicem: Omnes credent in eum.* [193] (f. 150ᵛ). Sermo in evang. s. Matth. XXI, 8: *Acceperunt* (!) *ramos de arboribus et flores sternebant in via. Matt. 21.* Inc. *In verbis predictis est notandum quod aliqui Iudei de Ierusalem hodie Christo occurrerunt, et ipsum cum magno gaudio receperunt.* Des. *verbum preassumptum, videlicet: Acceperunt ramos de arboribus et flores sternebant in via, etc.* [194] (f. 152ᵛ). Sermo in Isaiae LIII, 4: ⟨D⟩*olores nostros ipse portauit. Ysaie 23* (!). Inc. *In quibus verbis est notandum quod Christus Iesus dolores nostros non portauit propter aliquam causam, quam propter nostram.* Des. *Ideo bene possum dicere verbum preassumptum, scilicet: Dolores nostros, etc.* [195] (f. 154ᵛ). Sermo in evang. s. Ioan. XIII, 4: ⟨I⟩*hesus surrexit a cena. Ioh. 13.* Inc. *Consuetudo est, quando reges et principes faciunt magnum conuiuium, tunc multi homines solent illuc venire.* Des. *utilitatem quam homo sibi acquirit, qui hoc sacramentum digne sumit, etc.* [196] (f. 156ᵛ). Sermo in epist. I s. Pauli ad Cor. V, 7-8: ⟨P⟩*asca nostrum ymmolatus est Christus, itaque epulemur in azimis sinceritatis et vite. Cor. II*ᵗᵒ (!). Inc. *Notandum quod ille agnus typicus quem olim Iudei cum azimis et lactucis et agrestibus comedebant, pascha vocabatur.* Des. *ét reverenter accedere mereamur, ut per hoc corporis et anime salutem consequamur sempiternam, etc.* [197] (f. 157ᵛ). Sermo in evang. s. Marc. XVI, 1: ⟨M⟩*aria Magdalena et Maria Iacobi et Salomae emerunt aromata, ut venientes ungerent Iesum. Marci ultimo.* Inc. *Quamuis multe alie sancte mulieres Deum sequerentur; iste tamen tres precipue venerunt.* Des. *mortalitas in eternitate, contumelia transiuit in gloriam. Amen. Rogemus.* [198] (f. 159ᵛ). Sermo in evang. s. Marc. XIV, 6: ⟨I⟩*hesum queritis Nazarenum crucifixum, surrexit, non est hic. Marc. ultimo.* Inc. *Dominus noster in hac vita nobilem habuit societatem, scilicet apostolos et quasdam sanctas mulieres.* Des. *et consumatus*

factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis eterne. Rogemus, etc. [199] (f. 161ᵛ). Sermo in evang. s. Luc. XXIV, 18: ⟨T⟩*u solus peregrinus es in Iherusalem. Luce ultimo.* Inc. *Quamuis Christus in propriam venisset et omnium Dominus esset, tamen in mundo voluit conuersari.* Des. *super montem caliginosum, idest dyabolum, levate signum. Rogemus.* [200] (f. 163). Sermo in evang. s. Luc. XXIV, 18: ⟨T⟩*u solus peregrinus es in Ierusalem. Luce ultimo.* Inc. *In verbis predictis est notandum quod, quamuis Christus fuit et est Dominus celi et terre, tamen in mundo uoluit conuersari.* Des. *quod sui discipuli hodie ad ipsum dixerunt verba prelibata: Tu solus peregrinus es in Ierusalem, etc.* [201] (f. 165). Sermo in evang. s. Luc.: XXIV, 36: ⟨S⟩*tetit Iesus in medio discipulorum suorum et dixit eis: Pax uobis. Luce ultimo.* Inc. *Dominus noster inter discipulos suos tria specialiter in usu habuit, scilicet in medio ipsorum stare.* Des. *Multiplicate sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt, etc. Rogemus.* [202] (f. 167). Sermo in evang. s. Luc. XXIV, 36: ⟨P⟩*ax uobis. Luce ultimo.* Inc. *In verbis predictis est notandum quod Christus Iesus filius Dei viui in hoc quod dedit et nuncciat* (?) *nobis suam eternam pacem.* Des. *et diuine pacis; quam pacem nobis hodie dedit, cum dixit verbum preassumptum, scilicet: Pax uobis.* [203] (f. 168ᵛ). Sermo in epist. I s. Ioan. V, 4: ⟨H⟩*ec est victoria que vincit mundum, fides nostra. Ita scribitur in epistula hodierna, ca⟨pitul⟩o Ioh. primo.* Inc. *In verbis predictis est notandum quod fides cuiuslibet hominis christiane* (!) *debet esse quadruplex.* Des. *dicit verbum preassumptum: Hec est victoria que vincit mundi, fides nostra, etc.* [204] (f. 170ᵛ). Sermo in evang. s. Ioan. X, 4: ⟨C⟩*ognosco oues meas et cognoscunt me mee. Ioh. X.* Inc. *In verbis predictis est notandum quod pastor Iesus Christus oues suas dilexit affectuose.* Des. *Pastor noster Iesus Christus cognoscit suas oues, et ideo dixit verbum propositum scilicet: Cognosco oues meas.* F. 11: ⟨Quare Iesu Cruci fixi imagines, Beatae Mariae Virginis et aliorum sanctorum in ecclesiis, ante quadragesimam cooperiuntur⟩. Inc. ⟨O⟩*mni anno, ante quadragesimam, ymago crucifixi absconditur in ecclesia, et ymago beatae Virginis et aliorum sanctorum.* Des. *lacrimas que implerent terram et attingerent celum solum unum peccatorem cum Deo non pacificarent, etc.* F. 32ᵛ: ⟨De quattuor anni temporibus⟩. Inc. ⟨Q⟩*uatuor tempora sunt in anno, nam annus distinguitur in 4ᵒʳ tempora, quorum quodlibet habet XIII septimanas* Des. *si pater noster noluerit iuuare anime sue, quod ad uos.* Multae huius codicis homiliae exstant in cod. Vat. lat. 9912.

Codex currenti calamo, teutonica manu exaratus. Quam plurima adnotationes, additamenta, correctiones, notabilia et auctoritates in marginibus exstant plerumque alia manu eiusdem aetatis. Est quoque in marginibus designatio dierum festorum quibus homiliae seu sermones referenda sunt, plerumque alia manu. Litterae initiales desunt, spatiis ad eas excipiendas vacuis relictis, sed interdum in marginibus minutis notis signatae. Hic illic, in schedulis, occurrunt eadem prima manu evangeliorum loci, nempe

in ff. 3. 7. 92. 113. 117. 146ᵛ, et perbreves sermones, ut in f. 3 (inc. *Notandum quod triplex est Aduentus Christi, primus in mundo, 2us in cordis scrinio, tertius in die novissimo.* Des. *manus valida propter iustitiam suam peruenit ad celum*); f. 153 (inc. *Hodie sancta mater Ecclesia duas processiones recolit, prima fuit qua Iudei Christum a monte Oliueti, usque in Ierusalem.* Des. *quem tantum honorauerunt, post modicum ignominiose tractauerunt*). F. 39 oscitanter positum, nam homiliam in f. 38ᵛ exaratam in duas partes dividit, ideoque in imo margine eiusdem f. 38ᵛ haec adnotatur, eadem prima manu: *Verte folium th⟨etae⟩ signo.* Duae novissimae lineae folii 88 haec continent: *Scriptum in Hartemburg anno Domini M°CCCC°LVII°, et finitum in crastino Corporis Christi, quod fuit feria sexta post festum sancti Viti et aliorum martirum.* F. 93ᵛ, post homiliam: *Sequitur sermo: Parate viam Domini, Luce.3°, quem post tria folia* (idest in f. 96). Ff. 7ᵛ. 36ᵛ. 36ᵃ. 88ᵛ. 88ᵃ. 92ᵛ. 93ᵃ. 107ᵛ. 113ᵛ. 117ᵛ. 153ᵃ vacua. E schedula f. 1 adglutinata, typis impressa, eruimus codicem olim fuisse bibliothecae Dr. Antonii Ruland.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Io. B. Pitra card. bibliothecarii.

9991. Saec. XII, membr., mm. 164 × 117, ff. 118.

Diversorum opera.

1. C. Salustii Crispi [1] (f. 2) Bellum Catilinae (in ms.: *Incipit Salustius*). Desunt (f. 11ᵛ) pars capitulorum 40 et 45 et capitula 41-44, propter folium deperditum; [2] (f. 19) Bellum Iugurthinum. Subiciuntur: [a] (f. 53ᵛ) ⟨Subscriptio⟩ *Si cupis ingnotum Iugurtę noscere lętum / Tarpeia rupe pulsus ad ima ruit;* [b] (ibid.) ⟨In bellum Catilinae argumentum⟩: inc. *In principio huius operis istar equiruntur, scilicet uita auctoris, materia, intencio, utilitas;* des. *Ad ethicam spectat quia de nominibus ait;* [c] (ibid.) ⟨Sententiae seu proverbia germanica et latina lingua conscripta manu saec. XIII⟩: *Andrew iar andrew gvt / Corpus non aliud alius set res dabit annus / Hvnger ist gvt choch / Tamen famesco satis esce saporem bonitatis / Gvt besicht ist halwev gvlt / Dimidium sensus bonus est apridia (apritia?) sensus* (in ms. *scensus*).

2. ⟨**M. Tullii Ciceronis** Ad C. Herennium, de arte rhetorica, liber IV⟩ (in ms.: *Incipiunt Rethorici flores*) inc. cap. VIII, inde a verbis: *Figure orationis tres sunt, quas figuras alii genera nominauerunt* (cf. Ciceronis Opera rhetorica, ed. G. Friedrich, Lipsiae 1890, I, pp. 71-116). Subiciuntur: [1] (f. 85) ⟨In Ciceronis opus Anonymi commentarium⟩. Inc. *Sciendum quia quod alii appellant tres stilos ut Donatus, alii tres caracteres ut Seruius, alii tria genera, hęc Tullius uocat tres figuras orationis.* Des. *ibi est una pars, atque patrię alia pars;* [2] (f. 88) ⟨Versus leonini de figuris rhetoricis⟩. Inc. *Versificaturo quedam tibi tradere curo / Scemata uerborum studiis celebrata piorum.* Des. *Nimirum Paridis mors est euersio Troię* (ut in cod. Vat. Palat. Lat. 273, f. 98ᵛ).

3 (f. 93). ⟨Nux Elegia⟩ (in ms.: *Ouidius de Nuce*) vv. 122-163; 178-179 desiderantur in codice (cf. Poetae latini minores, ed. Bährens, Lipsiae, 1879, I, 90).

4 (f. 98). ⟨**De prosaico dictamine**⟩. Inc. ⟨D⟩*ictaminum grata rudibus documenta euidenter ministrare desiderantes tam doctrina quam sermonibus......* ⟨D⟩*ictamen est congrua et apposita litteralis editio de quolibet mente retenta.* Des. *dum supra omnia saluum fore queritur, ubi ab ipsis cunabulis commoratur.*

5. Vergilii Maronis Bucolica: Ecloga I (f. 105); II (f. 106^v); III (f. 108); IV (f. 110); V (f. 111) mutila desinit versu 86: *Hac te nos fragili donabimus ante cicuta;* VI (f. 113) mutila incipit versu 49: *At non tam turpes pecudum tamen ulla secuta es;* VII (f. 113^v); VIII (f. 115); IX (f. 117); X (f. 118) mutila des. v. 37: *Certe siue mihi Phillis siue esset Amintas.*

Codicem plures descripserunt librarii, quorum primus ff. 2-53, secundus ff. 54-84, tertius a f. 85 ad f. 93^r, usque ad l. quartam; quartus a f. 93^r inde a l. quinta ad f. 96; quintus ff. 97-104; sextus denique ff. 105-118 exaravit; omnes saec. XII. In marginibus et inter lineas ff. 6-84^v. 105-118 adnotationes et glossae exstant. In f. 1^v cantiones duae: 1) *Patrem parit filia / patrem ex quo omnia partus hic est* (Dreves G. M. Anal. hymnica XX, p. 221); 2) *O nobilis uirginitas / in matre Saluatoris / que castitatis sanctitas* (ibid., p. 167) cum neumis, germanica manu saec. XIII exaratis. Litterae initiales maiores et maximae et qui occurrunt tituli rubro colore exarata. In ff. 2^v et 19 draconis imagines rubro colore depictae. In f. 96^v: *Kyrie eleison* pluries cum neumis germanica manu saec. XIII exaratis. Exstant praeterea versiculi tumultuarie exscripti, ut v. gr.: *Beatus uir qui sperat in Deo; Domine probasti me,* etc.; *Sennahoy, Suetham, Sucram, Sacul em tacideneb,* idest: *Iohannes, Matheus, Marcus, Lucas me benedicat* bis repetitum; *Pater noster,* etc.; *Sancta Maria uirgo, intercede,* etc., et alia quaedam parvi momenti, seu potius calami probationes. Subicitur, ibid.: *Iste liber est S. Marie uir⟨ginis⟩ in Sich.?* an *Sisiculi?* manu saec. XIII. Insunt etiam hae notulae marginales manibus saec. XIII: prima f. 34: *Nos Enrichus Dei gratia comes palatinus, quia salus mea fuit suspensa;* secunda f. 94: *Ich Arnolt der Meissenhauser enpuit dem* (*frau* calamo deletum); tertia denique nullius momenti f. 96: *Dominus Iesus locutus.* In imo margine f. 104^v pauca evanida et lectu fere impossibilia, uno vel altero verbo excepto, nullius tamen momenti. Folia nonnulla deperdita, uti nos certiores faciunt notulae manu saec. XV in f. 11^v et 112^v: *deest pagella* et *desit pagella.* In f. 1^r manu saec. XIII: *Salustius. Item flores rethorici.* Duplex enumeratio exstat plumbo recenti manu conscripta. Sallustii capitula plumbo recenti manu numerantur. Folia nonnulla recentiore pergamena refecta.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Io. B. Pitra card. bibliothecarii.

9992. Ann. 1608-1609 (cf. f. 1. 12), chart., mm. 156 × 117, ff. 33.

⟨**Anonymi** Translatio et commentarium in Isocratis orationes: Εὐάγορας et (f. 12) Πρὸς Νικόκλεα⟩. Inc. *Et ipse reditus ueteres maxime celebrantur.* Des. *aduersus aliquem pugno, a praeposit.: ἀντί et ἀγωνίζω pugno* (cf. Isocratis Orationes, ed. altera, F. Blass., Lipsiae 1891, I, pp. 213-217, et 13-16, **9**, nn. 36-49, **2**, nn. 1-13).

Codex currenti calamo a duobus librariis exscriptus (cf. ff. 8^v-9); schedulis olim dissolutis, postea vero simul collectis et laciniis chartaceis adglutinatis constat. Exstant in marginibus adnotationes vel additamenta. Isocratis verba a f. 12^v lineis rubris subductis distinguuntur. In margine f. 12 scriptum legimus, eadem manu qua

textus: *Incept. die 20 Iunii 1609;* in summo margine f. 2: *Expositio Isocratis Libri quarti folio inceptum* (!) *103.* A f. 12 ad f. 25 duplex exstat enumeratio, recentiorem secuti sumus. Perperam in f. 1: *Theophrasti notationes morum ad Editionem Lugdun. 1599 discipulis expo⟨sitae⟩ anno 1608.*

Integumentum ex charta spissata membrana cooperta.

9993. Saec. XIII-XIV, membran., mm. 139 × 100, ff. 207.

⟨**Anonymi** Tractatus de virtutibus⟩. (Est summarium operis Gulielmi Paraldi, cui titulus: Summa aurea de virtutibus et viciis, cf. ed. cura A. et I. de Britannicis de Pallazolo, Brixiae, die 24 Decembris 1494). Inc. (f. 4). *Quoniam uirtutibus nichil est utilius in hac uita hominibus. Sap. VIII.* Des. mutilus *eius altera et uestitus.* Praeeunt: [1] (f. 2) ⟨Totius operis index⟩; [2] (f. 4) Praefatiuncula quae inc. *Obmissis ordinacionibus et sufficienciis;* et des. *tractatum de uirtutibus sub qualicumque compendio perstringere laboraui.*

Codicem quattuor, ni fallor, descripsere librarii, quorum primus ff. 2-3, secundus f. 4-175v usque ad mediam l. 20, tertius f. 175v a l. 20 usque ad finem; quartus librarius litteras initiales maiores et titulos rubro colore exaravit. In f. 1v, alia manu qua textus: *No⟨tandum⟩ sub anno domini M°CCC°LXIX ....moritur* (?) *Henricus de sancto Stephano in die Penthecostes, cuius anima requiescat in pace, et sepultus est in monasterio Bilhilthusianensis carthusianensis ordinis Herbipolensis dioceseos.* Folio 1v schedula adglutinata est, ex qua eruimus codicem fuisse bibliothecae Doctoris Antonii Ruland. In imo margine f. 4, manu saec. XV: *pertinet ad carthus. in Herbipoli.* Index locupletior est codice, nam, praeter capitula ad virtutes spectantia, alia praebet de vitiis, quae in codice desiderantur, itemque desiderantur quinque novissima virtutum capitula, quae in indice exstant. F. 207 a librario oscitanter numero 184 signatum in proprium locum transtuli; f. 184 deest. Inter ff. 183 et 185 duorum foliorum laciniae, quibus ff. 197-198 adglutinantur. In marginibus notabilia et auctoritates plerumque eadem prima manu; in summis marginibus capitula numeris romanis rubro colore distinguuntur. Novissima singulorum sexternionum folia prima verba sequentis plerumque referunt. Ff. 199-206 quaternionem complectuntur.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Io. B. Pitra card. bibliothecarii.

9994. Saec. XV, membr., mm. 122 × 86, ff. 126 (+ 7a. 7b. 79a).

Diversorum patrum opera.

1 (f. 2). ⟨Libellus repudii ad mores saeculares⟩ (in ms.: *Incipit libellus repudii ad mores seculares pauperis anime religiose prius adulte, denuo autem Christo Iesu per gratiam desponsate. Nichil recte estimat qui scriptum ignorat quanto quis diligentius super se et actus suos vigilauerit, tanto securior erit*). Inc. *Volenti mores suos ad exterius et vitam ad interius secundum Deum regere et homines unum scire expedit.* Des. *et sic reponetur nobis corona glorie, quam nobis concedat qui benedictus et gloriosus eternaliter viuit et regnat. Amen.* Subiciuntur: [1] (f. 6) ⟨Excerpta ex S. Bernardi operibus et aliis⟩, inc. *Ber-*

nardus. In quantum grauatur in tantum lucreris, et in quantum iuuatur in tantum tibi tua premia; des. *non murmur resonat, non querimonia;* [2] (f. 6') De discretione praelatorum et satisfactione subditorum, inc. *Venite ad me omnes qui laboratis, etc. Nota quando homo exiuit mare in quo passus est tempestatem;* des. *quanto alcius in Deo cognouere quod amant;* [3] (f. 7') De religiosis reliquentibus saeculum, inc. *Expoliauit me tunica mea. Cant. 5°, 3. Signum amoris est quando quis uestem propriam sibi detrahens et amico seu socio donat;* des. mutilum *Christus odiosus est nihilominus proposita.*

2 (f. 8). ⟨**Eckberti abb. Schonaugiensis** Soliloquium seu meditationis⟩ (in ms.: *Verba beati Augustini episcopi ad regem seculorum,* cf. M. 195, 105-114). Subiciuntur (ff. 17'-18) excerpta parvi prorsus momenti ex SS. Augustini et Gregorii operibus, quae inc. *Augustinus in epistula ad Cirinum sic inquit: Sicut ordo in illa patria seruatur;* et des. *mandata dilexeris...*

3. **S. Bonaventurae** opuscula duo. [1] (f. 19). ⟨De ligno vitae⟩ (in ms.: *Incipit prologus in librum de vita et conuersatione Iesu Christi compositum per fratrem Bonaventuram ordinis beatorum* [?]. Doctoris Seraphici S. Bonaventurae S. R. E. Episcopi Card. Opera omnia etc. Ad Claras Aquas 1898, VIII, 68-86). [2] (f. 51). ⟨De quinque festivitatibus pueri Iesu⟩ (in ms., f. 50', rubro colore: *Sequitur tractatulus eiusdem Bonauenture de quinque spiritualibus festis infantie Saluatoris nostri,* ed. cit., VIII, 88-95).

4 (f. 61'). **Hugonis de S. Victore** Tractatulus de modo orandi (in ms., f. 61: *Sequitur tractatulus Hugonis de sancto Victore de modo orandi,* M. 176, 977-988). Subiciuntur parva excerpta e variis operibus, scilicet: [1] (f. 75) ⟨Ioannis Gersoni⟩ (in ms. *Item Cancellarius Parisiensis in quodam tractatu inter cetera ponit quod sequitur*). Inc. *Oratio quidem describitur quod est eleuacio mentis in Deum per pium et humilem affectum.* Des. *pio humilique affectu desiderat;* [2] (f. 77) Eiusdem I. Gersoni (in ms. *Item idem in quodam alio tractatu. Cancellarius Parisiensis*). Inc. *Quis dabit mihi pennas sicut columbe,* etc. *Fabricemus igitur sub typo columbe meditationes ad timorem et spem comitem.* Des. *vel urat luxuria, vel gula pergrauet, etc.;* [3] (f. 79') Rabani Mauri *Super 1° verbo Mathei 23°: Orauit tertio eundem sermonem, etc., sic inquit.* Inc. *Tribus vicibus Dominus orauit* (M. 107, 1115); [4] (ibid.) Origenis haec tantum sententia: *Melius pugnat vir bonus orando, quam innumeri peccatores preliando.*

5. **S. Anselmi episcopi Cantuariensis** [1] (f. 80) ⟨Meditatio IX. De humilitate Christi⟩ (in ms.: *Incipit Stimulus amoris Anselmi;* M. 158, 748, etiam S. Bernardo tribuitur, M. 184, 953). Subicitur (f. 97) excerptum ex S. Bernardi operibus, quod inc. *Quis non rapiatur ad spem et ad impetum;* et des. *ad se totum impendendum. B. Bernhardus;* [2] (f. 97') Devota meditatio (in ms.

Deuota meditacio Anshelmi). Inc. *Ecce, ecce assum, piissime, tecum sum, intus sum. Quamdiu in exterioribus occupatus fui.* Des. *terrestrium occupacionem quam nobis concedat qui est benedictus in secula. Amen. Amen.*

6 (f. 106). **S. Bonaventurae** ⟨De triplici via, alias incendium amoris⟩ (in ms., rubro colore: *Incipit paruum bonum magistri Boneuenture de triplici uia*, S. Bonaventurae Opera, ed. cit., t. VIII, pp. 3-18). F. 116, capitulo II expleto, sequitur ⟨Additamentum II⟩ ed. cit., pp. 18-19. Subicitur (f. 126) tetrastichon quod inc. *Sis iuuenis castus, sis paupertateque largus / Absque uoluntate tibi parcus viue beate.*

Codex satis diligenter germanica manu exscriptus. Litterae initiales maiores alterna vice rubro ac caeruleo colore exaratae sunt, maximae plerumque auro et variis ornamentis distinctae; capita, tituli et subscriptiones rubro colore scripta. In f. 1 haec notula, alia manu eiusdem fere aetatis: *Liber sancte Dei genitricis Virginis Marie almique confessoris dei Nicolay patronorum, in Arnsteñ* (Arnstein?) *quem honestus uir Iohannes Trellinch ciuis Confluentinus et fautor singularis ac fidelissimus amicus monasterii Arnsteñ pro remedio anime sue ac honestissime coniugis sue legauit fratribus in Arnsteñ. Cuius cum usum habet frater Andreas presciti monasterii professus canonicus et frater, anno xviiij* (?), *sabatho ante Iudica, etc. susceptus. Veniat illis salus sperata. Et post mortem fratris Iohannis, Confluentie iunior equali fauore.* In f. 1v litterae alphabeti et nonnullae calami probationes exstant. Ff. 7a. 7b. 18v. 79a. 105v vacua.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Io. ℞. Pitra card. bibliothecarii.

9995. An. 1505 (cf. f. 59v), chart., mm. 102 × 75, ff. 62 (+ f. 1a. 18a).

1 (f. 1). ⟨De observantia regulae s. Benedicti casus morales⟩. Inc. *De regula beatissimi patris Benedicti, si queratur utrum omnia contenta in ea sint in precepto, ita quod ex transgressione alicuius ex contentis in regula peccet monachus mortaliter.* Des. *que tamen non uidentur in precepto, nisi illud de proprio non habendo.* Subiciuntur: [1] (f. 11) Ex 3° libro decretalium de statu monachorum et canonicorum. Innocencius papa tertius ⟨Abbati et Conventui Sublacensibus⟩, (Corpus iuris canonici, ed. Aem. Friedberg, Lipsiae 1881, Pars. II. Decretorum collectiones, col. 599. Decretalium Greg. IX, lib. III, tit. XXXV, cap. VI); [2] (f. 14) In Clementinis de statu monachorum et canonicorum (Corpus iuris canonici, ed. cit., col. 1166. Clementis papae V constitutiones, III, X, 1).

2 (f. 19). **Albertani causidici Brixiensis** (in ms. *Prixiensis*) Tractatus de arte loquendi et tacendi. Inc. (f. 19v) *Quoniam in dicendo multi errant, nec est aliquis qui linguam suam.* Des. *tibi narrare et ad eterna gaudia nos faciat peruenire. Amen* (ed. cf. Copinger, *Suppl. to Hain's Rep.*, I, nn. 144-154).

Codex germanica manu conscriptus litteras initiales maiores et titulos rubro colore exaratos praebet. In f. 59v haec notula rubro colore exstat: *Explicit libellus de doctrina loquendi et tacendi ab Albertano Causidico Prixiense ad instructionem filiorum suorum compositus. F. Bek 1505.* In f. 60 alphabeti litterae nonnullae, in f. 60v quaedam currenti

nimium calamo exarata, seu calami probationes parvi momenti. Ff. 1[a]. 18[v]. 18[a]. 61. 62. vacua.

Integumentum ex charta spissata membrana saec. XIX cooperta.

9996. Saec. XVI, chart., mm. circiter 161 × 120, ff. 69.

⟨**Philippi Melanchtonis** Opuscula philologica⟩.

1 (f. 1). Demosthenis Olynthiaca secunda et tertia. Lipsię in ędibus Valentini Schumañ. Inter folia typis impressa alia exstant manu exarata quae Demonsthenis orationum latinam versionem exhibent. Latina versio secundae Olynth. inc. (f. 2[r]) *Argumentum Philippi Melanchtonis. Oratio est suasoris generis, hortatur enim cessantes ciues.... Cum in multis aliis rebus tum in presenti negocio.* Des. *gratulabimini meliorem omnibus statum* (cf. Melanchtonis Ph. Opera in Corpus Reformatorum, ed. Henr. Er. Bindseil, Halis Saxonum, 1851, t. XVII, col. 718 sqq.). Tertiae Olynth. latina versio inc. (f. 20) ⟨Argumentum Libanii⟩ *Miserunt Olynthiis auxilia Athenienses quibus aliqua ex parte....* - (f. 22) *Non uidentur mihi inter se conciones nostre, ciues, et factum conuenire.* Des. mutila *ad rempublicam gerendam magnum commodum quantum coniicere queo* (Olynth. III, n. 33; cf. op. cit., col. 731 sqq.).

2 (f. 43). ⟨Aeschinis Oratio contra Ctesiphontem, Philippo Melanchtone interprete⟩. Mutila inc. numero 14: *Ego autem aduersus sermones hos legem uestram exhibebo, quam uos tulistis, putantes solueri (vos soluturos esse).* Des. mutila, numero 78: *non enim mores, sed locum tantum mutauit* (cf. op. cit., t. XVII. col. 890-902).

3 (f. 51[v]). ⟨Demosthenis Oratio de corona, Philippo Melanchtone interprete⟩. Inc. *Principio, ciues, deos deasque omnes precor, ut quantum mea erga ciuitatem et uos uniuersos beneuolentia.* Des. mutila numero 82: *ii compescent probro afficientes hodie* (cf. op. cit., t. XVII, col. 805 sqq.)

Codex usque ad f. 36 satis accurate exscriptus, a f. 39 nimium currenti calamo exaratus, manu, ni fallor, Philippi Melanchtonis. Inter lineas foliorum quae Demonsthenis orationes graeca lingua typis impressa exhibent, quam plurima verba latina ex graecis translata eadem prima manu conscripta legimus, itemque in marginibus adnotationes et scholia nonnulla. In imo margine f. 1[r]: *Erhardo Hegenvald* manu saec. XVI; et manu saec. XVIII, praeter codicis numerum: *tutte le Aggiunte MSS sono di Filippo Melantone.* Exstant etiam in summo et imo margine f. 1[r] antiquiores notae quas codex, olim inter libros editos asservatus, diversis temporibus habuit in prima librorum editorum collectione Vaticana, nempe: *8174*, numerum nunc calamo deletum; deinde: $\frac{1.\ R.}{9887}$, cf. *Codicum typis editorum Bibl. Vat. Inventarium.... Pars II*, an. 1690, ms. in Bibl. Vat. sub numero 9887; denique in aedibus Borgianis: *VIII. M. III. 70.* Duplex exstat enumeratio, recentem secuti sumus, quam imis marginibus apponendam curavimus, cum ff. 47-50 librarii oscitatione numeris 26-29 distincta fuissent.

In tegumenti dorso stemmata Pii IX et Io. B. Pitra card. bibliothecarii.

9997. Saec. XVI, membr., mm. circ. 217×157, ff. 64.

Registrum Matthiae Gherardi et Marcelli filii varia exhibens instrumenta.

1 (f. 1). *Anno 1555, indictione XIII, die uero 26 iunii.* ⟨Ioannes Paulus Angiolellus mercator Eugubinus, nomine suo et creditorum domini Vincentii Romuli, vendit domino Matthiae de Gherardis de Sancto Casciano, magistro Postarum domini papae, domum magnam cum aliis domunculis illis contiguis seu connexis, in Urbe, in regione Pontis et in via Iulia, pretio scutorum trium millium quingentorum quinquaginta⟩. *Actum Rome,* etc. [†] *Et ego Ludovicus Rydottus Gebennensis diocesis publicus Curie causarum Camere Apostolice notarius,* etc. **2** (f. 6ᵛ). *An. 1555, indictione XIII, die uero vigesima tertia mensis augusti.* ⟨Matthias de Gherardis, dato laudemio Alexandro Farnesio cardinali vicecancellario, archipresbytero, vicario basilicae Vaticanae, et eiusdem basilicae canonicis nominatim expressis, humiliter supplicat ut consensum et assensum praestare velint venditioni domus de qua superius, sub potestate venerabilis basilicae et capituli S. Petri constitutae, pretio trium millium et quingentorum quinquaginta scutorum soluto domino Ioanni Paulo Angiolello. Cardinalis et canonici praefati consensum praebent⟩. *Actum Rome,* etc. [†] *Et ego Melchior de Valeriis de Oliuola clericus Lunensis-Sarzanensis diocesis publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius,* etc. **3** (f. 13). *An. 1570, indictione XIII, die uero prima mensis decembris.* ⟨Ioannes quondam Benedicti de Viano de Concordia, civis Viterbiensis, alias « *il Bologna* » nuncupatus, vendit domino Marcello Gherardi, filio domini Matthiae, praedia nonnulla in territorio Viterbiensi, pretio scutorum mille septingentorum. Ad maiorem emptoris securitatem dominus Ioannes de Viano obtulit fideiussores nonnullos⟩. *Actum Romae, in bancho magnifici domini Hieronimi de Ceulis,* etc. Subiciuntur instrumenta duo de eodem: [1] (f. 16) *An. 1571, indictione XIV, die uero septima mensis maii.* ⟨Baptista quondam Francisci Giannelle de Concordia praestitor equorum ad Turrim Nonae, sponte offert se teneri et obligari promissionibus a Ioanne Benedicto de Viano de Concordia venditore factis in favorem domini Marcelli Gherardi emptoris⟩. *Actum Romae,* etc.; [2] (f. 17ᵛ) *Eisdem anno, indictione, die, mense quibus supra.* ⟨Ioannes Benedictus de Viano confitetur se habuisse et recepisse a magnifico domino Marcello Gherardi scuta septingenta pro residuo pretii bonorum venditorum, de quibus superius⟩. *Actum Romae,* etc. [†] *Et quia ego Fabricius Gallettus Curiae causarum Camerae Apostolicae notarius,* etc. **4** (f. 18). *An. 1571, indictione XIV, die uero 28 mensis iunii.* ⟨Domina Lavina Enobarba vidua quondam Alexandri de Totis, mater, tutrix et curatrix domini Octavii sui et dicti Alexandri filii, cum auctoritate Thomae Thomasii de Gualterutiis iudicis, una cum magnifico domino Caesare de Totis

filio suo et fratre germano dicti Octavii, ut solvat dotem filiae suae Prudentiae de Totis domino Alphonso Ferro nuptae, vendit Marcello Gherardi filio domini Matthiae domum sitam Romae, in via Iulia, cum omnibus oneribus et iuribus, pretio scutorum mille quingentorum. Pretii partem emptor solvit, partem venditores relinquunt domino Marcello ad extinguendum censum domino Antonio Mannino debitum, partem denique relinquunt ad societatem cum ipso domino Marcello ineundam. Venditores offerunt fideiussores nonnullos⟩. *Actum Romae, in regione Pontis, in domo habitationis dictorum uenditorum*, etc. Subnectuntur documenta tria: [1] (f. 23) *Eisdem anno, indictione quibus supra, die vero quinta mensis iulii.* ⟨Marcellus Gherardi prehendit possessionem realem et actualem, animo et corpore domus de qua supra. D. Tranquillus Curiatius de Mazzano iudex possessionem recognovit⟩. *Actum Romae*, etc. [+] *Et quia ego Fabricius Gallettus Curiae causarum Camerę Apostolicae notarius*, etc.; [2] (f. 24) ⟨Notula qua memoriae traditur dominum Antonium Mannini vendidisse domino Marcello Gherardi censum, de quo supra in n. 4, instrumento a Gaspare Reydetti notario rogato, an. 1571, die prima septembris⟩; [3] (f. 24ᵛ) *An. 1571, indictione XIV, die uero 23 mensis aprilis.* ⟨Canonici basilicae S. Petri, quorum nomina declarantur, capitulariter congregati, accepto laudemio, praestant consensum et assensum venditioni domus, de qua superius⟩. *Actum in dicto loco solito* ⟨scilicet prope sacristiam basilicae S. Petri⟩, etc. [+] *Ego Simon Tegeronus clericus coniugatus Taurinensis diocesis et ciuis romanus publicus apostolica auctoritate notarius*, etc. 5 (f. 27). *An. 1571, indictione XIV, die 24 mensis nouembris.* ⟨Achilles Cibo vendit tenutam quandam et domum sitam extra portam S. Pauli de Urbe in contrata « *La Travicella* » domino Matthiae Gherardi de S. Casciano pretio scutorum mille octigentorum⟩. *Actum Rome, in domo dicti domini Matthiae sita in uia Iulia*, etc. [+] *Et quia ego Fabricius Gallettus Curiae causarum Camerę apostolicae notarius*, etc. Sequuntur: [1] (f. 30) *An. 1572, indictione XV, die 29 mensis ianuarii.* ⟨Sebastianus Bennicasa rector parochialis ecclesiae S. Mariae de Campitello confirmat venditionem a domino Achille Cibo factam domino Matthiae Gherardi, accepto laudemio et omnibus iuribus confirmatis⟩. *Actum Rome*, etc.; [2] (f. 39ᵛ) *Eisdem anno et indictione quibus supra, die uero 21 mensis februarii.* ⟨Achilles Cibo confitetur se habuisse a domino Matthia Gherardi scuta sexcenta, de quibus quietavit⟩. *Actum Rome*, etc.; [3] (f. 31) *Eisdem anno et indictione quibus supra, die 11 mensis aprilis.* ⟨Lucretia de Statis de Taris assensum seu consensum praestat venditioni de qua superius et recipit laudemium⟩. *Actum Rome*, etc.; [4] (f. 32) *Eisdem anno et indictione quibus supra, die 12 mensis aprilis.* ⟨Horatius Ioacchinus canonicus S. Marci de Urbe, rector capellaniae SS. Laurentii et Antonii, in ecclesia S. Stephani « *del Cacco* » de Urbe confirmat vendi-

tionem supra scriptam⟩. *Actum Rome,* etc.; 5 (f. 33) *Eisdem anno et indictione, die et mense quibus supra.* ⟨Ven. soror Felix Pianetta abbatissa, Pacifica de Teulis priora et moniales omnes nominatim expressae monasterii S. Annae de Urbe, regionis Arenulae, cum praesentia et consensu rev. Pompei Boccacii superioris et confessoris, confirmant venditionem de qua supra⟩. *Actum Rome, in dicto monasterio, in loco « detto il parlamento »,* etc.; 6 (f. 34) *Eisdem anno, indictione quibus supra, die 14 mensis aprilis.* ⟨Dominus Laurentius Castellanus confirmat venditionem supra dictam⟩. *Actum Rome in domo dicti Laurentii,* etc.; 7 (f. 35) *Eisdem anno et indictione quibus supra, die 26 mensis augusti.* ⟨Mutius de Ceulis procurator domini Achillis Cibo confitetur se habuisse a domino Matthia absente et Marcello Gherardi praesente, per manus domini Aloisii de Olgiatis, scuta sexcenta de quibus quietavit, pro residuo pretii vineae ab eodem Achille Cibo venditae⟩. *Actum Rome, in bancho dictorum heredum quondam Baldassaris de Olgiatis,* etc. [+] *Et quia ego Fabricius Gallettus Curiae causarum Camerę apostolicae notarius,* etc.; 8 (f. 36) ⟨Notula qua memoratur consensus capituli et canonicorum S. Nicolai in Carcere, ut ex instrumento die 13 novembris 1581, a Francisco Masino notario rogato⟩. 6 (f. 36v). *Anno 1579, indictione VII, die uero 2 mensis maii.* ⟨Domina Flora quondam Ianni Andreae de Lassarello vendit domino Marcello Gherardi vineam quam habuit a Ioanne de Belmonte de Mussovo (?) eius secundo viro, extra portam S. Pauli, in loco dicto « *Le travicelli* », pretio scutorum trecentorum⟩. *Acta fuerunt hec Romę,* etc. [+] *Et ego Lucas Remerius ciuis Perusinus publicus Apostolica auctoritate notarius,* etc. 7 (f. 41). *An. 1576, indictione V, die uero 15 mensis nouembris.* ⟨D. Matthias Gherardi olim magister generalis Postarum papae, sexagesimum octavum et ultra suae aetatis annum agens donavit donatione quae fit et fieri dicitur inter vivos, et irrevocabiliter et iure proprio, et in perpetuum dedit filio suo Marcello et Ioanni Baptistae et Hieronymo suis nepotibus, filiis dicti Marcelli, omnia bona sua sita in Urbe, in terra Caprarolae, in urbe Viterbiensi et in terra S. Laurentii « *alle Grotte* », quorum elenchus in instrumento invenitur. Reservantur quaedam clausulae⟩. *Actum Romę in regione S. Eustachii et in sala domus solite habitationis magnifici domini Iulii de Gualteriis,* etc. Subsequuntur: 1 (f. 45) *Eisdem anno et indictione quibus supra, die uero 19 mensis nouembris.* ⟨Horatius de Martiariis Vicentinus ad instantiam magnifici domini Bernardini Rapatii, procuratoris domini Matthiae Gherardi, confirmat donationem ipsius domini Matthiae Gherardi⟩. *Actum Romę, in regione Campitelli et in aula palatii Curię Capitolii,* etc.; 2 (f. 46) ⟨Tenor cedulae debitorum domini Matthiae Gherardi, quae in instrumento donationis memoratur a domino Marcello eiusdem Matthiae filio solvenda⟩; 3 (f. 46v) *Eisdem anno et indictione quibus supra, die uero 17 mensis nouembris.* ⟨Marcellus Gherardi

tam nomine suo quam filiorum Ioannis Baptistae et Hieronymi acceptat emancipationem et donationem a domino Matthia patre suo factam⟩. *Actum Romę, in regione Arenule*, etc. *Et ego Franciscus de Cicchareilis clericus ac ciuis Romanus publicus Dei gratia, Apostolica auctoritate notarius*, etc. [+]. 8 (f. 48). *An. 1590, indictione II, die uero 20 mensis ianuarii.* ⟨Custodes archihospitalis S. Iacobi Incurabilium de Urbe, quorum nomina declarantur, vendunt domino Marcello Gherardi domum sitam in regione Pontis, sub potestate capituli S. Petri constituta. Domum autem archihospitali testamento legavit domina Iulia de Simiis. Emptor solvit pretium quingentorum scutorum, promittens solvere infra sex menses reliqua scuta centum⟩. *Actum Romę, ubi supra* (scilicet in aula novae fabricae archihospitalis), etc. [+] *Et ego Franciscus Pechinolus de Ciuitate Castellana publicus Apostolica auctoritate et supradicti uen. archihospitalis notarius*, etc. Subnectitur: (f. 50) *Eisdem anno, et indictione quibus supra, die uero 22 mensis septembris.* ⟨Ioannes Baptista Garronettus camerarius venerabilis archihospitalis S. Iacobi Incurabilium confitetur se recepisse a domino Marcello Gherardi scuta centum, residuum pretii unius domus venditae dicto Marcello⟩. *Actum Romę*, etc. [+] *Et ego Franciscus Pechinolus notarius publicus*, etc. 9 (f. 52). *An. 1591, indictione IV, die uero 7 mensis augusti.* ⟨Dominus Laelius Petronius vendit domino Marcello Gherardi duo praedia, pretio scutorum duorum millium et quinquaginta. Quorum praediorum alterum situm extra portam S. Sebastiani in loco nuncupato « *Acquataccio* » Laelius Petronius emerat a D. Sigismundo Pignanella una cum domino Paulo Amodeo, qui postea medietatem suam ipsi Laelio vendidit; alterum vero Laelius emerat a domino Fabricio de Fabiis⟩. *Actum Romę, in uia Banchorum, in bancho magnificorum heredum quondam Antonii Ubertini*, etc. Subiciuntur ⟨consensus diversorum ad venditionem de qua superius, scilicet⟩: 1 (f. 53r) *Eisdem anno, indictione, mense, pontificatu quibus supra, die uero duodecima mensis augusti*, ⟨reverendi domini Laelii Furchetti rectoris cappellae SS. Trinitatis, in ecclesia S. Angeli in Foro piscium⟩. *Actum Romę, in officio mei Francisci Belgii*, etc.; 2 (f. 54) *Eisdem anno, mense et indictione quibus supra, die uero 17*, ⟨custodum venerabilis hospitalis Beatae Mariae Porticus Gratiarum et Consolationis, quorum nomina declarantur⟩. *Actum in atrio dicti hospitalis*, etc.; 3 (f. 54v) *Eisdem anno et indictione quibus supra, die uero 5 mensis septembris*, ⟨reverendi domini Fabii Petrottii rectoris cappellae S. Andreae de Columna, in ecclesia S. Mariae in Via⟩. *Actum Romę*, etc.; 4 (ibid.) *Eisdem anno et indictione quibus supra, die uero 7 mensis septembris*, ⟨abbatissae et monialium monasterii S. Annae de Urbe, quarum nomina declarantur⟩. *Actum Romę, in dicto monasterio*, etc. *Francisco Belgio, Antonio Maynardo et Hieronymo Fabrio notariis in solidum rogatis*, etc.; 5 (f. 55r) *Eisdem anno et indictione quibus supra, die uero 10 mensis septembris*, ⟨reve-

rendi domini Antonii Palearii rectoris cappellae SS. Michaelis et Ivonis, in ecclesia olim S. Nicolai diruti, tunc in ecclesia S. Bernardi ad Columnam Traianam〉. *Actum Romę, in officio mei Antonii Maynardi, sito in Banchis,* etc.; [6] (ibid.) *Eisdem anno et indictione quibus supra, die uero 12 mensis septembris,* 〈reverendi domini Iacobi Rinalducci Fanensis rectoris cappellae S. Nicolai in Montibus, in ecclesia S. Marci〉. *Actum Romę in officio mei notarii,* etc. [+] *Ego Hieronymus Fabrius de Treuio publicus Apostolica auctoritate Curięque causarum Camere Apostolice notarius,* etc.

Codicem varii descripsere librarii. Singula instrumenta authentica ex originalibus exemplata sunt et notariorum signis exstructa; in marginibus numeris arabicis distinguuntur. Verba et personarum nomina nonnulla hic illic lineis nigris subductis signantur; interdum additamenta et correctiones in imis marginibus exstant. Folia nonnulla pessumdata et recentiori membrana refecta. In f. I^{v}, alia manu: *Alla finestra N. 3 / N. 392 / Mattia de Gherardi,* et: *9929 Vat.* atramento deletum. F. 63^{v}, alia manu: *Pro Ill. DD. Hieronimo et Matthia de Gherardis contra Ill. D. Paulum de Gualteriis et litis consortes. Die 20 febr. 1623. Ricconch* (?) *Not〈arius〉*; f. 64: *Pro M. D. Marcello Gherardo contra D. Iuliam de Simiis, die XXI martii 1529. D. Franciscus Richettus notarius.* Folia 8-12. 26^{r}. 39-40. 51^{r}. 56^{v}.-63^{r}. 64^{v} vacua.

Integumentum ex charta spissata membrana saec. XIX cooperta.

9998. Saec. XIV, membr., mm. 196 × 133, ff. 27 (+ 1^{a}).

Duodecim prophetae minores et Machabaeorum libri duo ex versione vulgata cum praefationibus et prologis s. Hieronymi et aliorum.

1 (f. 1). Prophetia Osee mutila inc. Cap. XI, v. 6: *consumet electos eius et comedet capita eorum.* **2** (f. 1^{v}). Prophetia Ioel, praeviis tribus prologis, quorum primus s. Hieronymi (f. 1): *Sanctus Ioel apud hebreos* (Bibl. cum glossa, 4, f. 350^{v}-351); secundus s. Isidori Hispalensis excerptus ex opere quod inscribitur: In libros Veteris ac Novi Testamenti prooemia (in ms. *Item beati Ysidori*): *Ioel propheta qui interpretatur incipiens* (M. 83, 170, n. 64); tertius (f. 1^{v}) eiusdem s. Isidori, ex opere: De ortu et obitu Patrum (in ms. *Item de ortu uel obitu eiusdem*): *Ioel filius Phatuel de tribu Ruben* (Tischendorf, p. LXVIII). **3** (f. 2^{r}). Prophetia Amos, cui praeeunt (f. 2) prologus: *Ozias rex cum Domini religionem* (Bibl. cit., 4, f. 357^{v}-358); praefatio s. Isidori Hispalensis (ibid.): *Amos qui interpretatur bonus* (lege *onus*) *uaticinauit in Samaria* (M. 83, 170, n. 65); et alius prologus eiusdem s. Isidori (in ms. *Item beati Ysidori de ortu uel obitu eiusdem*): *Amos pastor et rusticus* (M. 83, 144, nn. 81, 82; Tischendorf, p. LXVIII). **4** (f. 4). Prophetia Abdiae cum tribus prologis, quorum primus: *Iacob patriarcha fratrem habuit Esau* (Bibl. cit. 4, ff. 370-370^{v}); secundus s. Isidori (in ms. *Item beati ysidori*): *Abdias, idest seruus Domini, inter omnes prophetas* (M. 83, 171, n. 67); tertius eiusdem s. Isidori: *Abdias de terra Sichem ortus* (M. 83, 144,

n. 83). 5 (f. 4ʳ). Prophetia Ionae, cum prologo s. Hieronymi (f. 4): *Sanctum Ionam Hebrei affirmant* (Bibl. cit., 4, ff. 372ʳ-373); s. Isidori prooemio (f. 4ᵛ): *Ionas qui interpretatur columba, tam sermone quam naufragio* (M. 83, 171-172, nn. 68 69); et s. Hieronymi prologo ex epistula eiusdem ad Paulinam deprompto: *Ionas columba pulcherrima* (M. 28, 175, 176). Subnectitur locus ex s. Isidori Hisp. opere: De ortu et obitu patrum excerptus (in ms. *Item de ortu uel obitu eiusdem*): *Item Ionas columba et dolens filius* (M. 83, 144, n. 84). 6 (f. 5). Prophetia Michaeae. Praeeunt, ibid., prologus s. Hieronymi: *Temporibus Ioatham, Achaz et Ezechie* (Bibl. cit., 4, ff. 376ʳ-377); alius prologus s. Isidori Hisp. (in ms. *Item beati Isidori*): *Micheas propheta* (!). *Cominatur Samarie* (M. 83, 172, n. 70); tertius ⟨ex s. Hieron. epist. laudata desumptus⟩ (in ms. *Item de obitu eiusdem*): *Micheas de Morasthi, coheres* (M. 28, 175, 176). 7 (f. 6ʳ). Prophetia Naum cum (f. 6) prologo ex duobus conflato (in ms. *Incipit prologus Iheronimi presbiteri*): *Naum prophetam ante aduentum regis* (Bibl. cit, 4, f. 385), et (f. 6ʳ): *Sciendum autem quod Niniue* (Bibl. cit., ibid.), et argumento s. Isidori Hisp. (in ms. *Item alius prologus*): *Naum qui est consolator* (M. 83, 172, n. 71). 8 (f. 7). Prophetia Habacuch cum duobus prologis quorum prior: *Quatuor prophete in duodecim prophetarum uolumine sunt* (Bibl. cit., 4, ff. 389-390); alter ⟨s. Isidori Hispalensis⟩ (in ms. *Item prologus*): *Abacuch amplexans, siue luctator fortis* (M. 83, 172, n. 72); - (f. 7ʳ) Oratio Habacuch pro ignorantibus (!). 9 (f. 8). Prophetia Sophoniae, cum prologo s. Hieronymi: *Tradunt hebrei cuiuscumque prophete* (Bibl. cit., 4, ff. 396-397), et argumento s. Isidori Hisp. (in ms. *Item beati Isidori*): *Sophonias speculator misteriorum Domini* (M. 83, 172-173, nn. 73-74); subicitur locus ex eiusdem s. Isidori opere excerptus (in ms. *Item de ortu uel obitu eiusdem*): *Sophonias de tribu Symon filius Chusi* (M. 83, 145, n. 89). 10 (f. 9ʳ). Prophetia Aggaei cum prologo s. Hieronymi (f. 8ʳ): *Iheremias propheta ob causas periurii* (Bibl. cit., 4, ff. 401ʳ-402), et argumento s. Isidori Hispalensis ex duobus conflato: *Aggeus qui interpretatur sollempnis* (M. 83, 173, n. 75), et: *Natus est ipse Aggeus in Babilonia* (M. 83, 145, n. 90). 11 (f. 9ʳ). Prophetia Zachariae cum s. Hieronymi prologo: *Secundo anno Darii regis Medorum Aggeum* (Bibl. cit., 4, ff. 405ʳ-406), et argumento s. Isidori (in ms. *Item de ortu uel obitu eiusdem*): *Zacharias qui nominatur memoria Domini* (M. 83, 173, nn. 76-80). 12 (f. 12). Prophetia Malachiae cum prologo s. Isidori Hisp.: *Malachias propheta, qui interpretatur angelus Domini* (M. 83, 174, nn. 81-83); subicitur prologus ex duobus conflatus, idest s. Hieronymi (in ms. *Item de ortu uel obitu eiusdem*): *Malachias aperte, et in finem omnium prophetarum* (M. 28, 175-176); et s. Isidori: *Fuit et ipse Malachias post aggressionem populi in Sophia genitus* (M. 83, 145, n. 92). 13 (f. 12ʳ). Libri I-II Machabaeorum. Praeit prologus ex tribus con-

flatus, quorum primus depromptus est <ex s. Isidori Hispal. opere quod inscribitur: In libr. Vet. et Nov. Test. prooemia>: *Machabaeorum libri, licet non habeantur* (M. 83, 174-175, n. 85); secundus <ex eiusdem s. Isidori opere: De ortu et obitu patrum>: *Machabaei VII patres ab una matre* (cf. M. 83, 148, n. 105); tertius denique ex s. Hieronymo: *Machabeorum libri duo prenotant* (Bibl. cit., 4, f. 428; Thomasius I, p. 276).

Codex binis columnis exaratus titulos exhibet rubro colore distinctos. Litterae initiales maiores alterna vice rubro ac caeruleo colore exscriptae, maximae vero et singulorum librorum initia auro variisque ornamentis fulgentia. In summo margine singulorum foliorum prophetarum nomina repetuntur, et in marginibus ordo capitulorum numeris romanis designatur. Enumeratio recenti manu apposita. Ff. 1^a. et 27 a librario adiecta, vacua sunt; f. 27^v numero antiquo 137 signatum.

Integumentum ex charta spissata rubro corio cooperta saec. XIX; tabulae aurea ornamenta in gyrum exhibent et in medio stemma cardinalis sive episcopi.

9999. Saec. XV in., membr., mm. 163 × 108, ff. II-159.

<**Dominici Cavalca** *La medicina del cuore* inde a libro secundo qui inscribitur *Della Pazienza*> (D. Cavalca, *Medicina del cuore, ovvero trattato della Pazienza.* Roma, Pagliarini, 1756, pp. 81-319). Praeit totius operis index qui mutilus inc. a cap. VIII.

Codex perbelle et accurate exscriptus. Tituli et capita rubro colore exarata. Litterae initiales maximae rubro ac caeruleo colore et ornamentis alterna vice caeruleis et rubris depictae, auri vestigia laevissima praebent. Novissimum singulorum quaternionum folium in imis marginibus prima verba sequentis exhibet. Primum folium primi quaternionis excisum et duobus recentioribus vacuis suffectum. In imo margine f. 158^v quaedam evanida. F. 159, summo margine resectum, remedium continet ad repellendas scrofulas, alia manu eiusdem fere aetatis.

Integumentum ex charta spissata; tabulae charta rubra, dorsum vero corio cooperta sunt.

10000. Saec. XIV, membr., mm. 171 × 117, ff. 474 (+ f. 432^{bis})

Breviarium fratrum minorum in duos tomos A et B.

1 (f. 1). Proprium de tempore a dominica I Adventus usque ad Dominicam XXIV post Pentecosten (in ms. *Ad honorem omnipotentis Dei et batissime* (!) *Virginis Marie. Incipit breuiarium ordinis fratrum minorum secundum consuetudinem romane ecclesie.* ....) Inc. *Sabbato de aduentu. Ad uesperum. Cap. Fratres, scientes quia hora est iam.* Des. *uerba autem mea non transibunt, dixit Dominus.* Haec notanda duxi potissimum: [1] (f. 56) ordo Completorii ante dominicam secundam post Epiphaniam; [2] (f. 157^r) scripturae lectiones incipiunt a libris Regum *Fuit uir unus de Rama;* subicitur (f. 161)

officium **Corporis Christi** cum octava (in ms. *Feria V post octauas pentecostes officium noue sollempnitatis Corporis Christi*). Inc. *In uig. ad uesperas ant. Sacerdos in eternum.* Des. *Quid sermo sonat affectus sentiat;* - (f. 165ᵛ) rubrica: *In octaua sollempnitatis Corporis Domini nostri Iesu Christi fit officium, sicut in die, s. ad uesp. a⟨ntiphona⟩: Sacerdos in eternum, cum reliquis per ordinem;* [3] (ibid.) homiliae dominicarum post Pentecosten incipiunt a dominica II; [4] (f. 176) scripturae lectiones a kal. Augustis incipiunt a parabolis Salomonis. **2** (f. 192ᵛ) Rubricae generales: *Aduentus Domini celebratur.* **3** (f. 198). Kalendarium. Inter nomina sanctorum: mense ianuarii: die 11, Inventio corporum beatorum martyrum Firminae et Olimpiadis; mense februarii: die 13, s. Pelagii papae; mense martii: die 4, dedicatio ecclesiae Narnensis (alia manu saec. XIV); die 31, sanctae Galvinae V. M.; mense aprilis: die 2, consecratio eccl. s. Mariae de Otriculo et beatae ..... (manu saec. XV); die 8, s. Ursicini M.; die 24, s. Anselmi (manu saec. XV); mense maii: die 13, s. Gandulfi (manu saec. XV); mense iunii: die 1, s. Secundi; die 26, s. Medici M.; mense iulii: die 3, sanctae Mustiolae; die 14, dedicatio ecclesiae s. Victoris de Utriculo (alia manu saec. XIV); mense septembris: die 7, s. Ioannis martyris (manu saec. XV); die 21, dedicatio ecclesiae beatae Firminae civitatis Ameliae; die 25, s. Faustae virg. et mart. (manu saec. XV); mense octobris: die 27, s. Ursulinae (manu saec. XV), die 30, s. Girardi ep. conf.; mense novembris: die 5, translatio corporis s. Victoris; die 7, ss. martyrum Leontii, Nectarii et Leopardi (manu saec. XV); die 29, s. Illuminatae V. M.; mense decembris: die 1, s. Olimpiadis M.; die 3, s. Fulgentii; die 20, dedicatio altaris s. Medici (alia manu saec. XIV). **4.** Psalterium romanum litteris initialibus feriatum cum ordinario de Tempore cum invitatoriis, hymnis, antiphonis et versiculis; omissis tamen antiphonis et psalmis ad laudes et per horas. Inc. (f. 205) cum antiphonis de Adventu: *Veniet ecce; antiphona de psalmista: Seruite; antiphona tempore Paschali: Alleluia,* deinde (f. 205ᵛ) psal.: *Beatus uir qui non abiit in consilio impiorum.* Praemittuntur: [1] (f. 205) ⟨Dominicae septuag. quot. hymnus⟩ (in ms. rubrica: *In dominicis diebus a kalendis octubris ad sabbatum primum de Aduentu, et ab octaua Epyphanye, usque ad dominicam primam XL. Ad noct. ym.*⟩, inc. *Primo dierum omnium* (Chevalier, Repert. hym., n. 15450); [2] (ibid.) ⟨Dominicae aestiv. (fest. quot. fer. II) hym.⟩ (in ms. ut supra: *In estate dicitur ad noct. ym. ab octaua pentecostes, usque ad kl. octubris. In dominicis diebus ad nocturnum ym.*), inc. *Nocte surgentes uigilemus omnes* (Chevalier, op. cit., n. 12035). Psalterio expleto, sequuntur cantica: [a] (ibid.) *Confitebor tibi Deus;* [b] (f. 275) *Ego dixi in dimidio dierum meorum uadam ad portas inferi;* [c] (f. 275ᵛ) *Exultauit cor meum in Domino;* [d] (ibid.) *Cantemus Domino;* [e] (f. 276ᵛ) *Domine, audiui auditum;* [f] (f. 277) *Adtende*

Liber condemnationum et absolutionum quae a die XV Maii ad diem XXVII Octobris an. MCCCXXX « date, late et sententialiter pronuntiate » sunt « per mangnificum (!) et potentem militem dominum Johannem domini Iustinelli de Tesalgardis de Firmo, honorabilem capitaneum communis et populi Perusij,... et scripte et lecte per... Nicolutium magistri Accapti de Tholentino,... notarium et... officialem dictorum domini capitanei et communis, per ipsum dominum capitaneum in porta Sancti Petri ad malleficia deputatum ».

Omnes et singuli actus scripti sunt manu Nicoluccii magistri Accapti, notarii, praeter actum promulgationis nonnullarum sententiarum, quem (f. 12) exaravit Vannus Pauli de Macerata, notarius. Pars foliorum superior igne consumpta. Ff. 14ᵛ. 15. 16 vacua. In tegumenti fronte *Liber conde⟨m⟩p(nationum;* quae sequebantur perierunt); nota numeralis *138* et nescio cuius tessera gentilicia (scutum viride in parte sinistra fascias duas albas, in dextra tres praefert; caput caeruleum lilia tria flava).
Integumentum ex membrana flexibili saec. XIV.

10034. Saec. XV, chart., mm. 232×165, ff. 160.

Miscellanea medica.

1 (f. 1). ⟨**Gualterii** Dosis medicinarum⟩ (in ms. *Incipit liber medicinarum*). Inc. *Medicinarum quedam* (in ms. *quidam*) *sunt simplices et quedam composite. Simplices uero sunt, ut dicit Auicenna, que habent operationes uniuersales.* Des. (f. 14ʳ) *et maior dosis opiatarum fit usque ad 3. 1. Et de dosi medicinarum secundum magistrum Gualterium de Montepesulano dicta sufficiant* (cf. *Histoire littéraire de la France,* tom. XXI, p. 412; De Renzi, Collectio Salernitana, tom. I, Napoli 1852, p. 293).

2. ⟨Adversaria de re medica⟩. [1] (f. 14). ⟨De urinis⟩ (inc. *Iste est modus iudicandi urinas, et quod dicam in uno colore intelligatur in omnibus alijs coloribus;* des. *Niger ut incaustum signat mortem*). [2] (f. 18). ⟨Antidotarium et receptarium⟩, fine mutilum. Inc. *Artemisia valet contra st⟨er⟩ilitatem que sit ex humiditate.* Des. *Purgatio specialis ad fistulam. R. sucum brionia, et sicca, et postea pulueriza et cum melle distempera, et da quāt semel in septimana in modum nucis cum uino, quoniam hec potio proprio facit fistu...*

Tituli minio exarati; litterae initiales capitum rubro ac caeruleo colore depictae, prima excepta quae auro illita est variisque coloribus distincta. Textus valde corruptus. Correctiones inter lineas paucae; additamenta et notulae, latine et interdum italice, hic illic in marginibus adiecta. Post f. 160 folia complura perierunt. In margine inferiore folii 1^r stemma (balteus subobscurus in arvo aureo inter tres stellas et lunulam argenteas).
Integumentum ex charta spissata cum dorso et angulis membranaceis.

10035. Saec. XVI et XVII, chart., mm. 221×161.

Volumen sexdecim constat fasciculis, maxima ex parte typis impressis, cum glossis interlinearibus et scholiis marginalibus, manu Antonii Authier.

I. An. 1573, ff. I-22.

Horatii Flacci carminum liber I. Parisiis, ex officina Thomae Brumennij, in clauso Brunello, sub signo Olivae, 1573. Inter lineas glossae, manu Antonii Authier.

II. Saec. XVI, ff. 14.

Q. Horatii Flacci odarum seu carminum liber II, cum scholiis marginalibus, manu eiusdem Antonii Authier.

Fasciculus caret nota loci et anni. In margine sup. folii 1^r exstat ornamentum, in quo conspicitur insigne Veritatis, cum inscriptione *Odiosa veritas*, et in calce eiusdem ornamenti nomen bibliopolae *Denis Dupré*, de quo cf. n. IV.

III. Saec. XVI, ff. 22.

Q. Horatii Flacci odarum seu carminum liber III, cum scholiis marginalibus usque ad f. 5^r, manu eiusdem Antonii Authier.

Fasciculus item caret nota loci et anni idemque ornamentum exhibet in margine sup. folii 1^r, de quo supra diximus.

IV. An. 1578, ff. 22.

Q. Horatii Flacci epistolarum liber primus, labore et studio ad multorum exemplarium fidem castigati (!), variis lectionibus ad marginem appositis, cum argumentis artificiosis ad singulas epistolas, per Claudium Minoem Diuionensem. Parisiis ex Typographia Dionysij a Prato, via Amygdalina, ad Veritatis insigne, 1578. Inter lineas, usque ad f. 10^v, glossae, manu eiusdem Antonii Authier.

V. Saec. XVI, ff. 9.

Q. Horatii Flacci epistol(arum) liber II.

Nota loci et anni desideratur. In margine sup. folii 1r idem exstat ornamentum atque in fasciculis II et III.

VI. An. 1578, ff. I-24.

Iacobi Cheyndii annotationes ad Q. Horatii Flacci carmina 1-31 libri I, ab Antonio Authier anno 1578 scriptae. Inc. *Quod attinet ad vitam Horatij.* Mutilae des. *Malvas leves vocat quod... vocari hoc loco quos / Martialis....*

F. 1v vacuum. In f. Ir scriptum legimus *Christhophorus / Autherius / ad maiorem Dei gloriam / 1625.*

VII. An. 1579, ff. 16.

Scholia in Horacii Flacci epistolas anno 1579 (corr. ex *1580*), manu Antonii Authier. Inc. *Ex varijs Horatij scriptis.* Des. (in epist. VII, v. 77 lib. I) *qua de re legi poterit Polux, lib. 5, cap. 16.*

VIII. An. 1579, pp. 76.

Theognidis Megarensis sententiae (graece usque ad p. 43, latine a p. 44), cum glossis interlinearibus et marginalibus, manu Antonii Authier. Parisiis, MDLXXIX, apud Ioannem Bene-natum.

IX. Saec. XVI, pp. 8.

Phocylidis poema admonitorium cum glossis et scholiis, manu Antonii Authier. Typis impressum graece, sine loco et anno. Sequuntur octo aliae paginae item impressae sine loco et anno, quae continent versionem latinam eiusdem poematis, Vito Amerbachio interprete.

X. Saec. XVI, ff. 52.

M. Tullii Ciceronis pro M. Caelio oratio, Ioannis Tistini, Bartholomaei Latomi, et Philippi Melanchtonis commentarijs illustrata XXXV. Parisiis, ex officina Michaelis Vascosani, in uia quae est ad diuum Iacobum, sub Fontis insigni, MDXLIIII. Inter lineas, usque ad f. 18v, glossae solita manu exscriptae.

Folio 52 subnectuntur septem alia folia, manu Antonii Authier, anno 1578 scripta, quae continent adnotationes Iacobi Cheyndii in eandem Ciceronis orationem. Inc. *Quinto Metello et Publio Lentulo consulibus.* Des. *a moribus hominis aliena.*

XI. An. 1579, ff. 24.

M. T. Ciceronis oratio pro L. Murena, annotationibus Bartholomaei Latomi illustrata. Parisiis, ex typographia Dionysii a Prato, via Amygdalina, ad Veritatis insigne, 1579. In foliis 2-4r exstant glossae manu A. Authier.

XII. An. 1550, ff. 16.

M. T. Ciceronis pro Q. Ligario oratio, F. Syluij commentariis et Barpt. Latomi artificio explicata. Parisiis, apud Viduam Mauricij a Porta, in clauso Brunello, sub signo D. Claudij, 1550. Exstant inter lineas et in marginibus annotationes, manu A. Authier.

XIII. An. 1549, ff. 23.

M. T. Ciceronis Cato Maior, seu de Senectute. Dialogus ad T. Pomponium Atticum. Parisiis, apud Thomam Richardum, sub Bibliis aureis, e regione Collegij Remensis, 1549. Inter lineas et in marginibus annotationes, manu A. Authier.

XIV. An. 1577, ff. 14.

L. Flori de gestis Romanorum epitome liber primus, scholiis doctissimi cuiusdam viri illustrati (!). Parisiis, ex typographia Dionysii a Prato, via Amygdalina, ad Veritatis insigne, 1577. Exstant usque ad f. 10 glossae, manu A. Authier.

XV. An. 1573, pp. 11.

Κικερῶνος Δημηγορία περὶ τῆς ἀμνηστίας ἐκ τῶν Δίωνος. Parisiis, apud Ioannem Bene-natum, MD.LXXIII. In pagina 3 paucae verborum explicationes, manu A. Authier.

XVI. Saec. XVII, ff. 11.

⟨Adnotationes in lib. I epitome L. Flori de gestis Romanorum⟩, manu A. Authier scriptae. Inc. *Cum ratio scribendae historiae olim apud Romanos.* Des. (c. 14) *narrat Titus Liuius lib. 7. Finis / 1625 . Christhoforus A. / Autherius / rhetor / ad maiorem Dei gloriam.*

F. 11ᵛ vacuum. In tegumenti tabulis reliquiae veteris integumenti adglutinatae sunt, quarum una nomen praebet *Antonius Authier* et alia verba *In te, Domine, confido.*

Integumentum ex charta spissata tela cooperta, cum dorso et angulis ex corio.

10036. Saec. XVII, chart., mm. 314×217, ff. III-314.

Raymundi Lulli opera complura, catalaunica lingua conscripta.

1 (f. 2). ⟨*El*⟩ *Desconort*. Inc. *Deus ab vostra virtut comens est desconort.* Des. *Aquest bell desconort do al Sanct Spirit. Amen.* (ed. Rosselló, *Obras rimadas de Ramon Lull, escritas en idioma catalan-provenzal, publicadas por primera vez, con un articulo biografico, ilustraciones y variantes, y seguidas de un glossario de voces anticuadas,* Palma-Madrid 1859, p. 314-360; cf. *Histoire littéraire de la France,* XXIX, p. 266-267). **2** (f. 18). ⟨Liber de tredecim orationibus⟩ (in ms. *Son. / Orations fetes per Remon Lull doctor / illuminat et martyr,*

fetes á requesta de la / molt alta e generosa Dona Blanca Regina / de Arago, muller del inuictissimo Rey en / Jaume Rey de Arago et Mallorca, / reduides en art per lo mateix Doctor, / com a la fi de les orations se pot veure. / Me lege. +. *Me ama. / Io. Sag. ... scriptor et possessor /.* Inc. *Com molts homens desitjen saber hauer manera per la qual sapien molt ben pregar.* Des. *per amor e en ta memoria per membrar, e en ton enteniment per entendre, donant laor, gracie e merce a Deu.* Sequitur nota: *De la fi de aquest libre. Finit es aquest libre de orations e de doctrina de amar á Deu en la ciutat de Barcelona en l'any mil doscents nouanta nou, lo qual fonch fet á requesta del molt alt noble senyor en Jaume Rey de Arego e de la molt alta Dona Blanca muller sua,* etc. (cf. *Histoire littéraire de la France,* loc. cit., p. 332). **3** (f. 48v). ⟨**Liber de prima et secunda intentione**⟩ (cf. *Histoire* cit., loc. cit., p. 217-219). Inc. *Aquest libra qui primer sa saguex, es de primera è segona intencio ... Del proamboll. Considerant e iaent en mon lit.* Des. *tement, e conuxent e amant nostro señor Deu. Amen.* **4** (f. 70). ⟨**Lo peccat de Nadam**⟩ (in ms. *Aquests versos deuall scrits, qui son per nombre CC, ffeu lo vener. mre Ramon Lull a Perpanya a raquesta del Rey de Mallorques, qui volia saber Deus com romania scusat de la perditio dels homens, quis sagueix per lo manament que Deus ffeu a Adam sabent Deu que Adam passaria lo manament per lo qual tant home seria demnat, e encare vols saber per que Deus no confirma los homens en gracia per tal que no poguessen peccar, e per consaguent aguessen gloria, les quals demandes li foren declarades segons dauall se conte;* ed. Rosselló, p. 179-184, cf. *Histoire* cit., loc. cit, p. 264-265). Inc. *Hun senor rey qui be senten.* Des. *Des amor a mi peccador.* **5** (f. 76). **Libre de Santa Maria** (ex hoc codice ed. I. Pijoan, Vilanova et Geltrú, 1905). **6** (f. 198). ⟨**Arbor philosophiae amoris**⟩ (in ms. *Deus ab vostra amor comensa l'arbre de filosofia d'amor:* cf. *Histoire* cit., loc. cit., p. 200-203). Inc. *Ramon estant á Paris per so que pogues fer gran be per manera de saber.* Des. *a honor de nostra Dona santa Maria que es subirana dona d'amor.* Sequitur (f. 275v) canticum (in ms. *Del cant de Ramon*), quod inc. *Son creat e esser mes dat,* et des. *a procurar los honraments. Laus et honor essencie Dei,* etc. **7** (f. 279v). ⟨**Els cent Noms de Deu**⟩ (in ms. *Deus ab ta Virtut comença aquest libra, qui es dels cent Noms Deus;* ed. Rosselló, p. 201-203; cf. *Histoire* cit., loc. cit., p. 265-266). Prologus inc. *Com los Serreyns entenen prouar,* et des. *en lo dictat en que es posat.* Liber inc. *O Deus. O Deüs divinal, tu es Deu per obrar;* des. *es fet á vostre honrament.* Sequitur (f. 305) *La laor de cascun Salm;* inc. *Laor e honor á la essencia de Deu.* **8** (f. 306). **Plant de Nostra Dona sancta Maria** (in ms. *Plant de la Verge Maria per Mre Ramon Lull fet:* ed. Rosselló, p. 134-144; cf. *Histoire* cit., loc. cit., p. 263). Inc. *Anaua*

ab gran gaug la Verge Maria. Des. *A vos, Verge Reyna, coman est xant de mors.*

Codex diligenter exscriptus est ex exemplari quod anno 1615 adservabatur *in Archivo inferiori Domus Iurariae Universitatis, Civitatis et Regni Maioricensis,* prout docent litterae authenticae Matthaei Nebot, publici notarii et custodis Archivi eiusdem domus Iurariae et Universitatis, in ff. 309-313 allatae, sigillis munitae. Foliorum enumeratio duplex; recentem typis expressam secuti sumus. Ff. I-III. 1ᵛ. 314 vacua; item ff. 17. 46-48ʳ. 74. 75. 195ᵛ-197, ad significandas exemplaris lacunas. F. 1ʳ contentorum indiculum praebet. In codicis dorso, interius, membrana adglutinata est, avulsa ex duobus foliis cuiusdam dictionarii saec. XIV exscripti. Codicem memorat Pijoan, op. cit., p. XIII-XIV. In fronte integumenti index contentorum; in dorso nomen auctoris.

Integumentum ex pergamena flexibili.

10037. Saec. XVII, chart., mm. 268 × 176, ff. 44.

1 (f. 1ʳ). ⟨**F. Guicciardini,** *Libro secondo dell'istoria sopra il sacco di Roma*⟩ (in ms. *Relatione del sacco di Roma l'anno 1527.* Ed. Coloniae, 1758, p. 111-226).

2 (f. 37ʳ). *Capitoli tra la Santità di Nostro Signore Papa Clemente VII e li agenti della Maestà Cesarea di Carlo V per il sacco di Roma alli 5 di Giugno, l'anno 1527* (ed. cit., p. 227-239).

3 (f. 41ʳ). *Breuisiloqua enarratio aduentus Borboni ac exercitus Cesarei ad ciuitatem Romę sub die 6 Maij 1527, recensita in broliardo, seu manuali per quondam Ioannem Michaelem, notarium publicum auditoris Camerę, cuius officium residet hodie in banchio retentum ac de presenti possessum a D. Antonio Raynaldo quondam Martij Nuculę, eiusdem Curię auditoris Camerę notario.* Inc. *Die sabbathi 4 Maij 1527. In omnibus. - Non fuit tenta audientia propter aduentum exercitus Cesarei.* Fin. *Quare ab illa die citra tota Urbs fuit maxime desolata, et ulterius non tenta audientia, neque etc.*

Ff. 1ᵛ. 42ᵛ-44 vacua. In priori integumenti tabula nomen possessoris *Del Sig.ʳ Tomasso Pizzi.* Foliorum enumeratio typis expressa. Integumentum flexibile ex charta spissata, membrana obtecta.

10038. Saec. XV, chart., mm. 288 × 205, ff. V-289.

Novum Testamentum ex versione vulgata; F. **Ulrici Engelberti de Argentina** Summae theologicae liber V; **Francisci de Mayronis** sermones et tractatus.

1. Novum Testamentum. ¹ (f. 2). Evangelium s. Matthaei. **Praemittuntur:** (f. 1) ⟨s. Hieronymi⟩ praefatio: *Plures fuisse qui ewangelia,* usque ad v. *quam eclesiasticis uiris canendas* (in ms. *cauendas.* Migne, P. L., 26, 15-20, B, 1);

(f. 1^v) *prologus*, seu melius argumentum: *Matheus ex Iudea* (M. 103, 273-274); alius prologus: *Matheus cum primo predicasset* (M. 114, 63-65). [2] (f. 18^v). Evangelium s. Marci; praeit (f. 18^r) prologus: *Marcus euangelista Dei* (M. 103, 279-280). [3] (f. 28^v). Evangelium s. Lucae, praemisso prologo: *Lucas seruus* (!) *antyocensis* (M. ibid., 285-286). [4] (f. 47). Evangelium s. Ioannis cum prologo: *Hic est Iohannes euangelista* (M. 92, 633-636). [5]) S. Pauli epistulae cum (f. 60^v) prologo: *Primo queritur quare post ewangelia* (M. 111, 1275-1278) et solitis argumentis singulis epistulis praefixis (M. 114, 469. 519. 551. 569. 587. 601. 609. 615. 619. 623. 633. 637. 641. 643). [a] (f. 61^v). Ad Romanos. [b] (f. 68). Ad Corinthios I. [c] (f. 74^v). Ad Corinthios II. [d] (f. 79). Ad Galatas. [e] (f. 81). Ad Ephesios. [f] (f. 83^v). Ad Philippenses. [g] (f. 85^v). Ad Colossenses. [h] (f. 87). Ad Thessalonicenses I. [i] (f. 88^v). Ad Thessalonicenses II. [l] (f. 89^v). Ad Timotheum I. [m] (f. 91). Ad Timotheum II. [n] (f. 92^v). Ad Titum. [o] (f. 93^v). Ad Philemonem. [p] (f. 94). Ad Hebraeos. [6] (f. 99). Actus Apostolorum cum praefatione: *Lucas nacione syrus - animabus eius proficeret medicina* (Biblia cum glossa, ed. Venetiis 1588, 6, f. 163). [7] (f. 119^v). S. Iacobi epistula; praeit (f. 119^r) ⟨s. Hieronymi⟩ prologus: *Non ita ordo est* (M. 29, 863-874). [8] (f. 121^v). S. Petri epistula I; - (f. 123^v) epistula II. [9] (f. 125). S. Ioannis epistula I; - (f. 126^v) II; - (f. 127) III. [10] (ibid.). S. Iudae epistula. [11] (f. 128). S. Ioannis Apocalypsis, praevia (f. 127^v) praefatione: *Omnes qui pie uolunt uiuere - parabole Salomonis* (cod.: *Solomonis;* Bibl. cit., 6, f. 239^v-240^v).

2 (f. 146). ⟨**Ulrici Engelberti de Argentina** Summae theologicae liber V⟩ (in ms. *Incipit V^{us} liber qui est de hijs que pertinent ad districtam theologiam de Filio Dei secundum utramque naturam, scilicet diuinam et humanam*). Inc. *Christus Ihesus, cuius persone hunc quintum librum dedicamus.* Des. *nos secundum distinctionem meritorum collocaturus in bonis optimis et eternis per suam gratiam. Cui est honor et gloria in secula seculorum amen. Explicit 5^{us} liber fratris Ulrici de Argentina, anno etc. LII.* De hoc Engelberti opere cf. Quetif et Echard, Scriptores ordinis praedicatorum, Lutetiae Parisiorum 1719, I, p. 356-358.

3. ⟨**Francisci de Mayronis** sermones et tractatus⟩ (de editionibus, quae tamen non omnia codicis nostri continent, cf. Hain, Repertorium bibliographicum, nn. 10531-10532). [1] (f. 206). ⟨In nativitate Domini⟩. Inc. *Natus est hodie... Luc. 2° cap.° Circa natiuitatem filij Dei, plures consideraciones occurrunt.* Des. *et postea morales: et hec de natiuitate Christi sufficiant.* [2] (f. 206^v). ⟨In eodem festo⟩. Inc. *Orrietur* (!) *uobis omnibus timentibus... Quia, secundum beatum Dyonisium, sicut ille magnus sol.* Des. *se ipsum collocauit: ad quam Christus suis beatis meritis nos uenire faciat.* [3] (f. 208^v). ⟨In eodem festo⟩. Inc. *Verbum caro*

factum est et habitauit in nobis... Quia, secundum sermonem. Des. *divinam essentiam et eius humanitatem: ad cuius visionem nos perducat, etc.* [4] (f. 209ᵛ). ⟨In eodem festo⟩. Inc. *Gloria in excelsis Deo... Quia, secundum preclaram Danielis prophetiam, duo sunt officia.* Des. *cuius visionis particeps faciet, qui, etc.* [5] (f. 210ᵛ). ⟨In eodem festo⟩. Inc. *Lux orta est* (in ms. *et*) *iusto... Quia vere Dei virtus et sapientia.* Des. *Qui viuunt in spiritu, etc.* [6] (f. 212). ⟨In festo s. Stephani⟩. Inc. *Stephanus plenus gratia.. Quia, secundum doctrinam beati Augustini.* Des. *omnibus sanctis datur: ad cuius visionem Christus nos perducat.* [7] (f. 214). ⟨In eodem festo⟩. Inc. *Ecce ego mitto ad uos prophetas... Quod quidem verbum ad laudem beati Stephani.* Des. *et in trono.* [8] (f. 216). ⟨In festo s. Agnetis⟩. Inc. *Venerunt nupcie agni et uxor eius... Quia vero pro extollenda virtute.* Des. *ad has nos Jhesus uocare dignetur, etc.* [9] (f. 218). ⟨In festo ss. martyrum Vincentii et Anastasii⟩. Inc. *Hec est victoria que vincit mundum... Quia vero beatus Vincencius, secundum exigenciam sui nominis.* Des. *ut pro nobis oret. Amen.* [10] (f. 219). *Sermo in purificatione Marie Virginis.* Inc. *Postquam inpleti sunt dies... Refert beatus Dyonisius quod in celesti ierarchia.* Des. *que de me dicta sunt, etc. Amen.* [11] (f. 221). ⟨In vincula s. Petri⟩. Inc. *Quodcumque ligaueris super terram... Beatus Augustinus describit duos ultimos fines esse futuros.* Des. *solem suum facit oriri super bonos et malos, et pluit super iustos et iniustos. Amen.* [12] (f. 225). ⟨In festo s. Gregorii⟩. Inc. *Vidi quod tantum precederet sapientia... Quia, secundum doctrinam appostoli* (!) *ad Romanos 12°., sicut in uno corpore.* Des. *gaudium et requies perpetua. Amen.* [13] (f. 227ᵛ). ⟨In annuntiatione B. Mariae Virginis⟩. Inc. *Primus dies erit celeberrimus... Quia, secundum doctrinam Dyonisij in libro de divinis nominibus.* Des. *quas nupcias nobis ostendere dignetur Christus.* [14] (f. 229). ⟨In eodem festo⟩ (in ms. *festum Annunciationis*). Inc. *In mense 6ᵗᵒ missus est angelus... In isto ewangelio sunt 12 misteria consideranda.* Des. *de Nazareht, ut patet alubi, in alia prosa etc.* (?) *est finis.* [15] (f. 230ᵛ). ⟨In festo corporis Christi⟩. Inc. *Memoriam fecit... Tria inveniuntur preconia.* Des. *qui uenit ad me non faciet unquam etc.; quod nobis prestare dignetur qui viuit et regnat etc.* [16] (f. 233ᵛ). ⟨De sacrificio missae⟩. Inc. *Facta est grandis celebritas.* Des. *cum non sit visitum agens, etc. Amen.* [17] (f. 236). ⟨In festo omnium sanctorum⟩. Inc. *Tristitia vestra vertetur in gaudium... Qui vero beato Mattheo.* Mutilus des. *qui volet habere plus de felicitate illum.* [18] (f. 239). ⟨Tractatus de Trinitate⟩. Inc. ⟨Q⟩*uia circa beatissime Trinitatis sacramentum.* Des. *quia eius visio Christus nos in patria felicitauit.* [19] (f. 240). ⟨Sermo in festo s. Ioannis Baptistae⟩. Inc. *Inter natos mulierum non surrexit maior... Inter cetera laudis preconia quibus Saluator commendat personam.* Des. *quam digito demonstrauit, ad cuius gloriam*

nos perducat. [20] (f. 241v). ⟨In festo ss. apostolorum Petri et Pauli⟩. Inc. *Petrus et Iohannes ascenderunt in templum... Quia isti fuerunt principales appostoli.* Des. *gloria eius, ad quam nos per(ducat).* [21] (f. 242v). ⟨In festo s. Mariae Magdalenae⟩. Inc. *Remittuntur tibi peccata tua... Quia vero ex testimonijs sacre Scripture didicimus quod homines.* Des. *et est confusio adducens ad gloriam... ad quam gloriam nos perducat. Amen.* [22] (f. 246). ⟨In eodem festo⟩. Inc. *Mariam optimam partem elegit... Duo in verbis prepositis supponuntur ad laudem istius sacratissime virginis.* Des. *cuius meritis et precibus nos ad hospicium eternum perducat suus amicus Jhesus.* [23] (f. 247). ⟨In eodem festo⟩. Inc. *Magna est, velud mare, contricio tua, Trenorum 2°, unde Gregorius, cogitante* (!) *michi de Marie penitentia.* Des. *quia esse osculantem docebat, etc.* [24] (f. 248v). ⟨In laudem virginis Mariae⟩. Inc. *Vocabit Dominus aridam terram, congregacionem aquarum appellauit maria, Gen. primo. Secundum appostolum.* Des. *que continue ei pro nobis astitit sue misericordie invocatrix. Amen.* [25] (f. 251). ⟨In festo Assumptionis B. Mariae Virginis⟩. Inc. *Ad preceptum tuum elevabitur aquila... Quia mater Domini fuit in sua benedicta assumpcione.* Des. *sicut mater Dei benedicta, cuius meritis et precibus perducat nos ad gaudia celorum. Amen.* [26] (f. 253). ⟨In eodem festo⟩. Inc. *Mulier amicta* (in ms. *amica*) *sole et luna... Ubi beatus Iohannes volens describere felicitatem.* Des. *ad cuius dexteram eius meritis nos perducat.* [27] (f. 254). ⟨Sermo de B. Virgine Maria⟩. Inc. *Ipsa est mulier quam preparauit Dominus ... Consuetudo est inter reges et principes.* Des. *quibus cum suo sponso Dei filio feliciter in secula seculorum, etc., qui viuit et regnat.* [28] (f. 255). ⟨In festo s. Bartholomaei⟩. Inc. *Percusserunt me et vulnerauerunt me... Verba preposita primo possunt exponi per passionem gloriosi.* Des. *quam coronam nobis peruenire amoris est. Amen.* [29] (f. 256v). ⟨In eodem festo⟩. Inc. *Pellem pro pelle... In verbis prepositis passio beati Bartholomei.* Des. *in anima et corpore glorificauit; quam coronam nobis promereri concedas. Amen.* [30] (f. 257v). ⟨In festo s. Augustini⟩ (in ms., alia manu: *De beato patre nostro Augustino*). Inc. *Sol illuminans per omnia respexit, et gloria Domini plenum est opus eius. Quia beatus Augustinus fuit a Deo.* Des. *cuius suauitatis nos participes faciat. Amen.* [31] (f. 258). ⟨In eodem festo⟩ (in ms., alia manu: *De sancto Augustino*). Inc. *Fluvius egrediebatur de loco voluptatis... Quia ad exprimendam perfectionem beati Augustini.* Des. *dominica suauitate, quam gustum nobis prestare dignetur, etc. Amen, amen.* [32] (f. 259). *De sancto Augustino* (titulus alia manu perscriptus). Inc. *Ostendit mihi angelus... Verba preposita conuenienter possunt assumi.* Des. *efficiat, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.* [33] (f. 260). *De sancto Augustino* (titulus, ut supra). Inc. *Tu signaculum similitudinis plenus scientia... In verbis prepositis sumitur perfectio Augu-*

stini. Des. perfectissime transformatus, quod nobis, etc. Amen. [34] (f. 261). De beato Augustino (titulus, ut supra). Inc. Vidi in medio septem candelabrorum... Verba preposita assumi possunt pro laude et preconio. Des. ut uideam Dominum meum in te; cuius gaudij nos participes faciat qui vivit et regnat. Amen. [35] (f. 262). ⟨In laudem Virginis Mariae⟩. Inc. Orietur stella ex Iacob... Secundum doctrinam beati Ieronimi. Des. ut habetur Thobie 12; cuius felicitas nos consortes efficiat. Amen. [36] (f. 263). ⟨In festo s. Michaelis archangeli⟩. Inc. Michael et angeli eius preliabantur... Quamuis Ecclesia sollempniset de omnibus angelis bonis. Des. similes sunt sordepulo (!), etc. [37] (f. 264). ⟨De angelis⟩. Inc. Circa materiam de angelis, plures contemplationes occurrunt. Des. ordinat et disponit que nobis concedat in patria sine fine videre, etc. Amen. [38] (f. 266ᵛ). ⟨In festo s. Lucae⟩. Inc. Ego sum Raphaël angelus... Quia, secundum doctrinam beati Ieronimi, Raphael intelligitur medicina Dei. Des. quam indulgentiam meritis beati Luce nobis concedat Ihesus Christus. Amen. [39] (f. 268ᵛ). ⟨In festo omnium sanctorum⟩. Inc. Vidi turbam magnam.... Quia vero, secundum claram Danielis prophetiam. Des. 11ª honor; 12ª potestas; cuius felicitas nos perducat... Amen. [40] (f. 270). ⟨In eodem festo⟩. Inc. Vident faciem Patris. Matth. 18. Videmus quod, quando visus. Des. seruient ei et videbunt faciem eius, quod nobis concedere dignetur. Amen. [41] (f. 271). ⟨In commemoratione omnium defunctorum⟩. Inc. Dominus mortificat et viuificat... Unde, secundum beatum Dyonisium de ecclesiastica ierarchia. Des. corporis sepulture. Sequitur nota: Require istam considerationem ubi supra in alio sermone de mortuis, etc. [42] (f. 272ᵛ). ⟨De eadem re⟩. Inc. Dominus mortificat et viuificat... Ad cuius introductionem. Des. nos liberet per sui... Dei filius. Amen. [43] (f. 275). ⟨In festo s. Martini⟩. Inc. Quasi stella matutina... In hoc verbo locutus (?) et perfectio sancti Martini declaratur. Des. dicitur ergo quasi stella matutina, etc. Amen. [44] (f. 276ᵛ). De s. Katherina virgine et mart. (titulus in marg., alia manu). Inc. Non est talis mulier super terram... Hec sunt verba sponsi hanc sacram virginem. Des. ut possent eam custodire et ad gloriam paradisi perducere; ad quam gloriam nos perducat. Amen. [45] (f. 277). De conceptione beate Virginis et originali peccato (titulus in marg.). Inc. Absit istam rem (in ms. ratio) facere... Quia vero sanctissima Dei genitrix. Des. set a Deo fuit donis supernaturalibus depicta; ad que dona nos perducat. Amen. [46] (f. 279). ⟨De eadem⟩. Inc. Tota pulcra es amica mea... Quia anima virginis gloriose. Des. ad celestem patriam, ad quam nos perducat qui virginem preseruauit. [47] (f. 280). ⟨De sacerdotio⟩. Inc. Interroga sacerdotes legis... Verbum istud, secundum doctrinam beati Dionisij de ecclesiastica ierarchia. Des. et regnabunt cum ipso mille annis in perpetuo, sicut dicit Beatus Augustinus...; ad quam felicitatem nos

perducat. Amen. [48] (f. 281v). ⟨Sermo in illud⟩ *Discite a me quia mitis sum et humilis corde...* Inc. *Quia Christus Ihesus.* Mutilus des. *est humilitas cum sanctus Michahel.*

Codex, olim Antonii Ruland, ut docet schedula typis impressa folio Ir adglutinata, a tribus librariis binis est perscriptus columnis: primus librarius ff. 1-137; alter ff. 146-201; tertius reliqua exaravit. Tituli, litterae maiores ac maximae et capitulorum numeri minio depicta. F. Ir praebet contentorum indiculum, manu saec. XV; ff. Iv-IV. 138-144. 201v-205. 238v-289 vacua. In margine sup. folii 1r quaedam erasa; inter f. 170 et 171 frustulum membraneum codicis saec. XIII ad folia connectenda.

In tegumenti dorso stemmata Leonis XIII et Alphonsi Capecelatro card. bibliothecarii.

10039. An. 1775, chart., mm. 348 × 227, pp. VI-586 (— pp. 23-26. 578).

⟨Index librorum bibliothecae Ecclesiae collegiatae Novi Monasterii (Neumünster) ad S. Ioannem evangelistam, Herbipolensis dioecesis, curante I. G. Schultz⟩, teutonice et latine.

Volumen provenit ex bibliotheca Antonii Ruland, prout docet schedula priori integumenti tabulae adfixa. Multae paginae vacuae. Hic illic additamenta, manibus recentioribus.

Integumenti tabulae corio castanei coloris signato obductae sunt: fibulae perierunt.

10040. An. 1696, chart., mm. 326 × 200, pp. 553 + pp. 218 (— p. 255 omissa, + p. 513 bis numerata).

Liber / in quo continentur Catalogi / auctorum / externorum / qui sunt in bibliotheca maiore / collegij Societatis Iesu / Herbipoli, / confectus et absolutus / anno a partu Virginis / 1696.

Codex duos continet catalogos, litterarum ordine digestos, quorum unus, secundum pronomina auctorum, paginas 553, alter, secundum cognomina, reliquas paginas complectitur. Singulae alphabeti litterae, ad quas auctores recensentur, argento variisque coloribus distinctae. Paginae scriptura carentes sunt numero 47. Priori integumenti tabulae schedula Rulandiana adglutinata est; integumenti dorso chartula in qua signum *5647 | A* occurrit. In fine codicis exstant duo folia minoris moduli (mm. 201 × 166) indiculum complurium librorum continentia, alia manu exscriptum.

Integumenti asseres, corio castanei coloris signato obducti, stemma exhibent Societatis Iesu, cum inscriptione *Bibliotheca / Patrum Soc. Iesu / Herbipolens.*

10041. An. 1729, chart., mm. 321 × 216, ff. I-190.

⟨Index librorum bibliothecae Seminarii Herbipolensis ad S. Kilianum⟩, prout eruere possumus ex inscriptione in altera integumenti tabula adscripta, quae haec est: *Hic librorum catalogus / confectus est / sub / plurimum reverendo, nobili, eximio, clarissimo et consultissimo viro / ac domino, /*

D. Joanne Casparo Barthel / ss. theologiae et U. J. doctore nec non ss. canonum professore / publico et ordinario, reverendissimi ac celsissimi / Episcopi et Principis Bambergensis et Herbi - / polensis in spiritualibus consiliario, / ac Seminarij hujatis ad S. Kilianum / regente, / adornante / admodum reverendo, eximio ac doctissimo domino, / D. Casparo Arnoldo Baum, / sacrosanctae theologiae licentiato, / ac Seminarii eiusdem subregente. / Conscripsit Georgius / Christophorus Neller / R. et C. P. A. / 1729.

Ff. 189-190, additicia, continent indiculum versionum Bibliorum Sacrorum ad Facultatem theologicam Herbipolensem pertinentium, manu saec. XIX conscriptum; ff. 191-214 (mm. 323 × 51) perbrevem indicem cuiusdam bibliothecae praebent, manu saec. XVIII exaratum.

Ff. I. 90^v. 148^v. 190 vacua. Hic illic additamenta, manibus recentioribus. Priori integumenti tabulae schedula Rulandiana adglutinata.
Asseres integumenti, corio castanei coloris obducti fibulisque instructi, varia exhibent ornamenta, quae inter imago Pueri Iesu, mundum laeva manu tenentis.

10042. An. 1673, chart., mm. 313 × 206, ff. IV-91.

Catalogus / sive / index librorum / bibliothecae Acade- / micae Herbipolensis / sub regimine / reverendissimi, illustrissimi / ac celsissimi Principis / et domini / D. Joannis Hartmanni /, Episcopi Herbipolensis, Franciae / orientalis Ducis, clementissimi / domini nostri etc. / ad mandatum conscriptus, mense Maio / anno MDCLXXIII.

Ff. I. II. III^r. IV^v. 87^v-91 vacua. In f. IV^r sub codicis titulo, quem supra rettulimus, scriptum legimus: *Chilianus Weissensehe notarius Universitatis juratus subscripsi manu propria.* Priori integumenti tabulae schedula Rulandiana adglutinata est.
Integumenti asseres corio signato obducti fibulisque instructi.

10043. Saec. XVIII, chart., mm. 337 × 206, pp. 244 (— pp. 146-159).

Index bibliothecae publi- / cae Svinfurtensis / ordine alphabetico sine discrimine / scientiarum conscriptus.

Pp. 2 et 144 vacuae. Integumentum ex charta discolore.

10044. Saec. XV, chart., mm. 313 × 213, ff. 103 (+ f. 81^a).

1 (f. 1). ⟨**Anonymi** tractatus logicus, maxima ex parte excerptus ex tractatibus 1-7 Summularum logicalium Petri Hispani⟩. Inc. *Dialectica est ars arcium, scientia scientiarum.* Des. *a dicto secundum quid ad dictum simpliciter. Et hec de paruis loycalibus dicta sufficiant, et per consequens de toto tractatulo,*

qui pro maxima parte, scilicet quantum ad consequentias, fallacias, suppositiones aliasque termini proprietates, est collectus apud collegium sancti Jacobi Cisterciensis ordinis extra muros Hedelberge per fratrem Arnolphum Monicodam, in artibus et theologia magistrum protunc provisorem, ad laudem Dei, etc. (de Arnoldo cf. E. Winkelmann, *Urkundenbuch der Universität Heidelberg,* Heidelberg 1866, vol. II, p. 43, n. 377 sq.).

2 (f. 13). ⟨**Anonymi** tractatus logicus, in quo agitur de propositione, de suppositione, de termino, de ampliatione, de praedicabilibus, de praedicamentis, de speciebus argumentationum⟩. Inc. *Proposicio est oratio vere uel false significans indicando.* Des. *coniunctiui vel disiunctiui. Et multe alie regule generales patuerunt, ubi supra, etc.*

3 (f. 26). ⟨**Petri Hispani** Summularum logicalium tractatus I-VII usque ad v. *infinitum simpliciter*⟩ (in ms., f. 26, *Iste est tractatus primus Petri Hispani*), quae omnia habes in libro, qui inscribitur Petri Hispani Summulae logicales cum Versorii Parisiensis clarissima expositione..., Venetiis 1610, ap. Iacobum Sarzinam, p. 5-459 *. Tractatus VII venit (f. 81ʳ) post schema de *descensu,* et in fine haec habet quae desiderantur in editione laudata: *et ita cum ex infinito secundum quid infertur sive concluditur infinitum simpliciter, peccat secundum quid ad simpliciter. Et hec de distribucionibus dicta sufficiant, etc.* Praemittitur introductio quae inc. (f. 24) *De ordine librorum loycalium primo dicendum,* et des. (f. 25ᵛ) *non enim haberet aliquem finem.*

Codex, currenti calamo scriptus, litteras maximas et maiores minio illitas praebet. Folia 24ᵛ-30ᵛ. 81ᵛ-91 scholiis vel notis conspersa; ff. 23 et 80 vacua. In secundo custodiae folio duo frustula chartacea ad ipsum codicem pertinentia, nullius tamen momenti, adglutinata sunt, itemque schedula Rulandiana.

Integumentum membranaceum saec. XIX confectum.

10045. Saec. XV, chart., mm. 285 × 207, ff. I-169 (— ff. 1. 19. 38. 57. 95. 114. 131. 150 avulsis).

Valerii Maximi ⟨Factorum et dictorum memorabilium libri I-IX⟩, inde a v. (I, 1 § 1) *⟨impe⟩ratores nostri compotes uictoriarum suscepta uota.*

Tituli minio; litterae initiales rubro viridique, vel rubro et caeruleo alternis depictae. Glossae et correctiones inter lineas passim; correctiones, scholia, notulae in marginibus frequenter occurrunt. Textus, compluribus foliis avulsis, lacunosus est. In f. Iᵛ notula de hoc codice, partim latine, partim teutonice. F. 169 refectum.

Integumentum ex charta spissata.

* Hanc solam editionem prae manibus habere potuimus, licet Summularum editiones quamplures exstent (cf. Prantl, *Geschichte der Logik im Abendlande,* Leipzig 1867, p. 35-40).

10046. Saec. XVI, chart., mm. 220×170, ff. I-145 (+ f. 49a librarii oscitatione omisso).

1 (f. 1). **Marbodi Redonensis** episc. Liber lapidum (in ms. *Incipit liber Marbodij Episcopi de speciebus lapidum nominibusque, coloribus, regionibus et potentijs eorundem;* Migne, P. L. 171, 1737-1770). Versus 17-21 ultimi capitis omissi sunt; versus autem 1-16 eiusdem capitis, proprio loco omissi, indici capitulorum (f. 13v) subiciuntur. Libro expleto (f. 12v), scriptum legimus: *finit 1515 Dominica 6 Maij per manus Teodorici Block, artium et medicine doctoris.*

2 (f. 15). **Camilli Leonardi Pisaurensis,** physici, Speculum lapidum, tribus libris. Opus exscriptum est ex exemplari typis impresso Venetiis an. 1502, ut etiam eruitur ex subscriptione tertii libri, quae haec est: *Camilli Leonardi Pisaurensis phisici liber qui speculum lapidum inscribitur, hic feliciter explicit, tractus ex eius exemplari Venetijs anno Domini MDII, die primo Decembris per Johannem Baptistam Sella impresso, 1515 Lune 24 Decembris que fuit vigilia Natiuitatis Domini.* De variis editionibus huius operis, cf. Graesse, *Trésor de livres rares et précieux,* tom. IV, p. 165.

3 (f. 79). **Macri Floridi** De viribus herbarum. Hoc opus pluries typis vulgatum est (cf. Graesse, op. cit., tom. IV, pag. 321-322); sed nullam editionem prae manibus habere potuimus. Quod ad auctorem attinet, cf. Baudry de Balzac, *Recherches sur le pseudonyme Floridus Macer à qui l'on attribue le poème « De viribus herbarum »,* in *Mém. soc. scien. Seine-et-Oise,* 1847, I, 85; De Renzi, Collectio Salernitana, tom. I, Napoli 1852, p. 212-217.

4. **Othonis Cremonensis** (in ms. *Aegidii* ⟨Corboliensis⟩) [1] (f. 118) *Versus.. de electione specierum medicinarum simplicium* (inc. *De aloe. Res aloes lignum pretiosum sit tibi signum,* supra lineam, varia lectio: *pretiosa sit hoc tibi signum;* des. *Ollis nigrescens bonus est tamarindus acescens*); [2] (f. 121v) *Versus.. de operationibus medicinarum utilitateque earumdem* (inc. *Aurea Alexandrina. Renes, reuma, caput, latus et lapis algida matrix;* des. *Zuccare ventris opus violate cedit ad usus),* indice versuum de operationibus medicinarum etc. subnexo. Isti duo tractatus constituunt duas partes poëmatis Othonis Cremonensis, « De electione et viribus medicamentorum simplicium, etc. », quod edidit Choulant, Lipsiae 1832 (cf. P. Giacosa, Magistri Salernitani nondum editi, etc., Torino 1901, p. 407).

5. **Aegidii ⟨Corboliensis⟩** [1] (f. 129) Liber de pulsibus (in ms. *Carmina Egidii de pulsibus;* ed. Choulant, Aegidii Corboliensis carmina medica, Lipsiae 1826, p. 28-43); [2] (f. 138) Liber de urinis (in ms. *Carmina Egidij de iudicijs urinarum;* ed. cit, p. 4-18). Prooemium utriusque operis desideratur; capitula vero in fine utriusque libri adnexa sunt.

F. I (membran.) continet *citationem* pro domino Henrico Sickten, magistro in Studio Erfordiensi, factam anno 1512, die XXVI Novembris, per Benedictum abbatem monasterii Sancti Iacobi Scotorum Erfordiensis, Maguntinae dioecesis. — Ad codicis custodiam adhibitum est folium membran. quod continet sententiam latam a Petro de Ferrera, auditore Innocentii VIII, anno 1491 in causa inter Hevinglium et decanum, canonicos et capitulum ecclesiae S. Mauritii Hildesemensis dioecesis.

Codicem scripsit Theodoricus Block, doctor artium et medicinae, idemque varias lectiones, glossas et notabilia in opusculo Marbodi adiecit et lemmatis in opus Macri Floridi margines conspersit. Ff. 14 et 78ᵛ vacua; alia multa madore maculata. Foliorum enumeratio duplex est; recentem, plumbo exscriptam, secuti sumus. Tituli atramento exarati; initiales maiores plerumque desunt, spatiis ad eas excipiendas vacuis relictis. In marg. folii 1ᵛ notula, in qua scriba memorat quemdam Marbodi codicem anni 1286.

Integumento stemma impressum gentis Rosenstock adglutinatum est; in dorso autem eiusdem integumenti chartula adfixa est, quae exhibet notam *N. 240*, titulum codicis, et signum *G / W. 1*.

10047. An. 1472 (cf. f. 86ᵛ), chart., mm. 202 × 142, ff. 86 (+ f. 72ᵃ omisso).

Gasparini Barzizii epistulae ad exercitationem accomodatae (in ms. *Gasparini Pergamensis clarissimi oratoris eppistolarum* (!) *liber foeliciter incipit*. Ed. Furiettus, Gasparini Barzizii Bergomatis et Guiniforti filii opera, Romae 1723, p. 220-336).

Scriptura ea est quae notariorum appellatur. Initiales epistularum plerumque desiderantur, spatiis tamen ad eas excipiendas vacuis relictis: quae exstant initiales minio aut atramento exaratae. Folia omnia, praesertim in parte superiore, madore maculata sunt, non raro cum scripturae detrimento. Ad calcem ultimae epistulae (f. 86ᵛ), scriptum legimus: *1472 M. 3. / felix epistolarum Gasparini finis.* In altera pagina prioris custodiae folii recens manus scripsit: *Gasparini Pergamensis dicebatur etiam Barzizius, quia Barzizae, in agro Bergamensi natus fuit. † 1431:* in priore integumenti tabula nota occurrit, qua olim codex signatus est: *M Ch. 9*.

Integumentum ex charta spissata.

10048. Saec. XVI ex., chart., mm. 165 × 105, ff. I-113.

1 (f. 1). *P. Terentii Afri Eunuchus Laubacij explicatus anno 1595*, partim latina, partim germanica lingua. Inc. *Prolegomena in Eunuchum. Quodnam est huius Comoediae argumentum? In hac fabula quasi duplex inest argumentum.* Des. (f. 101ᵛ) *Plaudite, a verbo Plaudo si sum. Pro re bene gesta gratulor laetitiamque ostendo, manibus pulsando strepitumque faciendo, inde plausus a populo plausus multiplex factus est plausibilis v. hoc plausibile dass man gern....*

2 (f. 103). *Annotata in Orationem Ciceronis post reditum in Senatu*. Inc. *Prolegomena*. Ἐπιγραφή, *inscriptio, huius orationis tria consideranda proponit*. Des. (f. 107) *me Ciceronem mihi, fratrem fratri reddidistis*. Sequitur (f. 107ᵛ) *Explicatio*, germanica lingua. Inc. *Iihr meine liebe Burger und Rhats Herrn zu Rom, wenn ich auch nicht genug danken werde*. Des. *die ihr auch entlich wider zugestelt habt mich meinem Q. Ciceroni und mir meinem Bruder und unss unserenn Kinderenn*.

Post f. 101 duo folia avulsa fuerunt. In ff. Iʳ. 62ᵛ. 63ʳ calami probationes. Ff. Iᵛ. 102. 109-113ʳ vacua.

Integumentum constat ex membrana, duabus columnis perscripta, ex Breviario saec. XIII-XIV notis musicis instructo avulsa.

10049. An. 1487, chart., mm. 201 × 137, ff. I-181.

⟨Glossarium latino-teutonicum⟩. Inc. *Aaron est proprium nomen viri, et interpretatur magnus vel fortitudo*. Des. *Zozimus a um, idem est quod zoticus, scilicet vitalis, viuax vel viuidus, leuendich. Etʳ a zoen quod est vita, quam nobis eternam concedat qui sine fine viuit et regnat. Amen. Et sic est finis huius vocabularij anno Domini M°.CCCC°.LXXXVIJ°*. Prooemium inc. *Ex quo vocabularij varij authentici, videlicet Hugwicon catholicon, breuilogus Papias alijque codices in comparacione sunt preciosi*. Des. *Domine, nescio loqui, quia puer ego sum*.

Codex currenti calamo scriptus est. Litterae maximae caeruleo et rubro colore alternis depictae; initialis singularum vocum, ordine alphabetico digestarum, minio tacta. In f. 1ʳ librarius saec. XV scripsit: *Liber monasterij sancti / Ludgeri episcopi in Werdenas* *. / *Merces scriptoris sit fructus orationis. Unum Aue Maria propter Deum. / Qui se scit premere, scit cedere, scitque tacere; / Viuere cum pace valet et gaudere quiete. / Mors tua, mors Christi, peccatum pena gehenne, Iudicium, patria tibi sunt hec sex meditanda;* sequuntur paulo inferius litterae *TR* simul connexae. In folio priori tabulae integumenti adglutinato, recentiore manu scriptum legimus: *Venerabilis et dilectus pater Gerhardus de Colonia, prior Werthinensis, vir senex doctrina, pietate viteque innoc⟨ent⟩ia conspicuus, hunc librum |||||| F. Theoderico Raem Xanctensi clerico et suo cubiculario, pre memoria ergo dono dedit;* in folio vero 1ʳ, alia manu recentiore: *Hunc ecce librum ego frater / Henricus obtineo ex liberali / donatione Theodorici Raem / prior / Werdin⟨ensis⟩*. Ff. Iᵛ. 1ᵛ. 280ᵛ. 281 vacua. Inter f. 275 et 276 chartula minoris moduli, recenti manu descripta, inserta est. In tegumenti dorso titulus: *Vocabularius / Werthinensis;* in priore integumenti tabula schedula Rulandiana.

Asseres integumenti corio castanei coloris signato saec. XVI obducti; fibulae ex parte perierunt.

* Cf. Gallia christiana, tom. III, 1825, col. 724-731.

10050. Saec. XV, chart. (f. I membr.), mm. 209×149, ff. II-193.

1 (f. 1). ⟨Expositio in Canonem Missae⟩. Inc. ⟨*T*⟩*e igitur, clementissime. Secundum Hugonem in libro de scripturis, canon iste.* Des. *nos perducat iste, cuius corpus est in canone consecratum, et cuius nomen in secula sit benedictum. Amen. Amen. Expliciunt dicta Canonis Misse.* Praemittittur ⟨praefatio⟩, quae inc. ⟨*V*⟩*idete quomodo caute ambuletis,* et des. *et mortuorum reploracio.*

2 (f. 25). Magistri **Hermanni Galigaen** Collectorium libri, qui inscribitur Rationale divinorum officiorum, editi a Guilelmo Durando Mimatensi episcopo (in ms. ... *Incipit Collettorium libri qui dicitur racionale diuinorum officiorum editi a Domino Gwilhelmo Durandi Mimatensis* (in cod. *Minatensis*) *Ecclesie episcopo.* Opus Guilelmi Durandi pluries impressum est: cf. Fabricius-Mansi, Biblioth. latina medii aevi, Patavii 1754, tom. II, p. 68). Inc. *Dicturi de officijs diuinjs, de locis in quibus et de personis siue ministris.* Des. *supplico preces porrigi omni bonorum largitori, qui est Deus benedictus in secula seculorum. Amen. Explicit hoc collectorium libri qui dicitur rationale diuinorum officiorum collecti a magistro Hermanno Galigaen bone memorie canonico ecclesie Monasteriensis* (Münster), *cuius anima requiescat in pace, nec non totaliter scriptum; sed completum per manus Theodrici de Plauchen clerico* (!) *Coloniensis diocesis, anno Domini millesimo CCCC*^mo^ *XII*^o^, *quinto die mensis nouembris, etc.*

Codex duabus saltem manibus exscriptus est, quarum altera folia 1-24 binis columnis, altera lineis plenis reliqua exaravit. Litterae initiales desiderantur; sed ad eas excipiendas spatia vacua relicta sunt. Ff. I. II. 193^v^ vacua. In margine interiore folii 1^r^ prior librarius scripsit: *G. Clapperzant;* et in summo margine recens manus: *Liber S. Heriberti in Tuitio* (Deutz; de hoc monasterio ordinis S. Benedicti, cf. Gallia christiana, III, col. 752-758). Pars inferior foliorum 25-193 madore maculata, cum scripturae detrimento.

In tegumenti dorso stemmata Pii X et Alphonsi Capecelatro card. bibliothecarii.

10051. Saec. XV, chart., mm. 211×148, ff. I-70.

1 (f. 1). ⟨**S. Bernardini Senensis** tractatus de speculo peccatorum de contemptu mundi (in ms. *Incipit Speculum amatorum mundi;* S. Bernardini Senensis... Opera omnia, ed. Ioh. de la Haye, Lugduni 1650, tom. III, p. 474-777). Inc. *Videte quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes... Appostolus* (!) *Paulus conscius consiliorum Dei.* Des. *cum sanctis et electis, eorum meritis* ⟨*et*⟩ *precibus possideat: quod nobis prestare dignetur,* etc.

2 (f. 8). ⟨**Anonymi**⟩ Tractatus de decem praeceptis Dei. Inc. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata Dei. Math. 19. In istis verbis Christus cuilibet homini ostendit vitam eternam.* Abrumpitur octavo praecepto, v. *Primum quia est dyabolicum peccatum.*

3 (f. 59). ⟨**Anonymi**⟩ Stella clericorum. (cf. Little, Initia operum latinorum quae saeculis XIII, XIV, XV attribuuntur, Manchester 1904, p. 190, lin. 18-20). Inc. *Diuisiones miseracionum sunt in ecclesia Dei: actiui, contemplatiui, prelati, unusquisque in sua vocacione.* Des. *qui vos spernit, me spernit.* Praemittitur ⟨prooemium⟩, quod inc. *Quasi stella matutina, in medio nebule, idest peccatorum,* et des. *non est transgressus.*

4 (f. 67). ⟨**Anonymi**⟩ Tractatus de sacramento altaris. Inc. *Nota: quinque sunt in sacramento altaris omni sensu excedentia.* Des. *ipsum essencia, non ipsum visibili forma, etc.*

Scriptura ea est quae notariorum appellatur. Tituli vel atramento exscripti et linea rubra ornati, vel minio exarati. Post f. 48 folia perierunt; f. 37 madore maculatum. In f. I^r, manu saec. XIX, proprietarii nomen *Reuss.* F. 70 vacuum.
Custodia ex charta variis tincta coloribus.

10052. An. 1482 (cf. f. 20^v), chart., mm. 211×148, ff. 20.

⟨**Anonymi**⟩ Tractatus de pluralitate beneficiorum. Inc. *Qui non intrat per hostium* (!) *in ouile ouium, sed ascendit aliunde, hic fur est et latro. Iohannis decimo... Notandum quicumque intrat aliquod beneficium ecclesiasticum per symoniam, per superbiam.* Des. *anima eius sepulturam acceperat cum diuite Epulone et Lucifero in loco inferni cuius parrochianus erat. Et tantum de ista materia. Amen.*

Scriptura ea est quae notariorum dicitur. Titulum librarius alter recentior apposuit. In f. 20, opusculo expleto, scriptum legimus: *Anno Domini etc. 1481J* (in marg. *1482*, minio), *in die sancti Sixti pape.* F. 20^v vacuum. In folio verso, custodiae loco adiecto, occurrit nomen *Reuss*, manu saec. XIX exaratum.

10053. Saec. XV in., chart., mm. 150×105, ff. 131.

Liber quatuor novissimorum, qui vocatur cordialis. Inc. *Memorare nouissima tua, et in eternum non peccabis... Sicut dicit beatus Augustinus libro suarum meditacionum.* Des. *utinam saperent et intelligerent ac nouissima providerent.* Hoc opus exstat anonymum in compluribus manuscriptis, ut ex. g. in codd. 444 et 618 Bibliothecae Palatinae Vaticanae et in cod. 547 Bibliothecae Brugensis; adscribitur Henrico de Hassia in cod. Vindobonensi 4696 et Gerardo Grot Daventiensi a Ioan. Alberto Fabricio (cf. Biblioth. lat. mediae et infimae aetatis..., tom. III, Patavii 1754, p. 40-41).

Tituli qui exstant minio depicti sunt; litterae vero initiales, quae exstant, rubro aut caeruleo colore distinctae. Spatia hic illic adhuc vacua inveniuntur ad litteras initiales et titulos excipienda. Ff. 32^v. 77^r. 106^v vacua. In f. 131^v, manu germanica saec. XVI, *Sum bibliothecae S. Stephani ordinis D. Benedicti;* in folio autem parti inferiori prioris

tabulae integumenti adglutinato exstat distichon: *Si rogitas quid contineam tibi chartula praesens / Respondet: folia et tum modo uerte scies.* Integumenti dorso chartula adglutinata cum nota numerali *517.*

Integumenti tabulae corio castanei coloris signato saec. XVI obductae; fibula ex parte periit.

10054. Saec. XV, chart., mm. 146 × 100, ff. 202 (+ ff. 54ª. 55ª librarii oscitatione omissis; — f. 30 neglecto).

1. S. Caesarii Arelatensis episc. homiliae I-X ad monachos. [1] (f. 1) sermo 299 Append. ad s. Augustini opera (Migne, P. L., 39, 2317-2319); [2] (f. 4) homilia 2 (apud Migne, vol. 67), [3] (f. 7ᵛ) 3, [4] (f. 10ᵛ) 4, [5] (f. 15ᵛ) 9 (inc. *Ad hoc, fratres karissimi, ad istum locum*), [6] (f. 17ᵛ) 10, omissis verbis « Non vobis - in futuro praesidium » (M. 67, 1069, B, lin. 9-14), [7] (f. 19ᵛ) sermo 18 ap. La Bigne, Maxima Biblioth. Patrum, Lugduni 1677, VIII, p. 837-838 (inc. *Quid nos vobis dicturi sumus, fratres karissimi, exhortacionis verbo, quod vos iam glorioso impletis exemplo;* des. *cum metu et tremore vestram salutem operemini. Adiuvante Domino,* etc.), [8] (f. 23ᵛ) 11 ap. Migne (inc. *Quod fraternitati vestre, karissimi, qualemcunque sermonem profero,* des. *saltem venia tribuatur peccatorum. Prestante Domino,* etc.; cf. M. 67, 1069-1072), [9] (f. 26ᵛ) sermo 10 ap. Barralem, Chronologia sanctorum et aliorum virorum illustrium ac abbatum sacrae insulae Lirinensis, Lugduni 1613, p. 297-298, lin. 37 (inc. *Sancta caritas ac sollicitudo, fratres karissimi;* abrumpitur in v. *Deo insinuante cognoscitis*); subtexitur, [10] (f. 28, lin. 2 ab imo) sermo 9 ap. Barralem, op. cit., p. 296, lin. 19-297 (inde a v. *Agite ergo, Deo auxiliante;* des. *peccatorum concedatur venia. Prestante Domino,* etc.).

2 (f. 32). ⟨**Albuini eremitae** liber Heriberto archiep. Coloniensi inscriptus, maxima ex parte ex Adalgeri libro de studio virtutum excerptus et concinnatus⟩ (in ms. *Incipit liber Albuini heremite Heriberto;* cf. M. 134, 917-938, et B. Hauréau, in *Journal des Savants,* année 1886, Paris 1886, p. 684-686). Inc. (f. 33) *Cum igitur de plurimis virtutibus te desiderem ammonere, in primis cupio ut virtutem caritatis ante omnia studeas habere.* Des. *Ideo nichil omnino possumus facere aut cogitare quod bonum sit, nisi ille fecerit a quo omne bonum procedat, qui vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti. Amen.* Praemittuntur (f. 31) capitula, quorum I *De caritate* et XLIII *D⟨e⟩ ordinibus hominum,* et (f. 32) epistula ad Heribertum (M. 138, 185-186). Sequuntur (f. 113ᵛ) tres breves loci ex ss. Hieronymo et Ambrosio.

3 (f. 114). *Tractatus instructiuus bonus et utilis, tractans de diversis materiis* ⟨ex libro II Synonymorum s. Isidori Hispalensis episc. excerptus et concinnatus⟩ (cf. M. 83, 845-868). Inc. *Queso te, anima, deprecor te,*

neque ultra leuiter agas. Des. *nichil michi te dulcius, tu michi supra vitam meam places, etc.*

4. Varia theologico-moralia. [1] (f. 136). *Erudicio beati Augustini de perfeccione hominis.* Inc. *Si vis perfectus esse, ista que secuntur regulariter teneas. Semper habeas pre oculis mala tua.* Des. *et habundancia salutis eterne. Amen, etc.* [2] (f. 138). ⟨De quibus rebus homo rationem Deo reddere debeat⟩. Inc. *Plura sunt de quibus ... nos reddere rationem coram Deo. Primo, de omnibus cogitacionibus.* Des. *nolite extingwere, etc.* [3] (f. 139v). De tentatione. Inc. *Notandum quod temptacio est quelibet res inclinans hominem ad malum.* Des. *quia gaudium est angelis Dei super uno peccatore penitenciam agente, etc.* [4] (f. 146). *Nota. Queritur que sint motiua ut quis in via Domini sine prigricia viriliter exerceatur. Respondetur quod ad hoc sunt plura motiva. Primum, quia Deus secundum suam potenciam.* Des. *nec maior, nec perfectior vita sine sentimento proprie inperfecto fit umquam, etc.* [5] (f. 149). ⟨De peccatis cordis⟩. Inc. *Peccata cordis sunt hec: cogitacio, delectacio.* Des. *indevocio, etc. Deo et Marie gracias.* [6] (f. 149v). ⟨Quaedam excerpta ex ss. Bernardo, Augustino, Gregorio⟩. Primum s. Bernardi inc. *Non est aliud nisi turpis amicus in seculo.* Ultimum s. Augustini des. *principium lauda, si sequitur bona cauda, etc.*

5 (f. 151v). Tractatulus de fuga inhonestae familiaritatis mulierum. Inc. *Fratres, contra mortifera blandimenta et contra adiutores dyaboli.* Des. (f. 155v) *cuius misericordia plena est terra. Amen. Deo gracias.*

6 (f. 160). ⟨Duae sententiae de non condemnando peccatore, atque versus septem de septem virtutibus, unus pro qualibet virtute⟩. Prior sententia est s. Benedicti et inc. *Peccantem caue dampnare;* altera s. Bernardi, inc. *Aut sumus, aut fuimus;* versus I, *Humilitas: Nolo superbire, scio queque superba perire;* versus VII, *Caritas: Est sine me gratum Domino nichilque beatum.*

7 (f. 161v). *Auditorium monachale; tractatus de confessione*, cum ⟨prooemio⟩, quod inc. (f. 160v) *Tractatus breuis editus a magistro Iohanne in Heisterbach quondam abbate ordinis Cysterciensis*, et des. *de modo et qualitate inponendi satisfaccionem et penitenciam absolutis.* Inc. *Circa primum sciendum quod si aliquis monachus.* Des. *Si vero non peccati inquisisti delectacionem non perpendat.* Hoc opusculum reperitur in multis codicibus, plerumque sine auctoris nomine, interdum vero adscriptum Dominico de Capranica, Richardo Rollo de Hampoole, Ioan. Nider vel Ioan. Gersonio et Alberto Magno, sub cuius nomine etiam impressum est Neapoli an. 1476 (cf. Melchior Weiss, Primordia novae bibliographiae B. Alberti Magni, 2a ed., Parisiis 1905, p. 8-9, et B. Hauréau, Initia operum latinorum, quae exstant manu scripta in Biblioth. Vatic.).

8 (f. 172). ⟨De arte moriendi⟩. Inc. *Cum de presentis exilij miseria mortis transitus propter moriendi impericiam multis non solum laicis, verum eciam religiosis atque deuotis difficilis nimis... videatur, in presenti materia que de arte moriendi est.* Des. *ut prius antequam mors eum occupat mori discat, etc.*

Scriptura codicis ea est quae notariorum appellatur: tituli et litterae initiales, duabus vel tribus exceptis, minio depicta. Ff. 156-159. 171ᵛ. 201. 202 vacua. Foliorum enumeratio usque ad f. 31 antiqua, numeris romanis; inde a f. 32 recens, numeris arabicis. Librarius saec. XVIII titulos in marginibus rescripsit. In priore tegumenti tabula schedula Rulandiana adfixa.

Integumentum saec. XIX ex charta spissata, cum dorso ex corio castanei coloris.

10055. Saec. XVII, chart., mm. 144 × 93, pp. 1100 (+ 103ᵃ. 321ᵃ. 443ᵃ. 638ᵃ. 660ᵃ. 660ᵇ. 674ᵃ. 674ᵇ. 710ᵃ. 767ᵃ. 767ᵇ. 781ᵃ. 781ᵇ; — 144. 306. 407. 465. 533. 535. 576. 577. 804. 879 librarii oscitatione omissis).

Ioannis Niess Florilegium a Hieronymo Planck Aichstötensi collectum (in ms. *Florilegium orationum, descriptionum, carminum etc. dictante R. P. Ioan. Nies Soc. Iesu Presb. calamo collectum ab Hieronymo Planck Aichstötensi reth. studii anno MDCXXIIX.* De Ioan. Niess cf. Sommervogel, *Bibliothèque de la Compagnie de Jésus*, tom. V, Bruxelles-Paris, 1894, col. 1767-1769.

1 (p. 1). *Illustrium amplificationum* ⟨capita octo⟩. Prima amplificatio inc. *Quid de reliquis reipublicae malis.* Amplificatio ultima, quae est LXVIᵃ, des. *Catilinam saluum esse uoluisti.* **2** (p. 108). *Libellus de veteri moneta ad modernam Germanorum accommodata.* Inc. *Antiquarius: Ea quotidie conuersio ac permutatio.* Des. *Sed quoniam nec tempus fert, nec uos, in medio floreno subsistimus, et quod reliquum in aliud tempus reijcimus.* **3** (p. 157). *De magistratu veteris Romae per modum dialogismi.* Inc. *Antiquarius: Magistratum, Brute, unde nuncupas?* Des. *magistratum totum cum republica euertit.* **4** (p. 189-204. 288-299). ⟨Causa de Bethlehemitis⟩. Accusatio occurrit in pp. 288-299; inc. *Praetor: Hastam fige, praeco, iudicium dabitur. Veteri instituto a maioribus nostris... Accusator: Quoties in eam admirabundus ingredior;* des. *iam dudum meruerunt. Praetor: Patronum Christi Iesu audiuimus... quo parcere uos iubemus.* Defensio inc. (p. 189) *Praetor: Hastam fige,* etc. *Animaduerti Bethlehemitae omnem accusatoris uestri orationem...* ⟨Defensor⟩: *Quandoquidem ad clepsydram mihi perorandum est*, et des. (p. 204) *de capite Bethlehemitarum agetur. Praeco: De capite Bethlehemitarum agetur; ita in suffragia, iudices.* **5** (p. 205). *Oratio* ⟨de re medica⟩. Inc. *Rei medicae periti quique, ubi aegri cuivsdam curam susceperunt.* Des. *in exitium incurrisses.* **6** (p. 213). *Diei fabula.* Inc. *Fabulae mihi memorant.* Des. *et alieno risu expiare.* **7** (p. 217). *Accusatio Maximini.* Inc. *Prodi ergo*

tandem, prodi in lucem, sceleste. Des. *praestaturam confidimus.* 8 (p. 229). *Libellus de epistolis latine conscribendis. Argumentum, methodus et divisio libelli, anno MDCXXVII.* Inc. *Quia uix quicquam est homini literato.* Des. *prudentia et eruditione clarissimo.* 9 (p. 299). *Barba per locos rhetoricos crinibus tractata.* ⟨Oratio⟩. Inc. *Eloquentiam prouideri, auditores humanissimi.* Des. *quae a bono et erudito tonsore adhuc emendari possint. Dixi.* **10.** ⟨Carmina LXXXII⟩. [1] (p. 321ᵃ) *Deo ter optimo maximo Christo Iesu recens nato suplex oratio*, inc. *Iesu mi bone, millies in anno;* [2] (ibid.) *R. Antistiti Ill. Principi Ioanni Christophoro preces*, inc. *Stat nobis manibus tuis lyceum;* [3] (p. 322) *R. P. Rectori affixio*, inc. *Praesentem tibi fiximus laborem;* [4] (ibid.) *Pamphilo raro flectenti puluinar*, inc. *Hoc tibi puluinar leuius quo, Pamphile, flectas;* [5] (ibid.) *Afro cui per uerbum «nescio» soluitur omnis quaestio*, inc. *Quidquid rogeris, Afer, inquis nescio;* [6] (p. 323) *Alberico omnium censori Albericus*, inc. *Bartholus est tumidus, timidus Lucretius inquis;* [7] (ibid.) *Cynnae nihil credenti trecenta millia aureorum*, inc. *Cynnam credere difficulter aiunt;* [8] (ibid.) *Baldulo clepticam* (!) *in scholis exercenti minae*, inc. *Baldulus Ausoniam quoties uenit hospes ad arcem;* [9] (p. 324) *Haeretico ad praesepe inepte jocanti bos*, inc. *Exiguum nuper Christo praesepe parabam;* [10] (ibid.) *Alberto socio suo xenium triplex*, inc. *Exspectas istis xenium fortasse Calendis;* [11] (ibid.) *Suffeno garrulo tot mendacia profundenti quot uerba auditor arcadicus*, inc. *Audiri cupis audiant aselli;* [12] (ibid.) *Perillo adulescentulo sagas timenti Agnus Dei*, inc. *Non est cur metuas, Perille, non est;* [13] (p. 325) *Cyllaro omnia praepostere facienti cerebrum duplex*, inc. *Cyllare, quidquid agas infesto numine dudum;* [14] (ibid.) *Affro qui barbam suam trepissimam amisit nouacula*, inc. *Qua dudum radiare te putabas;* [15] (ibid.) *Stephano nupero die Martis iratus quod propter pluuias non fuerit recreatio*, inc. *Martis turbida lux et inuenusta;* [16] (p. 326) *Philtoni procrastinatori coruus*, inc. *Coruorum sobolus nigro deuellere cantor;* [17] (ibid.) *Valerio moralis theologiae xenium postulanti postulatum xenium*, inc. *Ut dona tollas uteris dicto sacro;* [18] (ibid.) *Syntaxistae syntaxis*, inc. *Mox ubi purpureos oden Pallantius ortus;* [19] (p. 327) *Saxae nobilem se mentiendi torques canabinus*, inc. *Frontem ducis et aureum requiris;* [20] (ibid.) *Castulo scelerato homini flagellum*, inc. *Irasci nostris non debes, Castule, donis;* [21] (ibid.) *Gordiano sitibundo poculum inane*, inc. *Stomacharis, et plenum requiris poculum;* [22] (ibid.) *Carponi farcimine suffocato farcimen*, inc. *Haesit farcimen moueas farcimine, Carpo;* [23] (ibid.)

Scipioni templa uitanti quaestio seria, inc. *Templa fugis nec posse inquis te, Scipio, ferre;* [24] (p. 328) *Philosopho Laerto, qui ad Altmilam nuper passeres ex arbore sicut pyra in subiectum pallium decussit, passer captiuus*, inc. *Captiuum modo passerem, Laerti;* [25] (ibid.) *Inclementi in pauperes clementi eleemosyna poëtica*, inc. *Det Deus exclamas quoties tibi supplicat Irus;* [26] (ibid.) *Lectori horum epigrammatum fornax scholae calefacta*, inc. *Sisto tibi, lector, caldam bene munus honestum;* [27] (p. 329) *Venantio pigerrimo sciphus*, inc. *Omnia sero facis, Venanti; sero cubile;* [28] (ibid.) *Attico importuno xenij exactori Nihil*, inc. *Aut multum magni domini aut nil, Attice, donant;* [29] (ibid.) *Dorilo grammatistae qui lecta non lectos putauit dicenda stramen*, inc. *Dorile, nos molles dum lectos dicimus esse;* [30] (ibid.) *Gallo exactori cantantique gallus*, inc. *Gallus es, hinc gallum strenam tibi, Galle, paramus;* [31] (p. 330) *Eidem cantori gallum*, inc. *Gallum dedi, iam paenitet;* [32] (ibid.). *Eidem ouum*, inc. *Gallum dedi, reuoco iam mittimus ouum;* [33] (ibid.) *Beano grassatori nocturno pileus*, inc. *Boat Beanus, barrit, hirrit, prouocat;* [34] (ibid.) *Gingeliano furtis nobilitato arx suburbana ad oriente* (!) *sita*, inc. *Non procul Eystadio forma est spectabile castrum;* [35] (p. 331) *Balbo poëte friuole se excusanti muscipula*, inc. *Balbus scribere negligens poëta;* [36] (ibid.) *Cherilo studioso negligenti regula Emanuelis, piget, pudet, paenitet*, inc. *Arcas es, aut Moesus, tantum tibi, Cherile, plumbi est;* [37] (ibid.) *Fabullo indocto et bibaci inferiarum scholarum discipulo crater*, inc. *Miraris mea dona fors, Fabulle;* [38] (p. 332) *Maeuio delicato conuiuae patina inanis*, inc. *Nulla tuo, Maevi, sapiunt obsonia uentri;* [39] (ibid.) *Falconi obliuioso puero placenta*, inc. *Laethaeas puto te bibisse lymphas;* [40] (p. 333) *Celso noui gymnasij incolae scamnum per omnes casus*, inc. *Scamnum ego quercus eram, nunc ardua sedes;* [41] (ibid.) *Srobilo quotidie dediscenti cancer Altmilanus*, inc. *Cancrum, Srobile, quod tibi paraui;* [42] (p. 334) *Cereali bibaci et negligenti cantharus*, inc. *Aegrotas medio decies aut saepius anno;* [43] (ibid.) *Musico de priuilegijs musicorum gloriant⟨i⟩ sigillum*, inc. *Gaudet Faustulus in sinu putatque;* [44] (p. 336) *Deo ter optimo maximo Christo Iesu Bethlehemi in stabulo recens nato oratores infimi cor*, inc. *Cor dedimus Christo xenium, iam corde caremus* (praeit, p. 335, ⟨praefatio⟩ quae inc. *Annum bissextilem, quem a parta nobis per Christum salute foelicibus auspicijs numeramus milesimum sexcentesimum vigesimum octauum*, et des. *munera saturnalia spargimus*); [45] (p. 337) *Ioanni Christophoro reverendissimo praesuli, illustrissimo principi oratores indigenae*,

felix annus, inc. *Sis toties princeps quoties cupis esse beatus;* [46] (p. 338) carmen anepigr., inc. *Saluum bissexti seruent te tempora Iani;* [47] (p. 341) *Xenia Christo Iesu bonorum fonti cor*, inc. *Non est, Christe, dies, tremuli non ictus ocelli;* [48] (p. 342) *Collegij Eystadiani religiosis praesidi poëtae rhetores se ipsos*, inc. *Dono siste, Pater, malos poëtas;* [49] (ibid.) *Benigno albae mentis ursum pro lepore uoranti jecur anserinum*, inc. *Appono iecur anseris Benigno;* [50] (p. 343) *Barrio auçupi fringilla*, inc. *Quid Barrium rides ut aucupem stultum;* [51] (ibid.) *Castori nihil precanti rosarium*, inc. *Est tibi, credo, liber, crux est hispanica, credo;* [52] (ibid.) *Cottae omnia promittenti nihil praestanti « tantundem »*, inc. *Omnia promittis, sed cum promissa petuntur;* [53] (ibid.) *Militi famelico furca*, inc. *Ingressus patulam Martinus forte culinam;* [54] (p. 344) *Mustulo sitibundo poëtae otium*, inc. *Quid tibi cum cithara? quid cum paremsside* (?) *Musa;* [55] (ibid.) *Thomae furtis assueto accipiter*, inc. *Accipiter Thomae bene conueuit, autumo: sicut;* [56] (p. 345) *Macro pulsatori scholarum mille aureos*, inc. *Tot capsis, Macer, aureos libenter*; [57] (ibid.) *Sereno domini titulo abutenti « minus »*, inc. *Ut nomini non absonus fores tuo;* [58] (ibid.) *Melisso dum aues sectatur tempus perdentis rete*, inc. *Pando retia, nolo me timeri;* [59] (p. 346) *Verbi ministro Caluinistico documentum Iesuiticum*, inc. *Salue, exul, latae manicae barbaeque praefundae* (!); [60] (ibid.) *Rhetori inepto grammatica*, inc. *Ordiris grauiter, Tacitus uis esse Quirites;* [61] (p. 347) *Contionatori dissertissimo lingua duplex*, inc. *Sunt passim, scio, plurimi bilingques* (!); [62] (ibid.) *Paulo esurienti caena*, inc. *Pisciculis patina est nobis instructa minutis;* [63] (p. 348) *Tralliano otia sectanti baculus mendicus*, inc. *Dum uult graeculus esse Trallianus;* [64] (p. 349) *Rustico scopas taleris aestimanti crumena plena talerorum*, inc. *In forum fragiles Aglasta ramos;* [65] (ibid.) *Ferdinando ocreato arundo*, inc. *Totam saepius ocreatus urbem;* [66] (p. 350) *Sexto, duri ingenij, magister artium fieri cupienti, libellus germanicus cui titulus Hierenschriften*, inc. *Non cerebrum sine nube tuum est, tibi nubila frons est;* [67] (p. 351) *Pollydoro negligenti opus Ciceronis*, inc. *Quem do forsan habent tua scrinia librum;* [68] (ibid.) *Rassoni carmina aliorum furanti minae*, inc. *Nunc Metamorphosim decimat, nunc Rasso Maronem;* [69] (ibid.) *Petro insigni B. V. cultori lac s. Bernardi*, inc. *Musae delicium meae meoque;* [70] (p. 352) *Fusco nugas inter studendum agenti rhete*, inc. *Tardius Aonio dum te das, Fusce, laboris;* [71] (ibid.) *Hectori infrequenti et tempus perdenti « nihil »*, inc. *In ludo quoties alij se sistere cogunt;* [72] (ibid.) *Beroldo semper ridenti, stro-*

phium, inc. *Cum* [4] *surgis, Berolde, cubitu, rides;* [73] (p. 353) *Caleno diu uiuere cupienti, vita brevis*, inc. *Quid frontem caperas? quid est, Calene?* [74] (ibid.) *Zenoni nihil honoris alijs exhibenti specillum*, inc. *Aut a te magis aulicos requiro;* [75] (p. 354) *Nestori omnia petenti virtus, Vis, Nestor, omnia, cape uirtutem; dedi;* [76] (ibid.) *Asinio immoderato lucerna*, inc. *Vestem rudem do ex moribus facta...;* [77] (ibid.) *Musico a musca decepto musca*, inc. *Cantor erat densis oculos circumlitus umbris;* [78] (p. 355) *Alexio semper garrienti silentium*, inc. *Cum solus est, non solus est Alexius;* [79] (p. 356) *Morantio pigro adolescenti vox asini*, inc. *Quidquid iuberis, quod stomaho* (!) *sapit tuo;* [80] (ibid.) *Aulo infelici versificatori calamus*, inc. *Omnibus, Aule, tui pariunt fastidia uersus;* [81] (ibid.) *Caecilio poëtae statuam Herculis in colunna* (!) *salutantis* (!) *Cosossus*, inc. *Stat foro in medio columna torui;* [82] (p. 357) *Paulo philosopho catholicon*, inc. *Omnia Paulus habet, si credimus omnia Paulo* (sequitur, p. 358, oratio quae inc. *Atque haec sunt, auditores humanissimi, quae hoc anno praeclari habuimus*, et des. *aequi bonique consulite*). **11** (p. 359). *Oratio die festo s. Catharinae, contra tyrannum Maximinum*. Inc. *Semper aliquid monstri*. Des. *aeternumque triumphabit. Dixi... sulphur, picem, aeternum, aeternum.* **12** (p. 373). *Oratio pro pascate*. Inc. *Summum honoris ac magnificentiae genus*. Des. *et nos pars non exigua triumphi huius accedamus. Dixi.* **13.** ⟨Dialogi sex ad propulsandam barbariem linguae latinae⟩. Primus inc. (p. 385) *Orator: Barbaries in Latio tanta, prô dolor, est.* Ultimus des. *uere proximo* (*uaticinor*) *crescent accriores* (!). *Dixi.* **14** (p. 425). ⟨Variorum quaerimoniae in mortem Iacobi Pontani, e Soc. Iesu († 1626)⟩. Prima inc. *Quisquis hunc tumulum spectas uiator*. Sexta, quae est ultima, inc. *Senex fuit Pontanus*. **15.** ⟨Carmina n.° XL⟩. [1] (p. 427) *Christo Iesu Deo ac Saluatori nostro*, inc. *Heu quae maesta meo rapiunt spectacula uultus* (!); [2] (ibid.) *Platoni sapientum sapientissimo a pediculari morbo, ut aiunt, absumpto*, inc. *Viator, audi, tumulus hic Platonis est;* [3] (ibid.) *Infantulo quem mater in obsidione Hierosolymitana fame adacta caenauit*, inc. *Quid natura meum stupes sepulchrum;* [4] (ibid.) *Attilae regi cum nuptias daret a morte abducto*, inc. *Attila sum (nomen si te fugit) ille tyrannus;* [5] (p. 428) *Petro sodali B. Virginis qui inter legendum exspirauit*, inc. *Petre, iaces, doleo, quoties te uoluere uitam;* [6] (ibid.) *Anonymo cuidam philosopho qui nomen suum non praefixit*, inc. *Quis fuerim litteris* (?) *nec enim mea nomina scripsi;* [7] (ibid.) *Duobus fratribus germanis qui noctu sidera contemplantes se ipsos mutuo interèmerant*, inc. *Marmorea gemini*

fratres recubamus in urna; [8] (p. 429) *Studioso Ingolstadiensi de nocte ex insidijs confosso*, inc. *Si quis es heu nostrum qui transis forte;* [9] (ibid.) *Adamo primo humani generis parenti*, inc. *Primus uixi, heu uixi;* [10] (ibid.) *Studioso rhetorices improuisa morte ex humano sublato*, inc. *Discere doctiloquas caepi non segniter artes;* [11] (p. 430) *Lisitheli philosopho Atheniensi ⟨qui⟩ se ipsum emortualem fecit*, inc. *Lisitheles ego sum, doctis nutritus Athenis;* [12] (ibid.) *Christo crucifixo personam in parasceue sustinenti*, inc. *Iussus ego Christum fingere, figor;* [13] (ibid.) *Musculo miserrimo qui diebus nuperis prae frigore expirasse repertus est*, inc. *Audi, audi, o nostri generis prima propago;* [14] (p. 431) *Studioso Parysiensi qui ante ianuam cauponae exspirauit*, inc. *Forte inter socios nuper laetissimus aedes;* [15] (ibid.) *Demostheni omnium oratorum inter Graecos principi, qui uenenum bibit ex calamo*, inc. *Dixi, nunc taceo, pelasga lingua;* [16] (ibid.) *Adolescenti inter dormiendum exspiranti*, inc. *Ne tibi longaeuos promittas Nestoris annos;* [17] (p. 432) *P. Terentio ⟨qui⟩ se ipsum aquis submersisse dicitur*, inc. *Vae mihi quod facinus feci, quem fabula mersit;* [18] (ibid.) *Roberto Bellarmino fortissimo post mortem etiam haereticorum triumphatori*, inc. *Miles Apollineis uixit notissimus armis;* [19] (ibid.) *Aegyptijs a ranis memorabili facinore iugulatis*, inc. *Huc huc qui Far⟨a⟩onis estis, huc huc;* [20] (p. 433) *Fannio inter scribendum epitaphium alteri defuncto*, inc. *Fannius Ausonio meditatus scribere funus;* [21] (ibid.) *Militi qui cum Deum in certamen uocasset a musca extinctus est*, inc. *Prouoco magnanimum stricto mucrone Tonantem;* [22] (ibid.) *Pontio Pilato praesidi, qui Christum damnauit ad mortem*, inc. *Fama est, o homines, maligna fama;* [23] (ibid.) *M. Catoni qui Uticae sua manu se insipienter extinxit*, inc. *Nolite, o stulti, sapientem flere Catonem;* [24] (p. 434) *Lucio Ann⟨i⟩o Vero*, inc. *In partem imperij magnis iam passibus ibat;* [25] (ibid.) *Iacobo Gressero Soc. Iesu Ecclesiae propugnatori fortissimo*, inc. *Quem ploras, hospes, pluuijs quem fingis ocellis;* [26] (p. 435) *Augustissimo Ecclesiae doctori Augustino*, inc. *Hic uir hic est toto quondam augustissimus orbe;* [27] (ibid.) *Ioanni Brittaniae ducis* (!) *qui, Clemente pontifice max. IV sacrificante, ob concursum immensi populi, muri ruina oppressus est*, inc. *Princeps sum; erro, uiator, eheu non sum, fui;* [28] (p. 436) *Fulconi comiti in leporis uenatione a morte intercepto*, inc. *Fulco comes multo splendebam diues in auro;* [29] (ibid.) *Adolescenti nobili Sueuo qui propter canem a fratre confossus est*, inc. *Liserat ingenua canis indignissimus ira;* [30] (ibid.) *Alteri cuidam anonymo qui cum fratrem propter canem transfixisset, ipse aquis*

submersus est, inc. *Tantum qui canibus tribui fratremque peremi;* [31] (ibid.) *Cytharedi qui inter ludendum exanimatus corruit,* inc. *Coepi resono ludere plectro;* [32] (p. 437) *Luciano qui ex christiano aetnicus factus a canibus laceratus est,* inc. *A luce quondam Lucianus audeo;* [33] (ibid.) *Alexandro Magno orbis dominatori,* inc. *Aduena, siste parum; quid enim properare necesse;* [34] (ibid.) *Balbo haeretico, ortodoxae fidei calumniatori;* inc. *Quis foetet hic? uir nempe magnus? aberras;* [35] (p. 438) *Guilielmo Boiariae duci,* inc. *Occidis, heu! Boiae sol illustrissimus aulae;* [36] (ibid.) *Eidem quod pauperes,* inc. *Vae nobis? abijt, uae nobis sidera prendit;* [37] (ibid.) *Regi Gothorum in cereuisia submerso,* inc. *Huc huc qui cereuisiam sititis;* [38] (p. 439) *Mendico in plateis mortuo a s. Tobia sepulto,* inc. *Nulla mihi uiuo domus, at nunc certa sepulto;* [39] (ibid.) *Praedicanti in diuos et diuas debachanti,* inc. *Impia sacrilegae iactabam spermata linguae;* [40] (ibid.) *Figulo ab olla oppresso,* inc. *Figulus antiquis fingenda doctus ab olla.* **16** (p. 440). ⟨Querimoniae VI in mortem Iacobi Pontani⟩. Prima inc. *Pontanus heu dolor.* Ultima inc. *Funesta mors nihil egisti.* Sequitur (pag. 441) carmen sepulchrale quod inc. *Quantus in hoc tumulo, quanta uirtute recumbit.* **17** (p. 442). *Compendiolum elegantiarum in particulis, praepositionum, aduerbiorum, pronominum.* Inc. *A uel ab eleganter iungitur uerbis.* Des. *licet apud Ciceronem reperiatur de pluribus.* Accedit (p. 469) indiculus particularum. **18** (p. 474). *Affixio pro festo Corporis Christi et inter quatuor pyramides,* ⟨seu inscriptiones et epigrammata quattuor, graece, addita epigrammatum latina versione, in festo Corporis Christi⟩. Prima inscriptio inc. **ΤΩ ΤΩΝ ΗΤΩΝ ΧΡΙΣΙΑΝΩΝ** (!) Ultima inc. **ΤΩ ΤΩΝ ΑΓΓΕΛΛΩΝ ΟΙΝΩ.** Primum epigramma inc. **Ὦ παρνασσὲ Βιωτέ.** Ultimum inc. Οἶδας; δευπναρίου τοῦ τὸν νόμον. Accedunt sex epigrammata de vino (I, pag. 417, inc. *Samson crine potens ter formidabilis heros;* II, ibid., inc. *Aemathij dux ille solo Babylonius hospes;* III, p. 478, inc. *Dolia tota uno Polyphemus traxit hiatu;* IV, pag. 479, inc. *Ampliter ora amplis Holophernes sicca cucullis;* V, ibid., inc. *Rorida fontanae quae surgunt gramina nimphae;* VI, pag. 480, inc. *Plus est in uitro quam quod de palmite fluxit*), tredecim aenigmata quorum tituli: *Hostia* (inc., p. 481, *Sum, non sum*), *Conuiuium* (inc. *Praepone et numera*), *Saluator* (inc. *Si caput est*), *Flos* (inc. *A tergo me cerne*), *Synaxis* (inc. *Heu mihi quis*), *Lilium* (inc. *Si det arithmeticus*), *Arca et Ara* (inc., p. 482, *Clausi olim*), *Maria* (inc. *Quattuor eximijs*), *Ara* (inc. *Una fui quondam*), *Mens, Mensa, Mensis* (inc. *Sum Deus at cuius*), *Arista* (inc. *Optima sum semper*), *Dagon* (inc. *Sum Deus et merui*), *Sanguis et Anguis* (inc. *Scinde caput*), et alia quindecim epigrammata de vino (I, p. 483, inc. *Anxia cum saeuis lacerantur pectora curis;* II inc. *Aesiodus somno Medus dum pascitur alto;*

III inc. *Vina adsunt, animos rapiunt in praelia ciues;* IV, p. 484, inc. *Implet Elicionium* (!) *proles Semeleia currum;* V inc. *Vox est argutis semper laudata Tibulli;* VI inc. *Non frustra cribrum Baccho iunxere poëtae;* VII, p. 485, inc. *Faecundi calices multos fecere disertos;* VIII inc. *Non temere Bromio pictores cornua fingunt;* IX inc. *Lintre rati Danaos Teucri petijsse Mycenas;* X, pag. 486, inc. *Sus moritur Cereri cuius male subruit agrum;* XI inc. *Sobria Pirithous licet udi pocula Bacchi;* XII inc. *Ignigenum uates olim finxere lyceum;* XIII, p. 487, inc. *Est domus et peti iuuenes dixere triremem;* XIV inc. *Quem cum remigibus grunnisse Elpenora porcis;* XV inc. *Daedalij ornatus uarijs iam uitibus hortus*). **19** (p. 488). *Declamatio pro pascate.* Inc. *Tam serenus nobis fortunatusque hodierni diei sol illuxit.* Des. *saltem angelos placere permittite.* **20** (p. 496). *Laus nihili.* Est dialogus inter auditorem, interpretem, poëtam. Inc. *Affixio, mehercule! lepida.* Des. *Interpres: merito. Poëta: cecini.* **21.** **Epigrammata triginta.** [1] (p. 508) *Poma aurea*, inc. *Aureus Hesperidum fructus pronascitur hortis;* [2] (ibid.) *Cristallus sitim restinguit*, inc. *Lucida quam prodit glaciei stiria formam;* [3] (ibid.) *Nemus aureum*, inc. *Nobilis Hesperidum ramosos* (cod.: *romosos*) *sylua lacertos;* [4] (p. 509) *De Christo Iesu nato*, inc. *In medio brumae ueneranda prodit ab aluo;* [5] (ibid.) *De Kunegunda*, inc. *Henrico Kunegundis erat praenupta marito;* [6] (p. 510) *Aliud in Kunegundam*, inc. *En simul et coniunx et virgo, virgo nec ipso;* [7] (ibid.) *In sanctum Sebastianum*, inc. *Quae reliquis tollunt pariunt tibi spicula uitam;* [8] (ibid.) *In conuersionem s. Pauli*, inc. *Sternitur intorto flammati fulminis ictu;* [9] (ibid.) *In Theophilum*, inc. *Aetherea missus delabi ter aliger arce;* [10] (p. 511) *In s. Ignatium martyrem*, inc. *Prouocat ultro feras heros laniandus arena;* [11] (ibid.) *In s. Simeonem Christum in ulnis tenentem*, inc. *Quod tibi uis, Simeon, modulati carminis orsu;* [12] (ibid.) *In s. Simeonem episcopum*, inc. *Quos nulli poterant juuenes tolerare labores;* [13] (p. 512) *In s. Benedictum*, inc. *In spinas sese Benedictus iactat et orci;* [14] (ibid.) *Aliud*, inc. *Ardentem stimulare Venus, Venus improba flammis;* [15] (ibid.) *Aliud*, inc. *Dum tetro Veneris Benedictus aduritur aestu;* [16] (ibid.) *In s. Thomam Aquinatem*, inc. *Cum supplex precibus Thomas astarat ad aram;* [17] (p. 513) *In quadraginta martyres*, inc. *Cum gelido Boreas proflaret frigora rictus;* [18] (ibid.) *In sanctum Georgium*, inc. *Gens te martyrio dum reproba, diue Georgi;* [19] (p. 514) *Delitiae puerorum*, inc. *Proijcit ficus et amictala* (!) *grata magister;* [20] (ibid.) *Pohemi infausto sydere usi ad stellam*, inc. *Atherea* (!) *nuper conspectus in arce concedes;* [21] (p. 515) *Ligare aliquem*, inc. *Te ligo sed clari tibi non do sculpta magistri;* [22] (ibid.) *In divam Catharinam*, inc. *Accipe deductum Philomuso carmen ab illo;* [23] (p. 517) *Smaragdus odit impuros*,

inc. *Mittite iam prauos* (cod.: *prouos*), *o pectora, mittite mores;* [24] (p. 518) *Smaragdus memorem docet*, inc. *Cum facit immemorem rerum te cura tuarum;* [25] (ibid.) *Smaragdus laesis oculis, Christus amissis medetur*, inc. *Gemmula de nostris abscede Smaragdina regnis;* [26] (ibid.) *Rosae inter spinas*, inc. *Nascitur in varijs ferme rosa uerna rosetis;* [27] (p. 519) *Solem uides in umbra*, inc. *Figis in ardentem, juuenis, tua lumina solem;* [28] (ibid.) *Rosae adoratae*, inc. *Non lucent nitidis fecundi floribus horti;* [29] (p. 520) *Fomes solus concipit ignem*, inc. *Quid tibi cum chalibem qui manu silicemque lacessit;* [30] (ibid.) *Onyx in igne suaue olens*, inc. *Pollet onyx medios medius uirtutibus ignes.* **22** (p. 529). *Epitome antiquitatum Romanorum, anno MDCXXVIII*, tribus libris. Liber I inc. *Ab Ioue huius principium Epitomes capescere.* Liber III des. *peractis omnibus, Senatus a consulibus demittebatur his uerbis: Nihil iam vos moramur, P. C.* **23** (p. 763). *Oratio in urbem Aichstadium.* Inc. *Spartam suam ornare unicuique concessum, ni fallor, est.* Des. *interea quam urbem uiginti septem locis rhetoricis ornauimus, inornatam esse ne iudicatote. Diximus.* **24** (p. 788). *Oratio pro pascate.* Inc. *Alleluia; quaenam haec uox?* Des. *sciremus nos mori non tantum posse, sed etiam debere.* **25** (p. 803). *Affixio eucharistica Aichstadium sacrum SS. Christu* (!) *Iesu Corpori* (!) *in pompam eucharisticam profectum.* Sunt carmina viginti novem, fere omnia Aichstadii ecclesiis affigenda in festo Corporis Christi. Carmen I inc. *Ite coronatis diuinae postibus aedes;* II *Felix ante alias;* III (p. 807) *Hospes ab extremis;* IV *Portas sacrilegis;* V *Non haec magna;* VI (p. 808) *Limina (qui transis) magni doctoris adora;* VII *Tres struimus templum;* VIII (p. 809) *Quaere alibi;* IX *Qui fugis ad Petrum;* X *Aediculam paruae;* XI (p. 810) *Tecta habeant alij;* XII *Quid facis, o princeps;* XIII (p. 811) *A Christo Domno;* XIV *Aonijs, Iacobe, tuas;* XV *Currite queis oleum;* XVI (p. 812) *Petre, negas;* XVII *Qua uidet Hesperium;* XVIII (p. 813) *Echo, age pauca mihi;* XIX (p. 815) *Anne hoc Lazarus;* XX *Christi discipulo;* XXI (p. 816) *Cur aedem tibi;* XXII *O factum bene;* XXIII (p. 817) *Antiqui. domitor;* XXIV (p. 818) *Quid stas? Ingredere;* XXV *Prisci rudera;* XXVI (p. 819) *I nunc, et querulis;* XXVII *Quid tibi nobiscum est;* XXVIII (p. 822) *Et tu, magna parens;* XXIX *Viti limina quisquis es, uiator.* **26** (p. 823). *Affixio poëtarum, post rhetorum: pugna spiritualis contra mundum, carnem, diabolum.* Sunt carmina XXX, quorum I inc. (p. 824) *Stat medius, signumque uibrat;* II *Quisquis es, o patriae;* III (p. 825) *Hinc puer triplici;* IV *Dum Baccho Venerique;* V (p. 826) *Sicut Erythraeo radiat;* VI (p. 827) *Sint tibi Mygdonijs* (hoc carmen repetitum invenies p. 829); VII *Saxi fragmina;* VIII (p. 828) *Ardua cum quaterent;* IX (p. 829) *Igneus in toto;* X (p. 830) *Atrox igniuomis;* XI *Nequitijs effrenis;* XII (p. 831) *Simon Icario;* XIII (p. 832)

Deuolat aetherea; XIV *Heu! petit antiquam;* XV (p. 833) *Cypridos ut flammas;* XVI *Phytagoraeum* (!) *illud;* XVII (p. 834) *Cum ferus ancipiti;* XVIII *Talibus pia saepe*; XIX (p. 835) *Narcisius liquidae;* XX (p. 836) *Septum faemina rupibus;* XXI *Forte ad diuinam;* XXII (p. 837) *Clauserat aerato;* XXIII (p. 838) *Stant duplices crudis;* XXIV *Imber frigora;* XXV (p. 839) *Dum gnati paphijs;* XXVI *Bruma erat;* XXVII (p. 841) *Auroram quoties;* XVIII *Perge mei sceleris;* XXIX (p. 842) *Gaudet arundineo;* XXX (p. 843) *Mellitum iuueni propinat.* **27.** *Aenigmata* XIII, quorum I sine titulo, inc. (p. 843) *In tenebris uideor;* II, cui titulus *Astrum, castrum,* inc. *Nox astrum monstrat;* III, cui titulus *Aliud,* inc. *Vir sum;* IV, cui titulus *Cancer,* inc., p. 844, *Cornua sunt duo;* V, cui titulus *Aliud,* inc. *Bos, gallina;* VI, cui titulus *Cancer,* inc. *Gallinae oua;* VII, cui titulus *Aliud,* inc. *Bo uiuens urit digitos;* VIII, cui titulus *Aliud,* inc., p. 845, *Oedipe sunt geminae;* IX, cui titulus *Aliud,* inc., p. 846, *Non opus hic ungues;* X, cui titulus *Aenigma,* inc. *Aenigma ante oculos;* XI, cui titulus *Aliud,* inc. *Sunt tria membra;* XII, cui titulus *Hostia,* inc., p. 847, *Hostia tria membra;* XIII, cui titulus *Aliud,* inc. *Qui caelum.* **28.** ⟨Comoediae II⟩. [1] (p. 848). ⟨Schola diaboli⟩. Inc. *Christus: Illapsus axe, terras transibo Deus.* Des. *Heu, heu, heu, pupule, pupule.* [2] (p. 913). *Schola Christi.* Inc. *Diabolus: Pulsator, pulsa, aut pulsabitur.* Des. *Vel primus merebaris.* **29** (p. 955). *Exceptio serenissimi principis Coloniensis.* Inc. *Pollux: Cane, Castor.* Des. *Saluete, florete, immortaliter.* **30** (p. 969). ⟨Drama, cui titulus S. Nicolaus, quinque actibus⟩. Inc. *Agathangelus: O curas hominum, o hoc quod est spectaculum.* Des. *Desiderium peccatorum peribit.* **31** (p. 1085). *De calendis, idibus et nonis.* Inc. *Calendae nomen graecum est.* Des. *ibi de epistolis.* Sequitur (p. 1086-1097) kalendarium, in quo ratio tantum mensium ac dierum perscripta est.

Codex currenti calamo scriptus. Tituli et litterae initiales atramento exarata. Paginarum enumerationem saepe erratam ipsi correximus. Paginae II. 103. 103ª. 104-107. 151-156. 521-528. 530. 568. 758-762. 805-1100 vacuae. In folio priori tegumenti tabulae adglutinato scriptum legimus: *Hic liber pertinet ad Bibliothecam G. M. Königij.* Pag. 198-199 indiculum praebent. In tegminis dorso, praeter alia, nota numeralis *3318* occurrit.

Integumenti tabulae corio castanei coloris impresso saec. XVII obductae; fibulae perierunt.

10056. Saec. XV, chart., mm. 309×216, ff. 376 (— f. 332 librarii neglegentia omisso).

1. Nicolai de Dinkesbühl, alias de Dinkelspühel (in ms. *de Tinckelspuhel*) opera (cf. Aschbach, *Geschichte der Wiener Uniuersität,* Wien 1865, I, p. 430-440). [1] (f. 1). ⟨Tractatus de dilectione Dei et proximi⟩ (in ms. titulus: *Se-*

quitur tractatus sermonum de decem praeceptis.., qui proprie ad tractatum sequentem refertur). Inc. *Scribitur Math. 22° quod cum quidam legis doctor.* Des. *efficiat Ihesus Christus Dominus noster, qui cum Patre,* etc. (ed. Argentorati an. 1516, f. 1-22^r). [2] (f. 43^v). ⟨Tractatus de praeceptis Decalogi⟩. Inc. *Preter precepta legis.* Des. *et indiuisa unitas Pater et Filius et Spiritus Sanctus, cui est honor et gloria, virtus et potestas per infinita secula seculorum. Amen* (ed. cit., f. 22^v-49^r). Sequitur (f. 95) ⟨quaestio utrum Christianus non refrenans linguam suam semper peccet⟩, quae inc. *Dubitatur utrum Christianus semper peccet,* et des. *et ita non est peccatum, sed pocius meritum.* [3] (f. 97). Tractatus (in ms. *Sequitur tractatus sermonum*) *de septem peccatis mortulibus.* Inc. *Nunc dicendum est de vicijs et aliquibus virtutibus eis oppositis. Et est pro illo notandum quod, ut docet magister 2° sententiarum distinctione prima, Deus a principio hominem ad hoc creauit.* Des. *de quo sepe superbire incipit preferendo se ex hoc alijs qui talia ignorant* (cf. ed. cit., f. 100-146^r). Sequitur (f. 201^v, col. 2) brevis locus s. Ioannis de Capistrano, alia manu exscriptus. [4] (f. 202). ⟨Confessionale peccatorum⟩ (in ms. *Sequitur tractatus de septem vicijs...*). Inc. *Secundum magistrum et doctores.* Des. *preces fundere neglexerit* (ed. cit., f. 146-152^v). [5] (f. 212). Tractatus de oratione Dominica (in ms. *Incipit tractatus sermonum super Dominica oratione..*). Inc. *Si quid pecieritis Patrem in nomine meo, dabit uobis... Sanctus Crisostomus super illo Math. 7° « Petite et dabitur uobis ».* Des. *id est in celesti patria; quo nos perducat etc. Amen* (ed. cit., f. 49-68^r). [6] (f. 255). Tractatus de octo beatudinibus. Inc. *In ewangelio quod legitur in festo omnium sanctorum.* Des. *et mereamur peruenire ad beatitudinem eternam: largiatur nobis omnipotens Dominus. Amen* (ed. cit., f. 92^v-99^v). [7] (f. 290^v). Tractatus de septem donis Spiritus Sancti (cf. Aschbach, op. cit., p. 439, n. 1). Inc. *Egredietur virga de radice Yesse, et flos de radice eius ascendet,* etc. *Ex hac auctoritate et alijs Sacre Scripture et sanctorum.* Des. *non solum trahit ad multiplicem et subtilem cognicionem, set magis ad pias affecciones, etc.* [8] (f. 304). Tractatus de tribus partibus paenitentiae (in ms. ... *de penitencia*). Inc. *Ecce nunc tempus acceptabile... Duo sunt tempora hominis.* Des. *contra triplex ius, naturale, ecclesiasticum et diuinum; a quo nos custodiat qui sine fine viuit et regnat. Amen* (ed. Argentorati, f. 68-92^r). Sequuntur (f. 354^v) nota: *Et sic est finis huius tractatus, anno Domini 1444, die octaua mensis Decembris,* et (ff. 361-363^r) index rerum notabilium eiusdem tractatus.

2 (f. 355). ⟨**Anonymi**⟩ *Sermo de penis inferni.* Inc. *Circa passum istum ewangelij « ligatis manibus et pedibus... ».* Des. *sicut gaudia sanctorum in celis sunt ineffabilia, etc., et sic de alijs, etc. Deo gratias.*

3 (f. 365). ⟨**Anonymi**⟩ *Tractatus de restitucionibus, et qualiter restitucio sit facienda.* Inc. *Quoniam sicut scriptum est « mendaces sunt filij hominum ».* Mutilus des. *aliquando aliquid illicite acquiritur, id est per rem* (folium quod sequebatur incipiebat: *illicitam, sicut per meretricium*).

Codicem duo, ni fallor, scripserunt librarii, quorum prior folia 1-253 binis columnis et folia 304-376^v lineis plenis, alter folia 255-303 lineis plenis exaravit. Litterae maiores ac maximae, pariter atque tituli, minio depictae. Ff. I^v. 96^v. 254. 303^v vacua. In f. I^r: *Fr. Reuss... philos.* | *Kizzingae 1829;* in marg. sup. folii 1^r, manu saec. XV-XVI: *Domino Johanni Berrinckt in Kiczing vicalus* (!), *orate pro me,* et in marg. inf. eiusdem folii, manu fortasse saec. XVIII: *Loci Capucinorum Kizingae;* in marginum resectione nota numeralis *817;* in parte posteriore prioris tabulae integumenti schedula Rulandiana.
Tegminis tabulae ex ligno; dorsum ex corio; fibulae ex parte perierunt.

10057. Saec. XV, chart., mm. 307×217, ff. XV-553 (— ff. 142. 245. 247-252. 410-420. 468. 512-516 avulsis).

1 (f. 1). **S. Martini Dumiensis** Formula honestae vitae (Migne, P. L. 72, 21-28).

2 (f. 4^r). **S. Augustini** Liber exhortationis... *ad quendam amicum carissimum* (M. 40, 1047-1078, inter spuria).

3 (f. 26). **Hincmari Rhemensis** archiepisc. De cavendis vitiis, et virtutibus exercendis (in ms. *Excerpta.. de dictis Beati Gregorij papе ad Karolum regem missa;* M. 125, 857-930).

4 (f. 78^r). **S. Cypriani** De mortalitate, inde a v. *Fratres nostri non sunt lugendi accersione dominica de seculo liberati, cum sciamus* (p. 309, 18-314 Hartel).

5 (f. 80^v). **S. Augustini** ⟨In epistolam Ioannis ad Parthos tractatus I-X⟩ (M. 35, 1976-2062).

6. ⟨**Ioannis Herolt** opera nonnulla⟩ (pluries edita in libro qui inscribitur « De eruditione Christifidelium »; cf. Hurter, Nomenclator literarius, tom. II, Oeniponte 1906, col. 982-983: harum autem editionum eam tantum quae prodiit Argentinae an. 1490 prae manibus habere potuimus). [1] (f. 134). ⟨Tractatus de sex operibus misericordiae⟩. Opusculum hoc in codice nostro in duos tractatulos divisum est, quorum prius inscribi potest ⟨De operibus misericordiae corporalibus⟩, alterum inscribitur *De operibus misericordie spiritualibus.* Inc. *Opera misericordie corporalia sunt sex.* Des. *in bonis obtulerit, totum perdet, etc.* [2] (f. 145). Tractatus de decem Dei praeceptis. Inc. *Si vis ad uitam ingredi serua mandata... In verbis propositis ostendit Christus cuilibet homini.* Des. *quia melius esset tales corruptores fidei prodere prelatis ecclesie, quam diu in pane et aqua ieiunare.* [3] (f. 242). ⟨Tractatus de operibus misericordiae corporalibus⟩ (est prima pars tractatus de sex operibus misericordiae).

7 (f. 253). ⟨**S. Gregorii M.** Homiliarum in Ezechielem prophetam libri duo⟩, usque ad v. *est aliud quod auro uestitur* (M. 76, 785-1070 A).

8 (f. 421). ⟨**Registrum ad usum praedicatorum**⟩ (in ms. *Incipit Abicit mundus*). Inc. *Abicit mundus ⟨pauperes⟩, et honorat diuites. Nota: Augustinus dicit quod corwus talis nature est quod pullos suos.* Mutilum des. *Thesaurisare debet nullus de thesauro... ideo quicquit ultra retinent furtum.* Hoc opus exstat item anonymum in compluribus aliis codicibus, ut eruitur ex Hauréau, Initia operum latinorum, quae adservantur manu scripta in Biblioth. Vatic.

9 (f. 469). ⟨**Flores temporum, auctore fratre ord. Minorum, ab O. C. ad annum 1292**⟩ (cf. Potthast, Bibliotheca historica medii aevi, vol. I, Berolini 1896, p. 451-452). F. 511: *Explicit flores temporum, anno Domini M°CCCC°XXXIIIJ in vigilia diuisionis Apostolorum per me J. G.*

10 (f. 517). ⟨**Iacobi Burlaci** Liber de vita et moribus philosophorum⟩ (opus pluries impressum fuit; cf. Hain, Repertorium bibliographicum, ad vocem; Valentinelli, Bibliotheca manuscripta ad S. Marci Venetiarum, tom. VI, Venetiis 1874, p. 55). Inc. *De vita et moribus philosophorum tractaturus, multa que ab antiquis auctoribus in diuersis libris de ipsorum gestis sparsim reperi.* Mutilus des. *Zoroastes philosophus... de quo Aristoteles ait quod.*

Codicem, partim lineis plenis (ff. 1-244^r. 527-552^r), partim duabus columnis, diversi librarii scripserunt. Tituli et litterae maiores ac maximae minio depicta. Folio I^r chartula adglutinata est, in qua codicis descriptionem dedit Antonius Ruland, praevia nota: *Codex, quem vides, fuit in monasterii S. Augustini bibliotheca, Wirçeburgi, asservatus. Ista vero anno D. 1825 distracta, venit in manus antiquarii, hic loci habitantis, ex quibus 1829 recuperavimus;* in f. I^v index manu antiqua conscriptus. Ff. II-XV. 224^v-246 ad indices reservata; 511^v. 553 vacua. Praeter folia avulsa de quibus supra diximus, aliud folium post 552 resectum fuit. In parte interna alterius tabulae integumenti folium menbran. adglutinatum est, in quo actus occurrit admodum erasus. In tegumenti fronte titulus: *Formula vite honeste*, et manu fortasse A. Ruland: *Codex Monasterij S. Augustini Herbipolensis* (Würzburg); in dorso: *M. ch. F. 2;* in priore tegumenti tabula schedula Rulandiana.

Integumenti tabulae corio castanei coloris obductae; fibulae ex parte perierunt.

10058. Saec. XV, chart., mm. 290 × 206, ff. 482.

⟨**Petri Comestoris** Historia scholastica⟩.

1 (f. 1). ⟨**Historia libri Genesis**⟩, inde a v. *sic* (!) *ipse obtemperaret suo cultori* (!). *Precepitque ei Deus dicens* (Migne, P. L. 198, 1069 A-142). **2** (f. 48^v). **Historia libri Exodi** (Migne, ibid., 1141-1194). **3** (f. 81). **Historia libri Levitici** (M. ibid., 1193-1216). **4** (f. 94). **Historia libri Numerorum** (M. ibid., 1215-1248). **5** (f. 114^r). **Historia libri Deutoronomii** (M. ibid., 1247-1260). **6** (f. 123^v). **Historia libri Iosue** (M. ibid., 1259-1272). **7** (f. 132). **Historia**

libri Iudicum (M. ibid., 1271-1292). **8** (f. 147v). Historia libri Ruth (M. ibid., 1293-1295). **9** (f. 149). Historia librorum Regum (M. ibid., 1295 1432). **10** (f. 247v). Historia libri Tobiae (M. ibid., 1431-1442). **11** (f. 254v). Historia libri Ezechielis (M. ibid., 1441-1446). **12** (f. 258v). Historia libri Danielis (M. ibid., 1447-1476). **13** (f. 278v). Historia libri Iudith (M. ibid., 1475-1490). **14** (f. 289). Historia libri Esther (M. ibid., 1489-1505). **15** (f. 300). Historia librorum Machabaeorum (M. ibid., 1505-1538, usque ad v. *deferrent ad Cesarem*). **16** (f. 325). Historia evangelica (in ms. *Incipit textus ewangelicus;* M. ibid., 1537-1634, usque ad v. *et processio translata est ad dominicam*). **17** (f. 409). Historia libri Actuum Apostolorum (M. ibid., 1645-1722). Sequuntur: [1] (f. 468) versus de tribus Mariis (inc. *Ex Ioachim, Cleopha, Saloma, tres Anna Marias;* cf. Chevalier, Repertorium hymnologicum, n° 26271); [2] (f. 468v) indiculus regum (inc. *Reges Sirie post Alexandrum Magnum;* des. *Aristoboli magni Herodis filij*); [3] (ibid.) index pontificum Hebraeorum ab Esdra ad Antipam et Philippum filios magni Herodis; [4] (ff. 469v-482) index rerum notabilium.

Codex binis columnis mendose exscriptus. Tituli et litterae initiales minio depicta. Foliorum enumeratio duplex; ex antiqua, numeris romanis signata, eruitur prima decem folia periisse: recens enumeratio, quam ipsi in imis marginibus apponendam curavimus, a folio XI antiquae enumerationis sumit initium. F. 196r vacuum. In margine superiore folii 1r, manu recentiore: *Ad bibliothecam Canonicorum Regularium in Triffenstein* (de hoc monasterio, cf. Zunggus, Historiae generalis et specialis de ordine canonicorum regularium s. Augustini prodromi tom. II, Ratisbonae 1745, p. 676-677).

Tegumenti tabulae corio saec. XVI obductae; bullae et fibulae perierunt.

10059. Saec. XV, chart., mm. 286 × 210, ff. 255.

⟨Ioannis Herolt opera⟩.

1 (f. 1). ⟨Themata dominicarum totius anni⟩ (ed. in libro « De eruditione Christifidelium », de quo cf. cod. 10057, ad n. 6). Inc. *Ecce rex tuus venit tibi manswetus... Iam pro presenti tempore celebratur aduentus Christi prout venit in uterum Virginis Marie.* Des. *propter tres rationes 21 Q.* **2** (f. 7). ⟨Tabula secundum ordinem alphabeti (ed. ut supra). Inc. *Abstinentia in cibo et potu est prolongatio vite.* Des. *Inuidia committitur sex modis.* **3** (f. 13). ⟨Tractatus de decem Dei praeceptis⟩, ut in cod. cit., f. 145. **4** (f. 74). ⟨Tractatus de sex operibus misericordiae, ut in cod. cit., f. 134. **5** (f. 77v). ⟨Expositio in orationem Dominicam⟩ (ed. ut supra). Inc. *Omnes unanimes in oratione estote... Sicut dicit glosa super illud psalmi « Apud*

me oratio vite mee ». Des. *indubitanter nobis a Domino conferri omnia que rite postulamus. Et in hoc terminatur expositio huius sanctissime orationis Christi ore prolata, cui est honor,* etc. **6** (f. 81). ⟨Expositio in salutationem angelicam⟩ (ed. ut supra). Inc. *Ave, Maria, gratia plena. Sciendum quod ista salutatio angelica.* Des. *et vitam emendauit, et laudabili fine quieuit,* etc. **7** (f. 82ᵛ). ⟨Expositio super symbolum apostolorum⟩ (ed. ut supra). Inc. *Omnis qui uiuit et credit in me non morietur in eternum... Sciendum quod fides est frequenter predicanda fidelibus.* Des. *Quoniam mille anni ante oculos tuos,* etc. *Ad quam vitam nos perducat Ihesus Cristus,* etc. **8** (f. 88ᵛ). ⟨Tractatus de septem sacramentis⟩ (ed. ut supra). Inc. *Sacramenta sunt septem, que Deus instituit; et in quolibet sacramento datur gratia digne accipienti.* Des. *tenentur hereditare res iuste aquisitas filijs suis; hoc quere supra 4ᵗᵒ B,* etc. **9** (f. 104). ⟨Tractatulus de septem donis Spiritus Sancti⟩ (ed. ut supra). Inc. *Septem sunt dona Spiritus Sancti, que ideo sunt septem, quia per ea septem vitia capitalia expelluntur.* Des. *gaudium diuine dulcedinis non deguetas, si carnali delectatione cor maculas.* **10** (f. 106ᵛ). ⟨Tractatus de VII peccatis mortalibus⟩ (ed. ut supra). Inc. *Peccatum cum consummatum fuerit generat mortem... Hoc intelligitur de quolibet peccato mortali, pro quo notandum.* Des. *Unde Gregorius scribit in Registro quod beatus Augustinus nec cum sorore habitare consensit,* etc. (ut in ed. cit.) **11** (f. 157). *Postilla Discipuli super ewangelia dominicalia ⟨et de sanctis⟩, secundum sensum litteralem.* Inc. *In illo tempore, cum appropinquasset Ihesus... Ante initium odierni ewangelij habetur Ioh. 12, quod ante sex dies pasce.* Des. *Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Tho⟨mas⟩, quoad corpus, ut similiter gaudeat in corpore et in anima,* etc. *Explicit postilla Discipuli super ewangelia dominicalia et super ewangelia de sanctis, secundum sensum litteralem, collecta anno Domini 1437 ex postillis et sermonibus illorum doctorum, scilicet ex postillis Nicolai de Lyra super quatuor ewangelistas, et ex postillis Nicolai de Gorro* (!) *super quatuor ewangelistas, et ex postilla sancti Thome de Aquino super Iohannem, et ex sermonibus Wilhelmi Lugdunensis de tempore, et ex sermonibus Iacobi Ianuensis de tempore, et de alijs. Et si quid in presentibus sermonibus minus bene posui, in hoc me correctioni sancte matris Ecclesie et cuilibet caritatiuo correctori subicio, et offero ad emendam.* Sequitur explicatio compendiorum, quibus usus est auctor in laudandis scriptoribus supradictis et Iordano ordinis s. Augustini. **12** Sermones varii. [1] (f. 234ᵛ). *Sermo de passione Domini ex quatuor ewangelistis et sanctorum dictis collectus.* Inc. *O vos qui transitis per viam, attendite... Considerando passionem Domini nostri Ihesu Cristi tunc plus flere libet.* Des. *et obijt in partu, et statim euolauit. Hoc quere in Discipulo de tempore,*

sermone 61 T. [2] (f. 239^{v}). ⟨De dedicatione⟩ (est sermo communis XLV qui exhibetur in ed. Sermonum Discipuli de tempore et de sanctis, quae prodiit Argentinae an. 1484). Inc. *Domus mea domus orationis... Hodie peragitur festum dedicacionis huius ecclesie.* Des. *portauit ad patibulum. Hoc quere in Discipulo de tempore, sermone 114 V(?).* [3] (f. 241^{v}). ⟨Sermones duo in dedicatione templi⟩, quorum prioris initium tantum datur; alter vero inc. *Vere Dominus est in loco isto... Libenter debemus visitare ecclesiam, primo propter presentiam Dei,* et des. *iam celos introibo, ubi Deum fideliter pro te et patre meo et fratribus et sororibus et amicis meis supplicabo, etc.* (est sermo communis XLVI editionis laudatae). [4] (f. 243^{v}). ⟨De fructibus s. Missae⟩ (est sermo communis XLVII eiusdem editionis). Inc. *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consumationem... Iohannes de Sancto Geminiano dicit: Sicut corpus nichil valet.* Des. *adolescens ille proficiebat sapientia et etate et gratia apud Deum et homines. Explicit sermo de fructibus misse predicandus rusticis, qui stant foris ecclesiam infra missam.* [5] (f. 246). ⟨Sermo in illud s. Matthaei⟩ « *Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua* ». Inc. *In verbis premissis Dominus noster Ihesus Cristus uult nos inducere ad bonam confidentiam.* Des. *Item exemplum de filia regis, que obticuit peccatum in confessione, et dampnata est. Hoc quere in Discipulo de tempore, sermone 44 T.* [6] (f. 249^{v}). ⟨Sermo in illud Eccli.⟩ « *Non est homo qui non peccet...* ». Inc. *Ex hijs verbis premissis ipsius Salomonis.* Des. *videtur breue tempus esse valde longum propter acerbitatem pene. Exemplum de hoc quere etiam in Discipulo de tempore, sermone 160 C.* [7] (f. 251^{v}). ⟨Sermo in illud epistulae ad Romanos⟩ « *Reddet unicuique secundum opera sua* ». Inc. *Ex verbis iam dictis patet quod Dominus in futuro unumquemque remunerabit.* Des. *quotquot de stirpe eorum moriuntur, et dampnabuntur. Exemplum de hoc quere in sermone 261 in Discipulo de tempore.* [8] (f. 252^{v}). ⟨Sermo de eadem re⟩. Inc. *Reddet unicuique secundum opera eius... scilicet bonis propter eorum bona opera vitam eternam.* Des. *bonum exemplum est multum utile et Deo acceptum et homini meritorium. De hoc quere 51 H cum uno exemplo ibidem.* 13 (f. 254). ⟨Casus Summo Pontifici reservati⟩. Inc. *Manus violentas in clericum.* Abrumpuntur in v. *sine eorum causis et negocijs recurrentes in eaque curie.*

Codex binis columnis descriptus est. Tituli plerumque desiderantur; litterae maiores et maximae titulique qui exstant minio depicta. Ff. 10-12. 36. 156. 187^{v}. 188^{r}. 254^{v}. 255^{r} vacua. In codicis initio quattuor folia abstracta, quorum ultimum erat membraneum; post f. 254 alia septem avulsa. In f. 256^{v} notula: *Hunc librum legauit domui Carthusie prope Herbipolim in elemosinam honorabilis vir dominus Conradus Eichhorn, sacerdos et cappellanus tunc temporis gratiosi domini Rudolffi episcopi Herbipolen., cuius anima requiescat in sancta pace. Amen. Anno Domini 1490.* In priori tegumenti tabula schedula Rulandiana; in fronte voluminis duo fragmenta membranea

adfixa sunt, quorum prius exhibet titulum: *Liber de diversis materijs*, alterum litteram *P* habentem in ventre notam numeralem 7, minio depictam. In summa foliorum resectione contentorum indiculus: *Preceptorium de 7tem peccatis mortalibus,* | *alienis peccatis.* | *Postilla ewangeliorum;* in ima titulus: *De diversis materijs.* In tegminis dorso nota numeralis *158.*

Tegumenti tabulae corio signato saec. XVI obductae; fibulae fractae sunt.

10060. Saec. XV, chart., mm. 294×211, ff. 310 (+ ff. 272a et 278a librarii oscitationi neglectis).

1. Sermones de B. Virgine Maria, litterarum ordine dispositi (in ms. *Incipiunt sermones beate uirginis Marie secundum alphabetum*). [1] (f. 1). Inc. *Aue, Maria, gracia plena Dominus tecum. Sicud beatus Bernardus ista salutatio in secretario sancte Trinitatis dicitur facta.* Des. *intelligitur eius diuinitas, in cuius visione consistit gaudium et iubilus omnium sanctorum, etc.* [2] (f. 1v). *De assumpcione beate Marie.* Inc. *Assumpta est Maria in [in] celum cum corpore et anima.* Des. *admirantes dixerunt: Que est ista que ascendit, etc.* [3] (f. 2v). Sermo ut supra. Inc. *Assumpcio sancte Marie in celum facta est multipliciter.* Des. *Sanctitas enim beate Virginis eorum maliciam penitus excecauit.* [4] (f. 3). *In die assumptionis* (in ms. *assumpcione*) *beate Marie uirginis.* Inc. *Assumi debuit Maria virgo in celum in corpore et in anima, quia hoc competit.* Des. *secundum hoc gratie Ade benedictio est.* [5] (ibid.). *Sermo de beata Virgine.* Inc. *Beata predicatur virgo [virgo] Maria ab omnibus generacionibus.* Des. *ffideles per ipsam saluantur.* [6] (f. 3v). Inc. *Benedicta fuit virgo [virgo] Maria inter mulieres, in mulieribus et super mulieres.* Des. *et sanctitati, in partu iocunditas, etc.* [7] (f. 4). *Sermo de gloriosa Virgine.* Inc. *Balsamum significat virginem Mariam. Est autem balsamum siue frutex duorum cubitorum in quantitate.* Des. *Mulier amicta sole, id est in radium diuini amoris et gratie tota est conuersa, etc.* [8] (f. 4v). *De purificacione gloriose Virginis.* Inc. *Candelas enim in purificacione deferimus, racione Virginis Christi.* Des. *isti sunt sicud candela extincta, que quidem non lucet, sed fetet, etc.* [9] (f. 5v). Sermo ut supra. Inc. *Columba significat virginem Mariam propter plures condicciones.* Des. *Et invenietis requiem animabus vestris.* [10] (f. 6). *Sermo bonus de virgine Maria.* Inc. *Communis persona et non singularis fuit virgo Maria ut cum omnibus conueniret.* Des. *diuicijs dirigantur.* [11] (f. 6v). *De concepcione Marie.* Inc. *Concepcio Marie, qua Christum concepit, predicta fuit per Isaiam* (in ms. *Ysiam*) *dicentem.* Des. *et verbum est, etc.* [12] (f. 7). *Sermo de b. Maria virgine.* Inc. *Dolorem triplicem habuit in presenti vita virgo Maria.* Des. *videns deitatem Christi tam ignominiose tractari.* [13] (f. 7v). *Sermo de gloriosa virgine Maria.* Inc. *Elephas, secundum Aristotilem,*

habet plura conmendabilia. Des. *numquam pro salute nostra Christum crucifigi procurassent.* [14] (f. 8). *Sermo de b. Virgine.* Inc. *Facies beate Marie* [*Marie*] *non tantum pulchra fuit corporalis, sed maxime spiritualis.* Des. *ffuit rubicunda racione caritatis, vel racione canditatis, etc.* [15] (f. 9). *Sermo de virgine Maria.* Inc. *Formosa fuit Virgo beata angelis, Deo et hominibus.* Des. *Beata autem Virgo habuit varietatem omnium virtutum, ideo dicitur circumdata varietate, etc.* [16] (f. 9ᵛ). *Sermo de Virgine gloriosa.* Inc. *Fons dicitur virgo* [*virgo*] *Maria, de quo fonte tria sunt videnda.* Des. *inebriabuntur ab ubertate.* [17] (f. 10). *Sermo virginis Marie.* Inc. *Fructus benedictus ventris tui, Maria, est ille de quo loquitur Lucas.* Des. *Cristus autem sine mensura, etc.* [18] (f. 11). *Sermo de b. virgine Maria.* Inc. *Graciam Dei Maria habuit.* Des. *Omnibus enim sinum aperiet sue misericordie.* [19] (ibid.). *Sermo de gloriosa Virgine.* Inc. *Graciam habuit Maria, scilicet puram, plenam et super plenam.* Des. *eius voluntas fuit, ut per illam* (in ms. *illa*) *omnia bona habeamus, etc.* [20] (f. 12). *Sermo bonus de virgine Maria.* Inc. *Humilitatem habuit* [*habuit*] *Maria.* Des. *usu addiderit, etc.* [21] (f. 12ᵛ). *Sermo de b. Virgine.* Inc. *Ignis Sancti Spiritus* [*Spiritus*] *beatam Mariam pre ceteris amplius inflammauit.* Des. *diuisos ipsi Deo unit et copulat.* [22] (f. 13). *Sermo bonus de gloriosa uirgine Maria, de incarnacione Domini.* Inc. *Incarnacio filij Dei facta* [*facta*] *fuit in utero virginali.* Des. *personaliter innatum, corporaliter invesceratum* (!). [23] (f. 13ᵛ). *Sermo gloriose uirginis Marie.* Inc. *Lylium potest di⟨ci⟩* [*dici*] *beata uirgo propter multas causas* (in ms. *causaus!*). Des. *curat morsum auaritie exemplo sue paupertatis, etc.* [24] (f. 14ᵛ). *Sermo de dolore b. Marie sub cruce.* Inc. *Martirium gladij materialiter beata uirgo passa non fuit.* Des. *pre amore estuabat desiderio et compassione, etc.* [25] (f. 15). *De nobilitate gloriose uirginis Marie.* Inc. *Nobilis fuit uirgo beata Maria.* Des. *cuius decorem Deus plurimum concupiuit.* [26] (f. 15ᵛ). *Sermo gloriose uirginis Marie.* Inc. *Optimam partem elegit sibi Maria... Illud verbum non convenit alicui sancto.* Des. *et hec est pars super optima.* [27] (f. 16ᵛ). *De purificacione Marie.* Inc. *Purificari uoluit virgo Maria propter exemplum.* Des. *pro alienis miserijs, etc.* [28] (f. 17). *Sermo bonus de b. Virgine.* Inc. *Quesiuit Maria Deum, et invenire meruit.* Des. *anima mea liquefacta est, etc.* [29] (f. 17ᵛ). *Sermo beate Virginis.* Inc. *Rosa dicitur uirgo* [*dicitur virgo*] *Maria, prout ipsa dicit.* Des. *sanat per spei subleuacionem.* [30] (f. 18ᵛ). *De angelica salutacione.* Inc. *Salutacio* [*an*] *angelica a Patre.* Des. *exaltauit illum apud proximos suos.* [31] (f. 19). *Sermo gloriose virginis Marie bonus et utilis.* Inc. *Thalamus Christi ffuit uterus virginis.* Des. *quia est regina trium ordinum hominum, martirum et confessorum, et nouem ordinum angelorum.* [32] (f. 19ᵛ). *Sermo de*

unitate Virginis gloriose et filij eius. Inc. *Unitas magna fuit inter Christum et Mariam.* Des. *ideo dicitur universi pulveris pigmentarij.* Sequitur minio: *Expliciunt sermones beate uirginis gloriose Marie, etc., etc., etc., etc., etc., sub anno Domini millesimo CCCC XXX° octauo, per manus domini Johannis Stelers.*

2 (f. 29). **Dietae salutis,** ⟨quarum prima de vitiis, altera (f. 38) de paenitentia, tertia (f. 45ᵛ) de praeceptis, quarta (f. 50) de consiliis, quinta (f. 54ᵛ) de donis et virtutibus, sexta (f. 61ᵛ) de donis S. Spiritus, septima (f. 65ᵛ) de beatitudinibus, octava (f. 73ᵛ) de fructibus Spiritus S., nona (f. 75ᵛ) de iudicio extremo, decima (f. 76ᵛ) de poenis inferni et gloria paradisi⟩. Prima inc. *Primo ergo nota de peccato vel vicio in communi.* Ultima des. *egent gloria Dei, que est infinita: ad quam gloriam nos perducat,* etc. Sequitur nota, partim atramento, partim minio scripta: *Et sic est finis huius operis 1439. Scriptum per Johannem Steler.* Praemittuntur: [1] (f. 20) capitula, quorum I *De peccato in communi,* et LXI *De gloria paradisi;* [2] (f. 20ᵛ) ... *themata dominicalia super dietam salutis,* quorum primum inc. *Abiciamus ergo opera tenebrarum... In aduentu magni regis,* et ultimum des. *Christi uestigia obseruanda. Quere in materia de iustitia et preceptis, etc.;* [3] (f. 26ᵛ) themata in communi sanctorum, quorum primum inc. *Maiorem hac dileccionem nemo habet... Conswetum est in Ecclesia quod in magna solempnitate,* et ultimum des. *contemplacione radiosi. Require in materia de contemplacione, etc.;* [4] (f. 28ᵛ) prologus, qui inc. *Hęc est uia, ambulate in ea,* et des. *Primo igitur in nomine Domini agendum est de vicijs, et primo in generali, et postea in speciali.*

3 (f. 85). *Tractatus de Terra Sancta Jerosolimitana.* Inc. *Gloriose ac sancte ciuitatis Iherusalem nec non et tocius Terre Sancte peregrinacionis.* Des. *quorum quidem hospitalarij ordinis siue Johannis fratres, alij fratres Theutunicorum nuncupantur.*

4 (f. 89ᵛ). *Tractatus de locis et statu Terre Jerosolimitane.* Inc. *Terra Jerosolimitana in centro mundi posita est.* Des. *Trogandorum et aliorum*(!) *plurimorum* (!) *gencium. Explicit tractatus,* etc. *Anno Domini etc. 38.* Opusculum hoc constat ex tractatulis de statu Terrae Sanctae et de excidio regni et regibus Ierusalem, quos recensuit Röhricht (Biblioth. geographica Palestinae, Berlin 1890, p. 44-45), nec non ex sex capitulis, quorum tituli: *De pluralitate Sarracenorum; De Egiptijs; de Arabeis; De Cordinis; de Turcomanis; de pontifice Sarracenorum.*

5 (f. 94). *Descriptio paradisi terrestris ab illo qui vidit.* Inc. *Paradisus terrestris, de quo fuit expulsus Adam cum uxore sua.* Des. *prestant et hominibus auxilium et fomentum. Explicit tractatus de paradiso terrestri.*

6 (f. 96v). ⟨De septem vitiis, seu *apparitoribus* quos diabolus mittit contra peccatorem, et de septem virtutibus quas Deus mittit contra vitia ad hominem protegendum⟩. Inc. *Primus apparitor est superbia, quam mittit dyabolus contra peccatorem, qui sedet super dromedario.* Des. *modum et ordinem non habent.*

7 (f. 103v). *De oracione Dominica.* Inc. *Elegit Dominus noster Ihesus Cristus duodecim apostolos, et docuit illos multa bona.* Des. *et eripiat nos de pena iehenne Ihesus Christus Dominus noster, qui viuit, etc.*

8 (f. 104). ⟨Explanatio s. Missae⟩. Inc. *De vestibus sacerdotalibus. Dicit Apostulus...* (!) *Induite vos armatura Dei, ut possitis stare aduersus insidias dyabuli. Hec armatura est vestis sacerdotalis.* Des. *In missa pro defunctis dicitur requiescant in pace, amen, quia aptatur eis requies eterna, etc.*

9. ⟨Sermones quadragesimales⟩. [1] (f. 109). *Dominica prima.* Inc. *Ductus est Ihesus in desertum a spiritu... Ewangelium Christi est exemplum et forma nostri ieiunij.* Des. *Sic ergo et nos vincamus, ut angeli ministrent nobis: et sic patet totum de ewangelio.* [2] (f. 112v). Inc. *Circa nostrum jeiunium quedam utilia et quasi necessaria videamus.* Des. *quamuis ad premium essenciale vite eterne non valeat: ad que autem bona valeant, require alibi,* etc. [3] (f. 115). *Dominica secunda « Reminiscere ».* Inc. *Egressus Ihesus secessit in partes Tyri et Sydonis ... Sicut dicitur I Ioh., III, in hoc apparuit Filius Dei.* Des. *Sed quia multa dicta sunt, dimittatur ad presens: et sic patet totum de ewangelio.* [4] (f. 120). *Dominica tercia.* Inc. *Erat Ihesus eiciens demonium... Dicitur Apocalips. XVIIJ, sicut reddidit uobis, reddite illi.* Mutilus des. *alios autem pastores et doctores in opus ministerij ad consummacionem sanctorum. Si ergo ego...*

10. ⟨Sermones duo in festo Annuntiationis B. Virginis Mariae⟩. [1] (f. 123). Inc. *Missus est angelus Gabriel... Aristotiles in libro de celo et mundo ...* Des. *et luna sub pedibus eius, ut ibi supra habetur.* [2] (f. 124v). Inc. *Missus est angelus Gabriell. De domo David, ut sonet.* Des. *Veni speciosa mea, quia per te ostendam salutare omni populo, etc.*

11. ⟨**Ioannis Herolt,** *Discipulus* nuncupati, Quadragesimale⟩ (prodiit Reutlingae, 1489; in ms. opus inscribitur *sermones per quadragesimam*). [1] (f. 128). *Feria 4ta Cinerum.* Inc. *Conuertimini ad me in toto corde vestro ... Videmus enim quod cum animal brutum.* Des. *quam queuis iniquitas. Item alium sermonem in die cinerum... quere in Discipulo de tempore, sermone 38 C.* [2] (f. 129). *Feria quinta post Cinerum.* Inc. *Egrotauit Ezechias rex usque ad mortem. Ita scribitur Ysaye XXXVIII° originaliter, in epistola presentis diei.* Des. *Quidam cathenis ignis recluduntur, etc.* [3] (f. 130v). *Feria sexta post Cinerum.* Inc. *Clama ne cesses quasi tuba ... Ita habetur Ysa. 58 originaliter, et in hodierna*

epistola transsumptiue. Des. *et eius penitentiam suscepit.* [4] (f. 131ᵛ). *Sabbatho post Cinerum.* Inc. *Cum sero factum esset die illo, erat nauis in medio mari. Verba hec originaliter scribuntur.* Des. *tamquam suum singularem capellanum. Hec quere in Discipulo de tempore* 164, *C.* [5] (f. 132ᵛ). *Dominica « Invocauit ».* Inc. *Cum jeiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus... In ewangelio hodierno Cristus ieiunat nobis in doctrinam et exemplum.* Des. *tociens coronaberis, etc. Exemplum de juuene qui meruit septem coronas quere in Discipulo de tempore 151 E.* [6] (f. 133ᵛ). *Feria secunda post « Invocauit ».* Inc. *Esuriui, et non dedisti michi manducare... Ita habetur Mᵗ 25 originatiue, et in ewangelio hodierno transsumptiue.* Des. *ad istum patrem misericordie oculos cordis leuare debemus, etc.* [7] (f. 135). *Feria tercia post « Invocauit ».* Inc. *Domus mea domus oracionis vocabitur. Sic originaliter scribitur Mᵗ 21 cap.º, set recitatiue in presentis diei ewangelio.* Des. *de cetero caucius viuent. Hec Çesarius, etc.* [8] (f. 136ᵛ). *Feria quarta post « Inuocauit ».* Inc. *Generacio mala et adultera signum querit ... Ita scribitur Mᵗ 12 et in presentis diei ewangelio.* Des. *sine purgatorij pena, etc.* [9] (f. 138). *Feria quinta post « Invocauit ».* Inc. *Si vos manseritis in sermone meo, vere disciputi mei eritis ... Dum quadam vice Dominus predicaret.* Des. *omnia in sapientia fecisti.* [10] (f. 140). *Feria sexta post « Invocavit ».* Inc. *Surge, tolle grabatum tuum et ambula. Ita scribitur Joh. 5º et in presentis die* (!) *ewangelio.* Des. *ad fidem prouexit. Hec Cesarius.* [11] (f. 142). *Sabbatho post « Inuocauit ».* Inc. *Assumpsit Jhesus Petrum et Jacobum et Johannem, et duxit illos in montem excelsum... Ista transfiguracio Domini significat gloriam beatorum.* Des. *et animam letanter secum duxit, etc.* [12] (f. 143). *Dominica « Reminiscere ».* Inc. *Miserere mei, fili Dauid, filia mea male a demonio vexatur. Verba proposita Mᵗ 15 originaliter sunt scripta, et in ewangelio hodierno leccionaliter.* Des. *et mobilis ad omne bonum.* [13] (f. 144ᵛ). *Feria secunda post « Reminiscere ».* Inc. *Cum exaltauerit filium hominis, tunc cognoscetur quia ego sum. Joh. 8 et in ewangelio hodierno. Quia homo in terra iacebat.* Des. *non ores pro me, etc.* [14] f. 145ᵛ). *Feria tercia post « Reminiscere ».* Inc. *Super kathedram Moysi sederunt scribe et pharisei ... Sciendum quod tempore Moysi.* Des. *ad infernum traxit, etc.* [15] (f. 147ᵛ). *Feria quarta post « Reminiscere ».* Inc. *Ecce ascendimus Jherosolimam, et filius hominis tradetur principibus sacerdotum ... Sepe Dominus passionem suam et resureccionem suam discipulis predicebat.* Des. *ad quam vocem mox evanuit ille, etc.* [16] (f. 149ᵛ). *Feria quinta post « Reminiscere ».* Inc. *Homo quidam erat diues, et induebatur purpura... Verba hec origenaliter scribuntur Luce 16, recitative autem.* Des. *nullus tunc aderat clericorum, etc.* [17] (f. 151). *Feria sexta post « Reminiscere ».* Inc. *Homo quidam erat paterfamilias qui plantauit vineam. Ita habetur Mᵗ 21 originatiue, et in ewangelio*

hodierno transsumptive. Des. *me illuc deportauit, etc.* [18] (f. 152ᵛ). *Sabbatho post « Reminiscere ».* Inc. *Homo quidam habuit duos filios, et dixit adolescencior ex illis... Sic originaliter scribitur Luce 15, set recitatiue legitur in presentis diei ewangelio.* Des. *spiritum e conuerso exalauit.* [19] (f. 154). *Dominica tercia.* Inc. *Erat Jhesus eiciens demonium, et illud erat mutum. Sicut originaliter scribitur Luce 11 cap.°, et recitatiue legitur in presentis dominice ewangelio.* Des. *cito peccatorum suorum obtinebit veniam, etc.* [20] (f. 155ᵛ). *Feria secunda post « Oculi ».* Inc. *Nemo propheta acceptus est in patria sua... Sic accidebat ipsi Christo qui in sua gente occidendus fuerat.* Des. *ille euasit notam confusionis, etc.* [21] (f. 157). *Feria tercia post « Oculi ».* Inc. *Si peccauerit in te frater tuus, vade et corripe eum ... Quia sepe fit peccatorum commissio.* Des. *incendij huius euasit ardorem, etc.* [22] (f. 158ᵛ). *Feria quarta post « Oculi ».* Inc. *Accesserunt ad Jhesum scribe et pharisei dicentes: Quare discipuli transgrediuntur traditionem seniorum?... Ubi maius inminet periculum.* Des. *per istum ignem Sancti Spiritus sanctum.* [23] (f. 160). *Feria quinta post « Oculi ».* Inc. *Socrus autem Synonis tenebatur magnis febribus ... Sicut dicit beatus Augustinus, ffilius Dei venit ad genus humanum.* Des. *et Deo satisfecit pro peccatis suis.* [24] (f. 161ᵛ). *Feria sexta post « Oculi ».* Inc. *Jhesus fatigatus ex itinere sedebat sic super fontem. Joh. 4. Sicut unum corpus nichil valet sine societate anime.* Des. *plene confessa est et sanata, etc.* [25] (f. 163). *Sabbatho post « Oculi ».* Inc. *Adducunt scribe et pharisei ad Jhesum mulierem in adulterio deprehensam. Joh. 8. Jhesus Christus quando temptabatur.* Des. *deuote quieuit in pace.* [26] (f. 165). *Dominica in medio quadragesime.* Inc. *Est puer unus hic qui habet quinque panes ordeaceos et duos pisces. Verba proposita Joh. 6 originaliter sunt scripta, et in ewangelio presentis diei leccionaliter recitata.* Des. *et cum firmo proposito dimittendi omnia peccata. Hec quere in Discipulo de tempore, sermone 92, O, etc.* [27] (f. 166ᵛ). *Feria secunda post « Letare ».* Inc. *Invenit Ihesus in templo vendentes et ementes oues et boues. Joh. 2°. Quandocumque Ihesus venit Jherosolimam.* Des. *quousque ad condignam penitentiam perueniret, etc.* [28] (f. 167ᵛ). *Feria tercia post « Letare ».* Inc. *Totum hominem sanum fecit in sabato. Johannis 7. Magnum est hominem sanare spiritualiter.* Des. *ad purgatorium transeunti, etc. Hec Wilhelmus.* [29] (f. 169). *Feria quarta post « Letare ».* Inc. *Quis peccauit, hic, aut parentes eius, ut cecus nasceretur? Joh. 9. Communis error antiquorum fuit.* Des. *ut in eternum parcas.* [30] (f. 170). *Feria quinta post « Letare ».* Inc. *Ecce defunctus efferebatur filius unicus matris sue. Luce 7 et in ewangelio hodierno. Inveniemus in sacra Scriptura quod peccatum assimilatur morti.* Des. *propterea nullius peccati merui remissionem, etc.* [31] (f. 172). *Feria sexta post « Letare ».* Inc. *Lazare, veni foras. Joh. 11. Peccatores*

illo sacro tempore multum debent sperare de misericordia Dei. Des. *usque ad diem et ad iudicium extremum, etc.* [32] (f. 173). *Sabbatho post « Letare ».* Inc. *Ego sum lux mundi. Joh. 8. Sicut videmus quod lux corporalis manifestat se ipsam.* Des. *sperantes in se et seruientes sibi in secula seculorum. Amen.* [33] (f. 175). *Dominica in passione Domini.* Inc. *Quis ex uobis arguet me de peccato? ... Verba preposita sunt Joh. 8 originaliter scripta, et in ewangelio hodierno leccionaliter recitata.* Des. *et transsactis postea quindecim diebus requieuit in pace. Hec in vitas patrum, etc.* [34] (f. 176). *Secunda fferia post « Judica », sermo.* Inc. *Miserunt principes et pharisei ministros ut apprehenderent Ihesum. Joh. 7. Sicut dicit Joh. supra immediate, multi de turba crediderunt.* Des. *se fratrum orationibus liberatum, ad gloriam et laudem Saluatoris euolauit, etc.* [35] (f. 177v). *Feria tercia post « Judica ».* Inc. *Ambulabat Jhesus in Galileam, non enim volebat in Iudeam ambulare ... Joh. 7. Sicut patet ex hodierno ewangelio, inter Iudeos.* Des. *se ipsum propter Deum contempnens, etc.* [36] (f. 179). *Feria quarta post « Judica ».* Inc. *Facta sunt encenia Jerosolimis, et hyemps erat ... Encenia erat festum dedicacionis templi.* Des. *non vult honorari, etc.* [37] (f. 180). *Sermo. Feria quinta post « Judica ».* Inc. *Ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix ... Ecclesia universaliter supponit quod ista mulier fuit Maria Magdalena, soror Lazari.* Des. *quam predicta restituere, etc.* [38] (f. 182). *Sermo. Feria sexta post « Judica ».* Inc. *Collegerunt pontifices et pharisei consilium, et dixerunt quia hic homo multa signa facit, etc. Joh. 11. Pontifices et pharisei quando audierunt.* Des. *non sunt soluti, etc.* [39] (f. 183). *Sermo in vigilia palmarum.* Inc. *Subleuatis Jhesus oculis in celum, dixit: Pater, venit hora, clarifica filium tuum ... Joh. 17. Differencia est inter oracionem Christi et oracionem nostram.* Des. *dignata fuerat misereri, etc.* [40] (f. 184). *Sermo in die palmarum.* Inc. *Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via. Matth. 21. In verbis premissis agitur de honore exhibito Christo.* Des. *nisi satisfaceret de hoc domino suo. Hoc exemplum quere in Discipulo de tempore, sermone 33 d, etc.* [41] (f. 185). *Sermo. Feria secunda post palmarum.* Inc. *Si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum. Ita scribitur Joh. 12 et in ewangelio hodierno. Videmus enim quod omnia.* Des. *si volunt peccatorum remissionem consequi, etc. Ultimo exemplum de muliere... que in confessione sua bona opera dixit. Hoc quere in Discipulo de tempore, 106 sermone C.* [42] (f. 186v). *Sermo. Feria tercia post palmarum.* Inc. *Ego quasi agnus manswetus qui portatur ad victimam. Verba proposita Jo. 9 originaliter sunt scripta, et in epistola hodiërna lectionaliter recitata.* Des. *et pro suis peccatis satisfecit.* [43] (f. 187v). *Sermo. Feria quarta post palmarum.* Inc. *Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras. Ita scribitur Ysa. 53 originaliter.* Des. *unus iuuat*

alterum in quantum potest, etc. [44] (f. 189). *In cena Domini.* Inc. *Dominus Jhesus in qua nocte tradebatur, accepit panem .... Ita scribitur I Cor. 11 originaliter, et in epistola hodierna transsumptiue.* Des. *hoc facite in meam commemoracionem, etc.* [45] (f. 190ᵛ). ⟨Argumentum sermonis in passione Domini⟩. Inc. *O vos omnes qui transitis per uiam, attendite et videte.* Des. *inducere ad fletum. Istum sermonem quere in Discipulo de sanctis, sermone 14 K.* [46] (ibid.). *Sermo de passione Domini.* Inc. *Descendit ad inferos partes terre: glosa, id est ad inferna. Ita scribitur ad Eph. 4. Sanctus Thomas de Aquino dicit quod statim quando anima Christi.* Des. *et recipiam eum ad me ipsum in vitam eternam. Amen, etc.* Sequuntur: [a] (ff. 192ᵛ-195) *tabula super quadragesimale Discipuli;* [b] (f. 195) nota: *Anno Domini 1435 quadragesimale Discipuli collectum ex sermonibus Jacobi Januensis, et ex sermonibus Johannis de sancto Geminiano, et ex articulis passionis Christi Jordani, Boneventure et Scoti, et ex scriptis sancti Thome de Aquino, et extractum de partibus penitencie magistri Nicolai Dinckelspuel. Et si quid in presentibus sermonibus minus bene posui, in hoc me correccioni sancte matris Ecclesie et cuilibet caritatiuo correctori subicio et offero ad emendam, etc.* (cf. Nicolaus Paulus, *Johan Herolt und seine Lehre*, in *Zeitschrift für katholische Theologie*, XXVI [1902], p. 423-424, nota 6); [c] (ibid.) explicatio complurium compendiorum, quibus usus est auctor in scriptoribus laudandis.

12. Sermones varii. [1] (f. 195ᵛ). *De accessu peccatoris ad Deum.* Inc. *Ambrosius in libro de virginitate dicit: Omnis anima accedat.* Des. *qui fuit benedictus fructus ventris Marie virginis, etc.* [2] (f. 196ᵛ). *De insidijs dyaboli.* Inc. *Insidiatur in via quasi latro ... In istis verbis habemus quod dyaboli insidiantur nobis.* Des. *mala capient in interitu, etc.: quod auertat a nobis Ihesus Christus,* etc. [3] (f. 198ᵛ). *De sancta Trinitate.* Inc. *O altitudo diuiciarum sapiencie et sciencie Dei ... Ffestum sancte Trinitatis quedam celebrant in dominica.* Des. *potuit exprimere virtutem huius psalmi, etc.* [4] (f. 199ᵛ). De eadem. Inc. *Tres sunt qui testimonium dant in celo ... Ut habetur I Canonica Iohannis.* Des. *perveniamus ad trinitatem glorie: quod nobis prestare dignetur Pater, etc.* [5] (f. 202). De eadem. Inc. *Gracia Domini nostri Ihesu Christi et caritas Dei ... Hec verba Apostolus dicit.... qui usque ad tercium celum raptus fuit.* Des. *ideo ewangelium subiungitur, homo quidam ex phariseis, Nycodemus, etc.* [6] (f. 203). De eadem. Inc. *Benedicat nos Deus, Deus noster ... Hodie et per istam ebdomadam peragitur festum Trinitatis.* Des. *et ex hoc pacem perpetuam consequamur, etc.* [7] (f. 203ᵛ). De eadem. Inc. *O altitudo diuiciarum sapiencie et sciencie Dei ... Hec verba in hoc festo sancte Trinitatis.* Des. *et post huius vite cursum vos inter nouem choros angelorum dignetur misericorditer collocare. Amen.* [8] (f. 205ᵛ). ⟨Sermo anepigraphus⟩. Inc. *Maria optimam partem elegit ... Hic vita*

contemplatiua describitur. Des. *Unde dę ista dicitur: Que est que progreditur quasi aurora,* etc. [9] (f. 207ᵛ). ⟨Sermo anepigraphus⟩. Inc. *Sapienciam sanctorum narrant populi, et laudem eorum pronunciat omnis Ecclesia.* Des. *melior est pauper sufficiens sibi, etc.* [10] (f. 208ᵛ). Sermo anep. Inc. *Uxorem duxi, ideo non possum venire. Luce 14. Non dixit iste, virginitatem voui, aut continenciam promisi.* Des. *ideo mulier ad speculum pingitur, et in contumeliam artificis conatur esse pulchrior quam nata est, etc.* [11] (f. 210ᵛ). Sermo anep. « *Solutus es ab uxore? noli querere uxorem* ». *1 Cor. 7. Glossa. Si potes continere.* Des. *Det Dominus tam istis quam illis sic in statu suo viuere, ut ad gaudia eterna valeant feliciter pervenire. Amen.*

13 (f. 212). ⟨**Ioannis Herolt** Promptuarium de festis intimandis sanctorum (cf. Nicolaus Paulus, loc. cit., p. 423). Inc. *A. Circumcisio Domini Ihesu Christi. Item Rome sancti Almachij martyris.* Des. *et sepultus est in cimiterio Priscille, etc. Explicit promptuarium Discipuli de festis intimandis diebus dominicis, collectum ex duobus martirologijs et ex quibusdam sanctorum legendis. Et sacerdos qui habet festa intimare potest aliqua festa hic posita intimare,* etc. Sequitur (ff. 256-257) *Registrum,* seu index, *praecedentis Kalendarij seu martirologij;* ad cuius calcem scriptum legimus: *Et est finis huius Registri.* | *Item ffinis, ein ende des frewet sich der* | *rucke und die lende. Item aliud,* | *Ich wardt nye so froe ich ass ee wecke* | *fur haberstrohe, etc.*

14. Sermones varii. [1] (f. 258). *De Ascensione.* Inc. *Et Dominus quidem Ihesus postquam locutus est eis, assumptus est in celum ... Sicud dicit beatus Lucas in Actibus.* Des. *in pocioribus bonis patris, ut patet in principio sermonis.* [2] (f. 262). *Dominica quinta.* Inc. *Amen dico vobis, si quid pecieritis Patrem in nomine meo ...' Quia Christus, in quantum homo, est aduocatus hominum.* Des. *venerunt michi omnia bona pariter cum illa. Et sic patet tercium, quartum uero dimittatur ad presens.* [3] (f. 265ᵛ). *Dominica XV.* Inc. *Vade, recumbe in nouissimo loco, id est depone superbiam tuam, et humilia te.* Des. *potuit uero per humilitatem Christi.* [4] (f. 266). *Dominica XIX.* Inc. *Dixit Ihesus paralitico: Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua. Nota. Gregorius in Moralibus dicit quod Deus.* Des. *et si desiderat ex toto corde suo, indulgentiam impetrabit.* [5] (f. 267). Sermo anep. Inc. *Omne debitum dimisi tibi ... In presentis dominice ewangelio Dauid in spiritu cognoscens.* Des. *sint tibi dimissa omnia peccata tua,* etc. [6] (f. 268ᵛ). Schema sermonis anep. Inc. *Cuius est ymago et superscriptio hec ... Philosophus dicit quod valde delectabile est hominibus.* Des. *que pertinent ad bonum hominem, qui Deo est acceptus. Et conclude sermonem cum ill. membr., etc.* [7] (f. 269). Sermo anep. Inc. *Nolumus vos ignorare de dormientibus ... Quid est quod non vult nos ignorare.* Des. *sanctorum gloria ut cupiatur.*

[8] (f. 269v). Sermo anep. Inc. *Caro mea vere est cibus. Hic caro accipitur.* Des. *cetera autem concomitative.*

15 (f. 270). ⟨Miscellanea de rebus praedicabilibus⟩, quas distinctius recensere operae pretium non visum est. Inc. *Gaudebunt campi et omnia que in eis sunt. Hic notantur duo, camporum delectacio.* Des. *quia preferuntur coniugatis hec autem excellentia.*

Folia 125-127 varias continent litteras, teutonice et latine. * [1] (f. 125). Quidam Philippus omnes fideles exhortatur ut stipem conferant pro labante ecclesia parochiali in N., quam Ioannes N. parrochus, praetor, consules aliique eiusdem communis conquesti sunt se non posse propriis sumptibus reficere (dat. est *fritag Kindelin tage, anno Domini millesimo quadringentesimo nono*). [2] (f. 126). Syndicus et consiliarii urbis Neuenstadt sub Salzberg testantur Ioannem Tzchend (?) et Fridericum N. cives ad eleemosynam pro ecclesia parochiali eiusque turri colligendam a se mitti (dat. *am mitwochen nehst nach sat. N. tage, anno Domini M°CCCC°LVJ*). [3] (f. 126v). Scutetus, syndicus et consiliarii urbis *Kyssige* commendant Ioannem Rotferb eleemosynarum collectorem pro aedificio extrui coepto (dat. *uff Sonabend nehst nach dem heilige Cristage. Anno etc. XLVIIJ*). [4] (ibid.). Ioannes praepositus et conventus monasterii in *Triffenstein* canonicorum regularium sancti Augustini Herbipolensis dioecesis commendant Nicolaum Grene de villa *Glasshofen*, ut ipsi pro sacello eiusdem villae reparando eleemosynam elargiantur. [5] (ibid.). Litterae commendaticiae pro eodem eleemosynarum collectore (*dat. Anno Domini etc. XLIIJ*, corr. ex *XLIIIJ, am Samptztage vor Johannis Baptiste, alias quarta post Marci Ewangeliste*). [6] (f. 127r). Cives consilii ** commendant nuncium suum Ioannem *** eleemosynarum collectorem pro missa perpetua in ecclesia ad Sanctum Wolfgang ante urbem constituenda et pro eadem ecclesia reficienda et ornanda (dat. *am Samptztage « Letare » anno Domini M°CCCC°XLIIJ°, etc.*). [7] (ibid.). Arnoldus et Ekhardus, fratres, Ulricus et Georgius praefati Arnoldi filii, omnes ex oppido *Rossenberg* stipem rogant pro sacello extrui coepto in vico *Epplingen*. [8] (f. 127v). Litterae commendaticiae pro eadem re (dat. *Anno etc. XL° in vigilia Annunctiacionis*, et confirmatae *anno Domini millesimo quadringentesimo primo*, etc.). [9] (ibid.). Litterae commendaticiae ad eleemosynas recipiendas pro quadam ecclesia restauranda (*Dat. sub sigillo ciuitatis in N. ... anno MCCCC°XL°, etc.*).

Codex currenti calamo binis columnis exaratus est, praeter folia 126v-127. 212-223. 231-255v quae lineis plenis, et folia 256-257r quae ternis columnis perscripta sunt. Tituli litteraeque initiales minio depicta. Ff. Iv. 83. 84 vacua. In margine inf. f. 268r, rubris

* Teutonica lingua scriptae sunt litterae quae sub numeris 1-3. 5-7 recensentur; latina ceterae.

litteris: *Orate Dominum pro Petro;* in folio priori integumenti tabulae interius adglutinato schedula Rulandiana occurrit, et, inter alia, haec scripta sunt: *Canoniae Trieffenstein*, manu recenti (cf. cod. 10058, f. 1^r), et nota: *I | 62.* F. I^r nota nullius momenti, et haec altera: *Scriptus hic liber anno Domini 1435*, quae si ad codicem nostrum refertur falsa est.

Tegumentum ex asseribus corio saec. XVI obductis pessumdatum; bullae et fibulae ceciderunt.

10061. An. 1431 (cf. f. 295), chart., mm. 297 × 206, ff. VII-296.

⟨**Galli abbatis coenobii Aulae Regiae** (hodiedum *Königssaal*) *Ord. Cisterciensis* **Malogranatum, sive Dialogus inter Patrem et Filium, tribus libris**⟩ (cf. Hain, Reper. bibliogr., nn. 7449-7451; Chevalier, *Répertoire des sources historiques du moyen âge*, 2^a ed., col. 1641). Liber I inc. *Fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in timore ... Sancta Trinitas, Pater et Filius et Spiritus sanctus unus omnipotens Deus sue bonitatis ac diuinitatis et ineffabilis dulcedinis et caritatis.* Tertius des. *ad que inenarrabilia bona eterne glorie perducat nos Dominus noster Ihesus Christus, qui cum Patre,* etc. *Explicit liber M a l o g r a n a t i bonus et utilis omnibus verbum Dei seminantibus, ad laudem et honorem summe ac indiuidue sanctissime Trinitatis. Amen. Nota quod a b b a s d e A u l a R e g i a librum Malagranati collegit; et iste liber sic nuncupatur, nam sicut in malogranato sunt multa grana per diuersas cellulas inclusa, sic in dicto tractatu continentur multe auctoritates diuersorum doctorum per multiformes clausulas seu sententias coadunate in unum, que tractant de materijs multum utilibus et ad anime salutem pertinentibus de statu triplici religiosorum siue aliorum katholicorum, videlicet incipientium, proficientium et perfectorum ...* F. 43 *Registrum*, sive capitula libri I; ff. 132^v-133 capitula lib. II; ad calcem libri III alia manus saec. XV scripsit: *Non est hic totus* (scilicet liber Malogranati), *sed sunt quedam excerpta.*

Codex binis columnis currenti calamo descriptus est. Tituli rubri; litterae initiales libri I et III rubro et nigro; litterae maiores, praeter primam, minio tantum depictae. Notabilia in marginibus hic illic adscripta. Ff. I-VII. 295^v. 296 vacua. F. 295, rubris notis: *Anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo primo ffinitus et completus est liber iste, qui vocatur Malogranatum per quemdam scriptorem simplicem de Noua Ciuitate ortum; et comperatus est liber iste per venerabilem dominum Theodricum de Veningen* (?) *canonicum maioris ecclesie Herbipolensis, ad laudem omnipotentis Dei et gloriose virginis Marie et omnium sanctorum...* In posteriore tegumenti tabula folium membraneum cod. saec. XIV adglutinatum est, de re grammatica. In marginum resectione titulus: *Excerpta Malogranati;* in schedula priori tegumenti tabulae adglutinata: *Excerptum de Malogranato*, et in alia schedula littera *G* intus exhibens notam numeralem *4*, minio exscriptam; in tegminis dorso nota numeralis *122* et schedula adfixa, in qua eadem nota numeralis *122* et titulus: *Excerptum de Malogranato;* in priori integumenti tabula schedula Rulandiana.

Tegiminis tabulae corio saec. XVI obductae et fibulis instructae.

10062. Saec. XIV ex., chart. (sed folium 310 membran.), mm. 285×209, ff. VI-310 (+ 107^a. 150^a. 302^a librarii oscitatione omissis).

Magistri Ioannis de Mera opera duo.

1 (f. 1). ⟨*Brachilogus*, seu **Lexicon** breviter explanans verba diversa⟩. Inc. ⟨*A*⟩ *lictera est, secundum Ysidorum, Ethimologiarum. Idcirco in omnibus lingwis est prior, quia ipsa nascentium vocem prior aperit; unde legitur in hystorijs quod masculus recenter natus eiulando dicit A.* Des. ⟨*Z*⟩*orobabel, ut patet ex Ysidoro, Ethymologiarum lib. 2 b, apud Hebreos ex tribus nominibus ..... ubi gentes Iudee erat dominator. Deo laus, qui viuit et regnat in perpetuum et in infinita secula seculorum. Amen.* Praeit (f. 1) prologus, qui inc. ⟨*C*⟩*um perutilium breuitate librorum plurimi delectentur et legentium studentiumque frequentia vanescat tepiditas, ardescat intentio ...... Si quis interroget quis opusculi presentis sit tytulus, dicendum est quod brachilogus;* et des. *A lictera est.* Sequitur (ff. 274-301) index verborum; in cuius fine scriptum legimus: *Hec tabula finita est anno Domini M^{o}CCC^{o}XCIX^o mensis Junij die octaua post festum Bonefacij pape per manus Petri Angeli de Turnont una cum toto libro in Monte Sancte Gertrudis. Explicit, expliciat; qui plus vult scribere scribat.* **2** (f. 302). **Dictamina**, fine mutila (in ms. *Incipiunt dictamina magistri Johannis de Mera*). Primum est *de modo quem pater scribit filio, ut sibi transscribat status propositi qualitatem,* et inc. *Petrus Angeli dilecto filio suo scolari Petro in Monte Sancte Gertrudis frequentanti cum paterna benedictione salutem. Mos est laudabilis filiorum.* Ultimum, cui titulus *Nepos auunculo, ut impendat sibi subsidium quod libros poterit conparare,* inc. *Omnifaria subiectione premissa.*

Codex, partim binis columnis, partim ternis (ff. 274-301), partim lineis plenis (ff. 302-304), currenti calamo exaratus est. Litterae maiores et maximae aut rubro et nigro colore, aut tantum rubro aut nigro depictae. Ff. I-VI. 273^v. 301^v. 305-310 vacua. Margines rebus notabilibus conspersi sunt. In summo margine folii 1^r possessoris nota, cuius haec verba tantum supersunt: *Liber monasterij*, ceteris turpiter discerptis: in parte posteriore prioris tegminis tabulae schedula Rulandiana adglutinata est.

Tegumenti tabulae corio saec. XVI obductae sunt; fibulae ex parte perierunt.

10063. Saec. XV in., chart., mm. 300 × 210, ff. 227 (+ ff. 48^a. 56^a).

1 (f. 1). ⟨**Excerpta copiosa ex Dialogo miraculorum Caesarii Heisterbacensis**, Ord. Cist., in duodecim distinctiones distributa⟩. Principium et finis operis consonant cum Dialogi editionibus (cf. ed. Iosephi Strange, Coloniae 1851): prologus, cui titulus *Incipit prologus in dyalogo Cesarij de miraculis in ordine nostro et extra peractis,* inc. *Colligite fragmenta ne pereant. Cum ex debito,* et des. *Et quia continencia huius dyalogi satis est miraculose, nomen ei indatur dyalogus miraculorum.* Accedunt (ff. 116-121^v) capitula, quorum I *Quo*

in loco, a quibus personis, qua necessitate ordo noster sit institutus, et ultimum *Quod festinare debeamus ingredi in ciuitatem illam celestem Ierusalem.*

2. ⟨**Anonymi** sermones⟩. [1] (f. 122). Inc. *Manete in dileccione mea. Ioh. 15. In verbo proposito, ubi Dominus hortatur discipulos suos ad precipuam obseruantiam eius virtutis.* Des. *a nullis alijs habentibus caritatem desideratur. Rogemus igitur, etc.* [2] (f. 122ᵛ). *De eodèm sermo.* Inc. *Nimis honorati sunt amici tui, Deus ... Nimis, id est ultra quam dici possit. Nota quod Christus.* Des. *qui et vitam corporis ob magnam caritatem in mortem tradiderunt.* [3] (f. 123). *Sermo de eodem.* Inc. *Vos amici mei estis, si feceritis que precipio vobis ... In hoc ewangelio ponit Dominus tria, in quibus.* Des. *qui consilium oris et frustum panis daret, etc.* [4] (f. 124). *De eodem.* Inc. *In pacientia vestra possidebitis animas vestras ..... Sicud dicit Gregorius, sex modis.* Des. *persoluis Deo flagella que sustinuit. Rogemus.* [5] (f. 124ᵛ) *De ewangelistis.* Inc. *Similitudo hominis in eis ... Verba proposita ad litteram schribantur* (!) *de sanctorum ewangelistarum figurali perfectione.* Des. *homo maxime dirigit, roborat et coaptat, etc.* [6] (f. 125ᵛ). *De eodem.* Inc. *Quatuor facies uni et* [*et*] *quatuor penne uni* (in ms. *viri*). *Eze. I. Nulla creatura.* Des. *et promissionibus futuris ut alliciamur.* [7] (f. 126ᵛ). *De uno martyre.* Inc. *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum .... Qui omnis perfectio.* Des. *amarissime passionis, quantum ad tertium, etc.* [8] (f. 127). *Sermo de eodem.* Inc. *Si quis michi ministraverit, honorificabit eum Pater meus. Jo. 22. In verbis* (in cod. *mr̄is!*) *istis.* Des. *hic honorificabit Deus hunc martirem, etc.* [9] (f. 127ᵛ). *Sermo de eodem.* Inc. *Gloria et honore coronasti eum, Domine, etc. In verbis istis notatur duplex corona.* Des. *qui festis eorum per ebrietates, iuraciones, per coreas uel luxuriam Deum plasphemant* (!), *etc.* [10] (f. 128ᵛ). *De pluribus martiribus.* Inc. *Quomodo ceciderunt fortes in bello ... Verba sunt eximia* (in cod. *exnimia*) *bellatoris Dauid plangentis Saul et Ionathan.* Des. *Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei. Quod nobis prestare dignetur Ihesus Christus Marie filius. Amen, etc.* [11] (f. 129ᵛ). *De eodem.* Inc. *Sancti per fidem vicerunt regna ... Regna sunt quadruplicia, scilicet mundi, carnis, dyaboli et celi.* Des. *sic fecerunt isti martires gloriosi. Vide legendas eorum.* [12] (f. 130). *De eodem.* Inc. *Sicud habundant Christi passiones in nobis, sic per Christum habundat consolacio nostra. 2 Cor. 1. Respondent martires tacite questioni.* Des. *habundauit consolacio nostra; ad quam consolacionem perducat, etc.* [13] (f. 130ᵛ). *De confessoribus.* Inc. *Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. Beati martires per viam compendij euntes.* Des. *et dabo tibi coronam vite; quam nobis prestare dignetur, etc.* [14] (f. 132). *De confessoribus.* Inc. *Dedit illi scientiam sanctorum. Sapientie 10. Demones qui circa quenlibet sunt.* Des. *et ideo omnes tribulati ab hijs sibi caueant, etc. Rogemus ergo.* [15] (f. 133). *De eodem.* Inc.

Dedi illam scientiam sanctorum. Sap. 10. Cui Dominus dat hanc, magnum donum dat. Des. *ut consorcium sanctorum venire valeamus. Amen.* [16] (f. 133ᵛ). *De confessoribus.* Inc. *Beati serui illi, quos cum venerit Dominus, et pulsauerit ... Delectatur Dominus esse cum hominibus.* Des. *et mansionem facit, etc.* [17] (f. 134). *Sermo de virginibus.* Inc. *Querantur regi virgines puelle atque speciose ... Hec verba dixerunt pueri et minister regis Asweri.* Des. *de quibus prosequere quantum scis.* [18] (f. 135). *Sermo de eodem.* Inc. *Quinque prudentes virgines exierunt obuiam sponso ... Hic tria sunt videnda.* Des. *quam intencionem virgines semper in mente gerere debent quidquid agent, etc.* [19] (f. 137) ⟨De virginibus⟩. Inc. *Quinque prudentes virgines. M.ᵗ 25. Quia, secundum Augustinum, in sermone de virginibus.* Des. *virginitatem perfectam, ut habes supra in sermone « Egredimini » de undecim milibus virginibus.* [20] (f. 137ᵛ). Sermo anep. Inc. *Egredimini, filie Syon, et videte regem ... Verba hec dupliciter exponi possunt.* Des. *subsistere absque influentia Dei. Rogemus Ihesum.* [21] (f. 138ᵛ). Sermo anep. Inc. *Videte regem Salomonem. Super hoc verbo quantum ad secundum principale.* Des. *et iocundans* (?) *sum, etc. Quod nobis prestare, etc.* [22] (f. 141). Sermo anep. Inc. *Adiuro vos, filie Ierusalem, si inveneritis dilectum meum ... Verbum istud competit, si qui vel que.* Des. *quia amore langweo. Rogemus, etc.* [23] (f. 141ᵛ). Sermo anep. Inc. *Nuncciate* (!) *dilecto, etc. Comparatur autem perfectus amor Dei langwore.* Des. *cuius amore dulciter fruitur. Rogemus igitur Deum, etc.*

3 (f. 142, col. 2, alia manu). *Nota quare corpus Christi in missa eleuatur.* Inc. *Primo ad gloriam Dei Patris.* Des. *et erunt sub mundi fine fideles.* Sequitur (f. 142ᵛ, col. 2) alia nota de eadem re, alia manu exscripta. Inc. *Nota quod sacerdos celebrat missam, ut offerat Deo Patri sacrificium.* Des. *et perducat nos ad uitam eternam. Amen, etc.*

4. ⟨**Anonymi** sermones quadragesimales⟩. [1] (f. 143) inc. *Querite Dominum dum inveniri potest ... Offert se nunc Dominus omnibus ipsum;* des. *Ite, maledicti, etc. Rogemus.* [2] (f. 144) inc. *In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua .., Si frequenter cogitaret homo;* des. *O miser peccator. Rogemus,* etc. [3] (f. 146) inc. *Conuertimini ad me ... Omnipotens et misericors Deus;* des. *in eternam hereditatem; ad quam nos perducat.* [4] (f. 147ᵛ) inc. *Thezaurisate* (!) *vobis thesauros in celo... Tria facit Dominus;* des. *preciosos lapides auferentes, etc.* [5] (f. 148) inc. *Audiui oracionem tuam, et uidi lacrimam tuam ... Heri lectum est de jeiunio, hodie legitur de oracione et fletu;* des. *singulare remedium,* etc. [6] (f. 149) inc. *Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum ..... Actende quod humilitas;* des. *si perdit pacienciam, perdit et coronam. Rogemus ergo Dominum.* [7] (f. 150) inc. *Estote perfecti, sicud et Pater vester celestis ... Secundum Apostolum, ad perfeccionem tendere debemus;* des. *in incessu honestas. Rogemus.* [8] (f. 151) inc.

Videns eos laborantes ... Nota quod Dominus videt hominem in statu multiplici; des. *et angelos in adiutorium convocat. Rogemus ergo Dominum.* [9] (f. 152v) inc. *Angeli accesserunt, et ministrabant ei ... Sicut homo recedit a Deo peccando;* des. *non pecunie quantitatem. Rogemus ergo.* [10] (f. 154) inc. *Et accedens temptator, dixit ei ... Tres possunt assignari cause,* des. *non potest egredi de auaritia et iniustis rebus. Rogemus.* [11] (f. 155) inc. *Ductus est Ihesus in desertum a spiritu ... Carissimi, non debemus mirari;* des. *ut possumus sustinere. Rogemus ergo.* [12] (f. 156) inc. *Statuerat quidem oues a dextris ... Secundum glossam, per oues boni intelliguntur;* des. *nec in cor hominis ascendit. Rogemus ergo Dominum.* [13] (f. 157v) inc. *Domus mea domus oracionis vocabitur... In verbis istis IIII sunt notanda;* des. *exemplum de IIII^or heremitis scriptum in Peregrino.* * *Rogemus.* [14] (f. 158v) inc. *Viri Niniuite surgunt in iudicio ... Attende quod verba hec terribilia sunt;* des. *habes in latrone. Rogemus.* [15] (f. 160) inc. *Moriemini in peccatis vestris ... Verbum illud peccatoribus qui vitam eorum corrigere;* des. *et Deum amplius non visuri. Rogemus ergo Dominum.* [16] (f.161) inc. *Erat quidem homo XXXVIIJ^o annos habens infirmitatem suam .... Notandum est igitur quod quadruplex est infirmitas;* des. *quorum nichil crudelius. Rogemus ergo.* [17] (f. 162v) inc. *Tetigit eos, dixitque eis... Nota quod Dominus hominem tangit;* des. *illic Deum videbis. Rogemus ergo.* [18] (f. 163v) inc. *Miserere mei, fili Dauid ... Secundum sacram Scripturam et consuetudinem hominum;* des. *quoniam infirmus sum. Rogemus ergo.* [19] (f. 164) inc. *Dimitte eam quia clamat post nos. Verbum propositum scriptum est in Mattheo;* des. *gladium eterne dampnationis. Rogemus ergo Dominum.* [20] (f. 165) inc. *Miserere mei, fili Dauid ... Cum in omni tempore pater misericordiarum;* des. *se aliquid esse credunt. Rogemus ergo.* [21] (f. 166v) inc. *Que placita sunt ei facio semper ... In uerbis istis IIIJ^or possumus notare;* des. *ut vitam eternam acquiramus, etc.* [22] (f. 168) inc. *Qui se humiliat, exaltabitur ... In hijs verbis manifeste ostendit quantum valeat;* des. *et vacua non redibit. Rogemus.* [23] (f. 169) inc. *Sedere autem ad dexteram meam et ad sinistram meam non est meum dare vobis ... In istis verbis videndum est;* des. *inpensum quomodo sit expensum. Rogemus ergo.* [24] (f. 170) inc. *Eleuans oculos suos cum esset in tormentis ... In verbis propositis IIIJ^or sunt notanda;* des. *et eternitate securitas. Rogemus.* [25] (f. 171) inc. *Hic est heres, venite, occidamus eum ... Quamuis ista verba intelliguntur 2^m alegoriam;* des. *dignitas salusque anime paratur.* [26] (f. 172v) inc. *Vidit illum pater suus, et misericordia motus est ... In hoc ewangelio specialiter agitur de Dei misericordia;* des. *et laudabiliter vixerunt. Rogemus.* [27] (f. 174v) inc. *Cum fortis armatus custodit atrium ... Attende quod tempus illud penitentie;*

* Peregrini Sermones de tempore et de sanctis pluries saec. XV typis vulgati sunt (cf. Hain, Reper. bibl. [1838], IV, 12580-6; Copinger, *Suppl. to Hain* [1895], I, 12580-5; II, II, 4670).

des. *dyabolus ad accusandum. Rogemus ergo.* [28] (f. 176) inc. *Cum eiecisset demonivm, locutus est mutus. Verbum propositum scriptum est in Luca;* des. *ad vitam eternam feliciter pertingatis; quod nobis prestare dignetur Dominus.* [29] (f. 177) inc. *Multi leprosi erant in Iherusalem sub Heliseo propheta ... Preter sensum litteralem;* des. *quia, si trahis, pereo.* [30] (f. 178ᵛ) inc. *Ubi duo uel tres congregati fuerint in nomine meo... Nota quod multiplex et bona et sancta congregacio;* des. *iusti vero in vitam eternam. Rogemus ergo Dominum.* [31] (f. 180ᵛ) inc. *Quare vos transgredimini mandatum Dei ... Nota quod mandata Dei non sunt transgredienda;* des. *et dij vocabuntur, et semper erunt. Rogemus ergo Dominum.* [32] (f. 181ᵛ) inc. *Egressus ibat in desertum locum ... Sicud dicit auctoritas, omnis Christi accio;* des. *plus quam dicere sufficiam. Rogemus.* [33] (f. 182ᵛ) inc. *Aquam quam ego dabo ei ... Nota quod in sacra Scriptura fontem multiplicem reperimus;* des. *torrente voluptatis tue quam sicio. Rogemus*, etc. [34] (f. 184) inc. *Vade, iam amplius noli peccare ... Deus, cuius misericordie non est numerus;* des. *consors erit et in pena. Rogemus.* [35] (f. 185). *Dominica quarta.* Inc. *Est puer hic unus qui habet quinque panes ordeaceos. Verbum propositum scriptum est in Iohanne.* Des. *et suam passionem sic frequentare, ut ad vitam eternam mereamur feliciter pervenire.* [36] (f. 186ᵛ). *Sermo secundus.* Inc. *Sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa que faciebat ... Quatuor sunt hic notanda que invitare nos debent.* Des. *hic saluus erit.* [37] (f. 187ᵛ) inc. *Zelus domus tue ... Nota quod nos sumus domus Dei;* des. *recti zeli non habent. Rogemus.* [38] (f. 189) inc. *Si quis voluerit voluntatem meam facere ... In hijs verbis ostendit Dominus quam bonum sit;* des. *doce me facere voluntatem tuam. Rogemus ergo.* [39] (f. 190ᵛ) *Scimus quia peccatores non audit Deus ... In elemosinis et ieiunijs, sed eciam in oracionibus;* des. *certa mors est. Rogemus ergo.* [40] (f. 192) inc. *Deus visitauit plebem suam ... Nota quod ad presens quadruplicem;* des. *qui per penitenciam se resurgit. Rogemus ergo Dominum.* [41] (f. 193ᵛ) inc. *Maria erat que unxit Dominum ... Nota quod illi qui fuerunt per totum annum;* des. *huic non valent comparari. Rogemus.* [42] (f. 195) inc. *In lege vestra scriptum est. Nota quod in lege tam noua quam veteri multa sunt scripta;* des. *atque terribilem conspicient reprobi.* [43] (f. 195ᵛ) inc. *Ego honorifico Patrem meum. Joh. VIIJº. Cum Christi accio nostra sit;* des. *non tamen peribit. Rogemus*, etc. [44] (f. 196ᵛ) inc. *Queritis me, et non invenietis. Joh. VIJº. Nota quod Dominum multi videntur querere;* des. *non repellit.* [45] (f. 198) inc. *Quidam dicebant quia bonus est ... Non quod Dominus, qui ex se bonus est;* des. *quem desiderant angeli prospicere. Rogemus.* [46] (f. 199) inc. *Secuntur me, et ego vitam eternam do eis ... Nota quod laborare summo opere debemus;* des. *et factis operando. Rogemus.* [47] (f. 200) inc. *Remittuntur ei peccata multa. Luc. VIJº. Ffelix* (!) *cui illud dicitur verbum bonum et*

suaue; des. *et a longe facit esse demones. Rogemus ergo.* [48] (f. 201) inc. *Expedit vobis ut unus moriatur homo pro populo ... Nota quod mors Christi fuit nobis expediens;* des. *remedium moreretur. Rogemus ergo.* [49] (f. 202) inc. *Sermonem tuum seruauerunt. Joh. XVIJ°. In verbis istis commendat ipsa veritas;* des. *suo latissimo sinu concludit. Rogemus ergo Dominum.* [50] (f. 203) inc. *Ecce rex tuus venit tibi manswetus ... Actende quod de rege isto;* des. *ibi non quiescit. Rogemus.* [51] (f. 204v) inc. *Alij autem cedebant ramos de arboribus ... Nota quod per ramos arborum;* des. *et manibus non mā. leuite. Rogemus.* [52] (f. 206v) inc. *Acceperunt ramos palmarum, et processerunt obviam ei. Verbum propositum scriptum est in Johanne;* des. *et gaudeatis de eterna beatorum retribucione; ad quam nos perducat. Rogemus.* [53] (f. 207v) inc. *Si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum ... In hoc passionis tempore specialiter debemus cogitare;* des. *conuersis clementer ignoscat. Rogemus ergo Dominum.* [54] (f. 208v) inc. *Hic est sangwis noui testamenti ... Attende quod sangwis agni mitissimi;* des. *fecit in cena paschali. Rogemus.* [55] (f. 210v) inc. *Cum tetigisset auriculam eius ... Attende quod ille magnus medicus;* des. *se ymmolat. Rogemus ergo.* [56] (f. 211v) inc. *Surgit a cena, et ponit vestimenta sua ... Quia dies ista dies cene vocatur;* des. *bibentibus illam. Rogemus ergo Dominum.* [57] (f. 212v) inc. *Accepit panem, et, gratias agens, fregit et dixit ... Verbum propositum scriptum est in epistola Pauli ad Chorinthios;* des. *in corpore et in anima beatificemur. Hoc ipse nobis prestare dignetur,* etc. [58] (f. 214) inc. *Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris:* post hoc initium sequitur nota: *Istum de parascheve sermonem quere in Cunradino.* * *Item nota adhuc duos sermones de corpore Christi in Opusculo de sanctis huius libri.* [59] (ibid.). *Item in parasche⟨ve⟩.* Inc. *Baiulans sibi crucem, exiuit ... Hodie Mater Ecclesia uniuersa.* Des. *sicut pellicanus pullos suos. Rogamus ergo Dominum.*

5. ⟨**Matthaei de Cracovia** tractatus tres, excerpti ex dialogo inter patrem et filium⟩ (in ms. *Ex dialogo magistri Mathei de Krakovia*). [1] (f. 216). *Tractatus primus. Quod Deus omnia bene fecit et nichil mali, scilicet quod ... nichil mali fecit, non obstante quod multa sint mala.* Inc. *Pater: Vellem declarari quomodo Deus omnia bene fecit.* Des. *solucionem inuenire. Amen,* etc. Praemittuntur capitula n.° duodecim. [2] (f. 219v). *Tractatus secundus de racione permissionis malorum.* Inc. (f. 220) *Primo itaque considerandum videtur an rationabiliter Deus mala permisit.* Des. *si adhibetur diligentia debita et condigna.* Praeeunt capitula n.° duodeviginti. [3] (f. 226). *Sextus tractatus de racione creacionis rerum que videntur inducere peccatum.* Inc. *Pater: Si iuxta predicta,*

* De quo auctore cf. Fabricius, Bibliotheca lat. mediae et infimae aetatis, tom. I, Patavii 1754, p. 410; Acta SS. Bolland. (1887), Nov. I, col. 402-413.

Deus potuit rationabiliter permittere mala. Des. *quia pacem sibi prestitam non seruabat, etc.* Praemittuntur capitula n.° septem.

Codex non una tantum manu teutonica, binis columnis, scriptus est. Tituli, litterae maiores et maximae minio depicta. Sexterniones numero novemdecim in margine inf. primae cuiusque paginae signati sunt; sexternionis XVIII[1] novissimum folium avulsum est. Singuli fasciculi lineis codicis membranei, charactere hebraico rabbinico exarati, ad librum conglutinandum instructi erant: hae autem laciniae, recens avulsae, nunc adservantur una cum codicibus pretiosioribus. In parte interiore utriusque tabulae integumenti duo folia codicis ⟨Martiani Capellae De nuptiis Philologiae⟩, cum glossis, saeculi fortasse X in., olim adglutinata erant, ut eruitur ex duabus laciniis quae adhuc supersunt (folium I incipiebat a versu *N⟨ovit Theicium sonare carmen⟩*, lib. II, 119; folium II a v. *diffi⟨cile admodum sibi ne dicam impossibile⟩*, ibid., 143). In tegumenti fronte indiculus contentorum valde deletus. Fibulae et bullae operculorum perierunt.

Tegumenti tabulae corio, nunc male habito, saec. XVI obductae.

10064. Saec. XV, chart., mm. 297×214, ff. V-267.

1 (f. 2). ⟨**Nicolai de Byart** (?) Dictionarium pauperum⟩, praevio indice. Opus pluries typis prodiit sine auctoris nomine, sub titulo « Dictionarium pauperum » (cf. Quetif-Echard, Scriptores ordinis Praedicatorum, tom. I, Lutetiae Parisiorum 1719, p. 125; Graesse, *Trésor de livres rares et précieux*, tom. II, Dresde 1861, p. 386), itemque plerumque anonymum occurrit in multis codicibus (cf. Quetif-Echard, op. cit., tom. I, p. 124-125; et Hauréau, Initia operum latinorum, iam pluries laudata). Inc. *Duplex est abstinencia, detestabilis et laudabilis, etc. Detestabilis, ut in ypocritis, avaris et gulosis.* Des. *nec in cor hominis ascendit, que preparauit Deus electis suis: ad que nos perducere dignetur Jhesus Christus, cui est honor et gloria,* etc.

2 (f. 137). *Responsum Patrum in concilio Basileensi ad Legatos Papae Eugenii 4^{ti} volentis dissolutionem dicti concilii*, etc. (ed. Mansi, Sacrorum conciliorum nova et amplissima collectio, tom. 29, Venetiis 1788, col. 239-267), temporis nota omissa. Titulus quem supra rettulimus, manu recentiore adiectus.

3. *Privilegia excempcionis ordinis Carthusiensis.* [1] (f. 151). ⟨Bulla Alexandri IV⟩, dat. *Neapoli, XII* (in edit.: XV) *kal. Maij* an. 1° (Potthast, Regesta Pontif. Roman., n. 15809). [2] (ibid.). ⟨Bulla Clementis IV⟩, dat. *Viterbij, Non. Junij* (in edit.: XV kal. Februarii), *pontificatus ... annos* (!) *secundo* (in edit.: III; Potthast, n. 20225). [3] (f. 152). ⟨Bulla Gregorii XI⟩, dat. *apud Pontem Sorgie Auinion. dyocesis, XVIIJ kal. Julij, pont. ... an. 3°*), qua Gerardo Herbipolensi episc. conceditur facultas recipiendi caritativum subsidium ab omni clero exempto et non exempto Herbipolensis dioecesis. Inc. *Exigit*

sincere deuocionis affectus. Sequitur (f. 153) *Declaracio* ⟨Rudolphi de Lewenstein, offic. curiae Herbipolensis⟩, *super gracia prescripta Gregorij XI et priuilegijs Allexandri et Clementis suprascriptis pro Carthusiensibus,* dat. *anno Domini M°CCC°LXXV°, feria IIIJª ante purificationem beate Marie virginis.* Inc. *Tenore presencium recognoscimus quod quia pro parte religiosorum virorum.* Des. *fideliter communitas.* [4] (f. 153v). ⟨Bulla Urbani VI⟩, ⟨dat. Romae apud S. Petrum, XVII Kal. Maii, Pontificatus eius anno IV, scilicet 1382⟩ (ed. Tromby, *Storia critico-cronologica diplomatica del patriarca s. Brunone e del suo ordine Cartusiano,* Napoli, vol. 7, 1777, append., p. LXIX-LXX). [5] (f. 154). ⟨Bulla eiusdem ad Nicolaum de Albanis, canonicum ecclesiae S. Martini Leodicensis et Camerae Apostolicae subcollectorem⟩, de colligendis decimis ab omni clero dioecesis Leodicensis, dat. *Jan. VIIJ° kal. Februarij, pont. ... anno VIIJ°.* Inc. *Nouit ille scrutator almus cordium.* Accedit quaestio utrum per clausulam « Non obstantibus, etc. » bullae praecedentis sublatum sit privilegium exemptionis Cartusiensibus olim concessum, et referuntur de hac re declarationes Laurentii de Pinu, Gasparis de Caldarinis, Aegidii de Presbyteris, doctorum Studii Bononiensis, quibus librarius alter addidit consilium *domini Hermanni Reyman.* Declaratio Laurentii de Pinu inc. (f. 155) *Judicio meo non est aliqualiter dubium;* declaratio Gasparis de Caldarinis inc. *Cum contra mandata;* declaratio Aegidii de Presbyteris inc. (f. 155v) *Per clausulam priuilegij, seu rescripti;* consilium Hermanni Reyman inc. *Ex quo priuilegium vestrum.* [6] (f. 156). ⟨Bulla Martini V, dat. *Constancie, VIJ kal. febr., pontificatus ... anno primo,* qua conceditur Sigismundo Romanorum imperatori privilegium percipiendi decimas in quibusdam provinciis et dioecesibus⟩. Inc. *Dum preclara deuocionis et fidei tue serenitatis merita.* Accedit (f. 157) quaestio praecedentis similis; et referuntur de hac re consilia Henrici de Oven (inc. *Numquid per priuilegium concessum nouissime serenissimo principi*), (f. 158) Rudolphi Holczappfel, doctoris Erfordiensis (inc. *Quia ex priuilegio per Urbanum papam*), (f. 158) Henrici de Gulpen (inc. *Visis et diligenter perlectis litteris apostolicis*), et (f. 158v) Crafftonis de Swarczach (inc. *Et ego Craffto de Swarczach decretorum doctor predictis dominis doctoribus assencio*). [7] (f. 159). ⟨Bulla Benedicti XII⟩, dat. *Auinion.. VJ idus Octobris, pontificatus ... anno octavo;* * qua conceditur privilegium exemptionis ordini Cartusiensium. Inc. *Sacri Carthusiensis ordinis perseueranciam et augmentum.* Sequuntur (f. 160) consilia doctorum Hartungi et Bertholdi Wildungen. supra privilegiis ordini Cartusiensium concessis. Consilium Hartungi inc. *Quia*

* Haec nota temporis errata est; nam Benedictus XII inchoavit annum octavum sui pontificatus die 20 Decembris an. 1341, et excessit e vita die 25 Aprilis an. 1342.

attento priuilegio; consilium Bertholdi Wildungen. inc. *Visis priuilegiis ordinis Carthusiensium.*

4 (f. 161). **⟨Thomae Cantimpratensis⟩** (in ms. *Alberti*) De naturis rerum, duodecim libris (cf. Quetif-Echard, Scriptores ordinis Praedicatorum, I, p. 251). Lib. I inc. *Partes corporis humani principaliter create sunt.* Lib. XII des. *et hoc probatum fuit ex mandato Friderici imperatoris nuncijs istic directis.* Prologus in totum opus inc. *Naturas rerum in diuersis auctorum scriptis,* et des. *aliter stare non posset.* Sequuntur: (ff. 259-262) index capitum; (ff. 262^{v}-263^{v}) index rerum notabilium.

F. I et alterum, priori tegumenti tabulae interius adglutinatum, quaedam continent grammatica, et avulsa sunt ex codice membraneo saec. XIV binis columnis perscripto.

Volumen a diversis librariis, partim binis columnis (ff. 1-134; 259-263), partim lineis plenis (ff. 137-258) perscriptum est. Tituli ac litterae initiales, praeter eas quae in foliis 137-160 occurrunt, minio depicta sunt. Margines foliorum 161 et sqq. auctoritatibus notisque rerum notabilium conspersi. Ff. II^{v}-V. 134^{v}-136^{v}. 151^{v}. 258^{v}. 264-267 vacua. Folio II^{r} schedula Rulandiana adfixa; in marg. inf. eiusdem folii librarius saec. XV adnotavit: *Iste liber pertinet patribus Cartusiensibus Herbipolensibus;* in marg. inf. f. 158^{v}, manu saec. XIX, nota historica; in resectione marginum inferiorum, manu saec. XVI: *Predicabilia vel Abecedarius | priui⟨legia⟩.* In altera tegumenti tabula pars membranae interius adglutinata est, quae continet fragmentum cuiusdam *dispensationis* ab Urbano VI concessae et Ianuae datae. In fronte prioris tabulae integumenti chartulae duae adglutinatae sunt, quarum una titulos: *Abecedarius predicatiuus. I. | ⟨Priv⟩ileg⟨i⟩a nostri ⟨o⟩rdinis Car⟨tusien.⟩* et litteram *D* (?), altera litteram *U* exhibet; tituli quos supra rettulimus scripti quoque inveniuntur inferius in eadem tabula: in tegumenti dorso nota numeralis *156* et schedula, in qua titulus pessumdatus: *Abecedarius | predicatiuus.*

Tegumenti tabulae corio castanei coloris saec. XVI obductae fibulisque instructae.

10065. Ann. 1441-1442 (cf. f. 104^{v}), chart., mm. 301 × 214, ff. I-268 (— f. 197 librarii neglegentia omisso).

⟨Friderici Schon de Norimberga, professoris theologiae Erfordiae, Lectura in tres s. Pauli epistulas, praesertim ex expositione Nicolai de Gorham concinnata⟩.

1 (f. 2^{r}). In epistulam ad Romanos. Inc. *Paulus seruus,* etc. *In principio istius operis, sicut et aliorum operum theologie, quatuor specialiter solent inquiri.* Des. *ad acquirendum finaliter vitam eternam, ad quam nos perducat qui sine fine viuit et regnat, etc.* Sequitur: *ffinita est hec lectura epistole beati Pauli apostoli ad Romanos per me Georgium Coci Erfford., anno Domini 1441, 3ª feria post Palmarum: collecta per egregium dominum doctorem Ffredericum Schon de Norenberga, sacre theologie professorem, per eundem conpleta*

sub anno 1440, in vigilia santi Thome apostoli, et lecta Erffordie per eundem. Praemittuntur: [1] (f. I) index rerum notabilium; [2] (f. 1) prologus, qui inc. *Lecturus per Dei gratiam epistolas beati Pauli apostoli, iuxta consuetudinem laudabilem theoloyce* (!) *facultatis, premittam principium breve*, et des. *in illo, scilicet Domino nostro Ihesu Christo, qui cum Patre*, etc.; [3] (f. 1^{v}) postilla in prologum *Romani sunt*, quae inc. *In hoc prologo ad breuem manifestacionem dicendorum tangit glosator*, et des. *Romanis misit.* **2** (f. 112). In epistulam I ad Corinthios. Inc. *⟨P⟩aulus vocatus apostolus*, etc. *Presens epistola, quam scribit Apostolus Chorintheis primam, ... diuiditur in partes quatuor principales.* Des. *Benedictionis est confirmacio et tocius epistole conclusio, etc.* Praeeunt: [1] (f. 109^{v}) index rerum notabilium; [2] (f. 111) prologus, qui inc. *⟨E⟩noch placuit Deo, et translatus est in paradisum*, et des. *ad sapientiam incarnatam, que est Dominus Deus omnipotens, in secula seculorum benedictus. Amen;* [3] (f. 112) postilla in prologum *Chorynthij sunt Achayci*, quae inc. *Huic epistole premittit glosator hunc prologum*, et des. *subuersos reuocat Apostolus, etc.* 3 (f. 196^{v}). In epistulam II ad Corinthios. Inc. *⟨P⟩aulus apostolus*, etc. *Hanc secundam epistolam scribit Apostolus Chorinthijs et, ut dictum est, causa scribendi fuit.* Des. *est primum et ultimum principium*, etc. Sequitur: *Explicit exposicio Nycolay de Gorra in 2^{am} epistolam Pauli ad Corynthios cum quibusdam interpositis notabilibus et dubijs doctorum aliorum, finita sub anno Domini 1442 Erffordie; ibique per egregium dominum dominum doctorem Ffredericum Schon de Norenberga lecta in scholis theologorum, ante festum Omnium Sanctorum ffinita. Et notandum quod frequenter per processum super epistolam primam et 2^{am} Corinthiis et partim ad Romanos notaui interferta notabilia et dubia punctis, ubi inter duo puncta continua posita sunt doctorum aliorum a magistro Nicolao Gorran dubia et notabilia.* Praemittitur (f. 196) prologus, qui inc. *⟨C⟩onuertimini ad correptionem meam, en proferam vobis spiritum meum*, et des. *sed emendatos ostendentes.*

Codex binis columnis maxima ex parte a Georgio Coci (cf. f. 106^{v}) currenti calamo scriptus. Initiales maiores et maximae inde a f. 73 desiderantur, spatiis tamen ad eas excipiendas vacuis relictis. Margines complurium foliorum cum in principio tum in fine codicis madore pessumdati. Ff. 107-109^{r}. 217. 267. 268 vacua. In resectione marginum inf.: *Lectura super ad Romanos.* In parte interiore prioris tabulae integumenti schedula Rulandiana adglutinata est itemque membrana, quae exhibet actum venditionis factae an. 1395 ab Hermanno Apphilste, Erfordiensi, Hermanno von Sommerde iuveni (inc. *Jch Herman Apphilste Burger ztu Erfforte*); in parte autem interiore alterius tabulae duae schedulae obligationis adfixae sunt, quarum prior an. 1402 inc. *Jch Herman Hochercze Lucze sien son burger ztu Erfforte... schuldig sien Abraham von Saluelt juden*, altera an. 1410 inc. *Wir Herman Hochercze Ebirhart Muller Burger ztu Erfforte, Hans von Ilmene Burger ztu Chotha... schuldig sint Scydele Abrahamme unde Rachel sinen kindern juden ztu Erfforte.* In dorso tegumenti occurrunt nota

numeralis *136* et tessella umore pessumdata; in fronte prioris tabulae duo frustula membranae adfixa sunt, quarum prior praebet titulum: *Lectura super epistolas Pauli* | *Ad Ro. Cor. 1. 2.*, altera litteram *D* (?).

Tegumenti tabulae corio nunc male habito saec. XVI obductae: bullae ex toto, fibulae ex parte perierunt.

10066. Saec. XIII-XIV, membran., mm. 224 × 185, ff. 50.

Epistulae catholicae, s. Hieronymi **prologo**: *Non ita est ordo* (Migne, Patr. Lat., 29, 863-874) et copiosis **glossis** marginalibus instructae. Prima glossa in prologum inc. *Huic epistole premittit Jeronimus prologum, in quo redditur docilitas, suscitatur attentio, captatur beneuolentia auditorum.* Prima glossa in epistulam s. Iacobi est in v. *Iacobus etc.* et inc. *In hac epistola duo principaliter continentur, salutatio et instructio.* Secunda glossa: *Sequitur omne gaudium etc., ubi instruit salutatos.* Ultima glossa in epistulam s. Iudae est in v. *secula seculorum* et inc. *id est sine fine,* etc.

1 (f. 6ᵛ). S. **Iacobi** epistula. **2** (f. 15ᵛ). S. **Petri** epistula I; - (f. 27) II. **3** (f. 34). S. **Ioannis** epistula I; - (f. 44) II; - (f. 47ᵛ) III. **4** (f. 48). S. **Iudae** epistula.

Folia 1-5 quasdam continent quaestiones de gratia et de bono, scholastica methodo pertractatas, quas memorasse sufficiat.

Codex currenti calamo et minuto charactere exscriptus est, exceptis prologo et textu epistularum. In primo custodiae folio titulus: *Epistolae canonicae cum glossis*, manu saec. XVI, et manu recentiore: *Foertsch. 1811.* In margine exteriore folii 1 quaedam atramento turpiter cancellata. F. 50ᵛ, manu saec. XIV: *Iste liber debet reuerti ad commune custodie decus* (?) *ffr. Johanni de Cisonio.* Foliorum ordinem paululum turbatum sic restitues: 2-4. 1. 43. 45. 44. 47. 46.

Tegumenti tabulae anno 1578 obductae fuerunt membrana alba, figuris, imaginibus, ornamentis, stemmate signata.

10067. Saec. XV, chart. (sed folia 2. 5. 6. 9. 133. 134 membr.), mm. 215 × 143, ff. I-225.

1 (f. 2ᵛ). **Guigonis Cartusiensis** Epistula seu tractatus ad fratres de Monte Dei, duobus libris (in ms. *Incipit epistola beati Bernhardi ad fratres de Monte Dei*; ap. Migne, Patr. Lat. 184, 307-354). Prologus (f. 2) inc. *Miserator et misericors Dominus de via plena miserie* (Florilegium Casin., vol. IV, p. 183).

2. S. Bernardi Clarae-Vallensis opera complura. [1] (f. 56). **De praecepto et dispensatione** (Migne, P. L. 182, 859-894). [2] (f. 61). ⟨**De gradibus humilitatis et superbiae**⟩, inde vv. *⟨abundan⟩ciore contemplacionis dulcedine* (Migne, ibid., 943, D, lin. 5 ab imo-972). Praemittitur (f. 58) retractactio (Migne, ibid., 939), cui subnectuntur duodecim gradus humilitatis (quorum XII

sic sehabet : *Corde et corpore semper humilitatem ostendere defixis in terram aspectibus*, et I: *Timor Dei custodire se omni hora ab omni peccato*) et duodecim gradus superbiae (quorum I: *Curiositas cum oculis ceterisque sensibus vagatur in ea que ad se non pertinent*, et XII: *Libertas peccandi*). [3] (f. 81ʳ). Apologia ad Guillelmum abbatem (in ms. ... *ad Wernerum*), praefatiuncula omissa (Migne, ibid., 898-918). [4] (f. 96ʳ). De ordine vitae et morum instructione (in ms. ... *de vite ordine et morum instructione;* Migne, 184, 561-584, inter spuria). [5] (f. 115). *Tractatus eiusdem de confessione*. Inc. *Corde creditur ad iusticiam; ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim Scriptura: Omnis qui credit in illum, non confundetur*. Des. *Det nobis Deus corde credere ad iusticiam. Amen.* [6] (f. 119). *Tractatus de fuga pueri et reductione*. Est parabola I, vulgo s. Bernardo adscripta (Migne, 183, 757-761). [7] (f. 122ᵛ). Formula honestae vitae, usque ad v. *amare memento* (Migne, 184, 1167-1170, inter spuria) + (f. 125, col. 2) *Silencium diligas eciam cum tibi licet loqui - et in eo quod facit numquam impediat boni operis diligenciam. Amen.*

3 (f. 126ʳ). ⟨**Anonymi**⟩ *Sermo communis*. Inc. *Negociamini dum venio. Dominus venit in obitu cuiusque vel gratus remunerator, vel terribilis iudex*. Des. *ut per hunc pertingat ad Dei visionem et perfectam cognicionem. Amen.*

4 (f. 127ʳ). **S. Bernardi** excerpta sex, quorum I inc. *Excedit pietas Ihesu omnium criminum quantitatem*, et des. *pelagus tocius maris;* et VI inc. *Durius quidem tractandum est corpus*, et des. *quia ad seruiendum spiritum datum est.*

5 (f. 128). *Generacio Domini et sancti Johannis Baptiste, Jacobi et Iohannis ewangeliste, Seruacij et Jacobi fratris Domini nostri Ihesu Christi*. Inc. *Anna et Esmeria sorores fuerunt*. Des. *assumpta ab angelis in celum.*

6 (f. 128ʳ). **S. Bernardi** De laudibus Virginis Matris homiliae I-IV super « Missus est », praevio prologo (in ms. *Omelia b. B. super eodem ewangelio;* Migne, 183, 55-88). In codice homilia in quattuor partes divisa, quarum secunda, tertia et quarta respondent homiliis secundae, tertiae et quartae.

7 (f. 150). ⟨**Anonymi**⟩ Explanatio salutationis angelicae (in ms. *Salutacio angelica*). Inc. *Ave, Maria, gratia plena... In hac salutacione Virginis gloriose possunt breuiter notari quatuor eius sollempnitates*. Des. *in suis necessitatibus meminerit defuisse. Amen.*

8 (f. 150ᵛ). Sententiae variae ex ss. Gregorio, Augustino, Isidoro, Cypriano, ex Vitis Patrum et ex s. Bernardo. Prima, ex s. Gregorio, inc. *Cum monachum videmus admonendus est ut reuerenciam habitus sui*, et des. *ante Dei oculos moribus pretendat*. Ultima, ex s. Bernardo, inc. *Pena Christi quanto grauior erat in supplicio, tanto carior fuit*, et des. *qui non diligit crucem tuam, non diligit gloriam tuam.*

9. S. Bernardi (?) [1] (f. 152) Planctus B. Virginis Mariae (in ms. *Tractatus de reuelacione facta, ut dicitur, beato Bernardo a beata Virgine super dolore quem sensit in passione Filij sui:* de editionibus cf. Xenia Bernardina, par. IV, Vindobonae 1891, p. 499). Inc. *Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis imbrem lacrimarum, ut possim flere per diem et noctem... O fideles anime, filie Iherusalem.* Des. *Sis eciam benedicta in eternum et ultra cum Ihesu filio tuo, qui cum Patre,* etc.; [2] (f. 167ʳ) Lamentatio *super* passionem Christi (Migne, 184, 769-772, inter suppositicia); [3] (f. 159ᵛ) *Oratio deuota beati Bernardi ad Deum Patrem, que dicenda est sub missa.* Inc. *Ecce aduocatus meus apud te Deum Patrem; ecce pontifex summus.* Des. *pacificare nos tuo preciosissimo sanguine uoluisti. Qui cum eo et Spiritu Sancto viuis et regnas,* etc.

10 (f. 161). ⟨**Anonymi** De meditatione mortis⟩ (in ms. ad instar tituli: *Facile contempnit omnia qui se semper cogitat moriturum*). Inc. *Pensandum est peccatrix anima cum iam incipit vinculis carnis absolui quam amaro terrore concutitur.* Des. *illicitos motus carnis refrenare solumque perfeccionis iter indeclinabiliter custodire. Amen.*

11 (f. 162). *Exposicio super illud ewangelium « Maria stabat ad monumentum foris plorans ».* Inc. *Maria stabat... In presenti sollempnitate locuturus auribus vestre caritatis.* Des. *quia vidi Dominum, et hec dixit michi. Cui est honor,* etc. *Explicit Omelia* (!) *Origenis super illud ewangelium « Maria stabat ad monumentum »,* etc.

12 (f. 168). *Tractatus deuotus de periculis in via, et gaudiis in patria.* Inc. *Videns quanta quoque pericula maris huius sint, mundi scilicet, et quam multi sint in ipsis periculis pereuntes.* Des. *hoc fac et viues vita eterna, que est in Christo Ihesu Domino nostro.*

13 (f. 171). ⟨Exhortatio ad recte vivendum⟩. Inc. *Hoc presens seclum claudendum fine supremo.* Des. *ad salutem vestram et meam per consequens qui conscripsi. Amen.*

14 (f. 172). *Liber florum collectus et continuatus* (lege: concinnatus) *de diuersis libris summi et incomparabilis doctoris Augustini.* Inc. *Da michi, Domine, scire et intelligere quid vis.* Des. *sic accipietur, sic inuenietur, sic apperitur, te prestante, qui vivis et regnas, Deus,* etc.

15 (f. 192ʳ). ⟨**Petri Comestoris**⟩ *Sermo in XLª ad clericos et canonicos* (Migne, 198, 1754-1757).

16 (f. 196ʳ). ⟨**Pseudo-Augustini**⟩ Manuale (in ms. *Tractatus de locucione sancte anime ad Creatorem suum, et dicitur alio nomine Manuale Augustini*) (Migne, 40, 951-968).

17 (f. 213). **S. Anselmi Cantuariensis** Proslogii cap. I (Migne, 158, 225-227).

18 (f. 215). ⟨Expositio in ps. XLIV, v. 11-12⟩. Inc. *Audi igitur, filia, et vide, et inclina aurem tuam, etc. Audi, sancta anima uni viro Ihesu Christo desponsata et consignata, audi sponsum tuum ad eterna dona te vocantem.* Des. *et ne fructus tante felicitatis euacuetur.*

19 (f. 216). ⟨Exhortatio ad moniales⟩. Inc. *Fugiamus pro Deo, fugiamus egressiones, occupaciones, consolaciones, et queramus sollicite.* Des. *ibi puer Christus concipitur semine verbi et gratia Spiritus Sancti de virginea mente.*

20 (f. 218). *Tractatus breuis de officio misse.* Inc. *In nomine sancte crucis et sacramento altaris magna est conueniencia.* Mutilus, propter ultimum folium abscissum, des. *in tempore vero resurrectionis pax consummabitur.*

Ff. I et 225 membranea, olim tegumenti tabulis adglutinata, et frustula foliorum 1ª et 224 ex missali plenario cum notis, saec. XIII exscripto, deprompta sunt.

Codicem binis columnis scripsit librarius quidam, nomine Richardus, pro Ecclesia Sanctae Mariae Virginis Sanctorumque Ioannis et Simonis in Seyna, prout eruimus ex notula quae occurrit in f. 126 et quae haec est: *Finito libro, sit laus et gloria Christo. Qui me scribebat Richardus nomen habebat. Liber Ecclesie Sancte Marie Virginis Sanctique Iohannis et Simonis patronorum in Seyna.* Tituli, subscriptiones et litterae maiores minio depicta; litterae maximae rubro colore illitae, et plerumque etiam atramento exornatae. Foliorum ordinem aliquantulum turbatum sic restitues: 157. 166. 167. 158-165. 168. Folia 59. 60 et nonnulla alia in principio et in fine voluminis avulsa sunt. In f. 1ʳ contentorum indiculus, non tamen integer, a librario recentiore conscriptus; in marg. sup. folii 2ʳ: *Liber Ecclesię Sanctę Marie Sanctorumque Joannis et Symonis in Seina ordinis Premonstratensis* (de hoc coenobio cf. Gallia christiana, tom. XIII, Parisiis 1785, col. 663-666). In tegumenti fronte schedula membranea adglutinata est, quae titulum exhibet: *Opera nonnulla diui | Bernhardi abbatis quo|rum catalogum reperies,* manu fortasse saec. XVI exaratum; in tegumenti dorso chartulae tres adglutinatae sunt saec. XVIII, quarum prima titulum praebet: *S. Bernardi | Opera quaedam,* altera signum: *Ms. VII, 19,* tertia notam: *Manuscript. XIX, 17,* quibus olim codex signatus est.

Tegumenti tabulae corio signato castanei coloris saec. XVI obductae.

10068. Saec. XV, chart. (sed ff. I. 147. 312. 313 membran.), mm. 207 × 140, ff. II-313.

1 (f. 1). ⟨**Andreae Didaci,** nuncupati **d'Escobars** vel **de Randuph**⟩, Confessorum lumen (cf. R. Stapper, *Das « Lumen confessorum » des Andreas Didaci,* in *Römische Quartalschrift,* Rom 1897, p. 271-285), praevia ⟨praefatione⟩, quae inc. *Confessorum lumen vocatur hec doctrina omnibus penitentiarijs et confessoribus ad sciendum necessaria,* et des. *et alij simplices sacerdotes.* Liber, qui, ut praefatio docet, dicatus est Iordano de Ursinis card. anno 1429, in quinque partes distinguitur, quarum prima inc. *Lumen penitentiariorum seu confessorum*

ad reuelacionum gencium, et ultima des. *in lumine perpetuo. Amen.* Sequitur nota (f. 52ᵛ): *Finit lumen confessorum, anno Domini 1447 in die sancte Trinitatis per me fratrem Petrum Hartungh de Lympurgh in Rhoma* (!) *completum* (*tunc temporis studens universitatis Wiennensis*), *preter hec 4ᵒʳ ultima folia, 1419.*

2 (f. 53). ⟨Varia de re liturgica et theologica⟩. Inc. *Canon ex codice recitandus est.* Des. *non videtur quare obediendum sit.*

3 (f. 53ᵛ). De speciebus luxuriae. Inc. *Species luxurie sunt sex proprie dicte, secundum Bonauenturam. Prima vocatur fornicacio.* Des. *uel disposuit aliquem uenturum, tunc dicunt doctores quod perdatur virginitas, etc.*

4 (f. 67ᵛ). Fragmentum sermonis de visitatione B. V. Mariae. Inc. *Benedicta tu inter mulieres... Usualiter autem in hodierne festivitatis ewangelio.* Des: *iuit in montana ad congratulandum et ad obsequendum.*

5 (f. 68). ⟨Varia ad paenitentiae sacramentum spectantia⟩. Inc. *Item nota. Confessor dicat sacramentalem absolutionem in prima et in 2ª forma.* Des. *Septimo, cum quis in notorio crimine est, quia repellitur a sacramentis viuus et mortuus ut peniteat.*

6 (f. 78). ⟨**Anonymi**⟩ *Supplementum Summule juris fratris Henrici Merseburgh* (seu de Merseburg vel de Madgdeburg) *ordinis fratrum Minorum* (cf. Schulte, *Die Geschichte der Quellen und Literatur des canonischen Rechts,* Stuttgart 1875, vol. II, p. 244-245). Inc. *Labia sacerdotum custodiunt scientiam.... Hic duo describuntur que debent esse in sacerdotibus, scilicet perfectio scientie et sanctitas vite.* Des. *si suspensus est ab officio, tunc potest ecclesiam intrare et diuina audire, set non officiare. Hec Hostieñ. Explicit Supplementum in summulam juris fratris Henrici Merseburgh ordinis fratrum Minorum, anno Domini 1419 conscripta* (!).

7 (f. 112). **Bonaguidae** (in ms. *Boni Guidonis*) **Aretini** Tractatus de dispensationibus (Tractatus illustrium in utraque tum pontificii, tum caesarei iuris facultate iurisconsultorum, tom. XIIII, Venetiis 1584, f. 173; cf. Schulte, op. cit., loc. cit., p. 110-113). Inc. *Attendens ego Bonus Guido de Aretio licet insufficiens iuris canonici professor.* Des. *Ortulus iste breuis dulcia poma gerit.*

8 (f. 115ᵛ). ⟨**Anonymi**⟩ opusculum solutionum generalium contrariorum seu canonum. Inc. *Ad noticiam contrariorum, nota solutiones generales et primo sic: Si duo iura repugnantia.* Des. *ideo accidit quod post prohibitionem Ecclesie contractum fuit matrimonium, secus in ista presenti, etc.*

9 (f. 117ᵛ). Magistri **Pontii Provincialis*** Tractatus positionum. Inc. *Cum frequens et quotidianus sit hodie in iudicijs positionum usus, et ideo magis*

* Cf. Hauréau, in *Histoire littéraire de la France,* tom. XXVIII, Paris 1881, p. 492-494; ibi tamen nulla mentio fit de tractatu codicis nostri.

necessarius et utilis. Des. *in hunc modum tractatum de positionibus condidisse, etc.*

10 (f. 122). **Hugonis de S. Charo** Speculum Ecclesiae seu Expositio Missae (in ms. *Incipit Summa domini Hugonis cardinalis, que dicitur speculum Ecclesie (seu mundi) ad ostendendam doctrinam*). Inc. *Dicit enim Apostolus ad Eph. 6: Induite vos armatura Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli. Hec armatura est vestis sacerdotalis.* Des. *sis ... alienis.* Opusculum pluries typis prodiit, cf. *Histoire littéraire de la France,* tom. XIX, Paris 1838, p. 48.

11 (f. 134ᵛ). Tractatulus de horis canonicis. Inc. *Septies in die laudem dixi tibi ... Quamuis Deus omnipotens in omni tempore semper a nobis sit laudandus.* Des. *qui deuote 7 horas cottidie Deo persoluit uitam eternam habebit, quam nobis concedat,* etc. Iste tractatus exstat in pluribus codicibus, ut, ex. gr., in Bibl. Palat. 714; Mazar. 750 (339); Monac. 3255; cf. Hauréau, Initia operum latinorum, iam pluries laudata.

12 (f. 137ᵛ). Canonis expositio. Inc. *Canon, idest regula, quia regulariter fit hic sacramenti consecracio.* Des. *Et respondetur: Deo gratias. Amen, id est fiat.*

13 (f. 140ᵛ). Tractatus de corpore Christi. Inc. *Dubitatur primo quomodo per virtutem verborum tam subito permutetur panis mortuus in corpus viuum Christi.* Des. *quia deuote anime de wulneribus lateris Christi spiritualem deuocionis sanguinem bibunt, etc.*

14 (f. 147). *Collatio de septem mirabilibus que fiunt circa sanctissimum altaris sacramentum.* Inc. *Reuela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua, Domine. Admiracio mirabilium inquisicionis et inuestigacionis est inicium.* Des. *Tu autem, Domine, miserere nobis.*

15 (f. 151). ⟨**S. Anastasii Sinaitae** Disputatio adversus Iudaeos, anonymo interprete⟩ (in ms. *Tractatus Paschalis de Roma. Hoc opusculum disputacionis Judeorum contra sanctum Anastasium abbatem fideliter ac devote transtulit anno Domini M°CC°LVIIJ*), inde a v. *Interrogat Judeus: Cum Deus precepit ligna* (in ms. *lingna*) *non esse adoranda,* usque ad v. *quoniam si de eo asseritis illa dicta, necesse est ut credatis quia vos in hominem crucifixum et condempnatum speratis* (cf. Migne, Patr. Graec. 89, col. 1233, C-1235, C, ubi tamen textus diffusior). Sequuntur (f. 154) quaedam breves adnotationes, quarum I inc. *Nota q. a. utrum Judei Christum dampnantes sunt culpandi,* et ultima des. *Sed redemptor debuit esse purus, sine omni peccato.*

16 (f. 155). ⟨Confessionale, partim latine, partim germanice⟩. Inc. *Confiteor, ich bekenne, omnipotenti Deo et beate Marie virgini et omnibus sanctis.* Des. *et benediccio Dei Patris... descendat super vos et maneat vobiscum. Amen.* Praeit ⟨praefatio⟩ quae inc. *Si quis accedat ad sacerdotem causa confitendi pec-*

cata, et des. *Istud Confessionale est ita ordinatum quod primo loquitur de quinque senssibus* (!). Subiciuntur (f. 163ᵛ) quaedam de peccato contra naturam (inc. *Videamus hic quantum detestabile et graue sit peccatum;* des. *et alij consencientes*) et (f. 164ᵛ) de septem virtutibus (inc. *Septem sunt virtutes, quarum IIIJ*ᵒʳ *dicuntur cardinales;* des. *tres sunt dotes anime: visio, finitio eterni summi boni, etc.*), et (f. 165) versus sex de casibus episcopalibus (inc. *Pontificem queras hic qui succenderit* (?) *ignem*) et versus tres de casibus papalibus (inc. *Per papam clerum feriens, falsarius, urens*).

17 (f. 165ᵛ). **Nicolai de Dinkelsbühl** (in ms. *Dünckelspüel*) De tribus partibus paenitentiae (ed. Argentorati 1516, f. 68-92). Inc. *Ecce nunc tempus acceptabile ... Duo sunt tempora.* Des. *a quibus nos custodiat qui sine fine viuit et regnat. Amen. Explicit tractatus eximij magistri Nicolai de Dinckelspul de penitencijs anno LXIII.*

18 (f. 197). Tractatus de septem donis Spiritus Sancti. Inc. *Egredietur uirga de radice Yesse, et flos de radice eius ascendet... Ex hac auctoritate et alijs sacre Scripture et sanctorum constat septem esse dona Spiritus Sancti.* Des. *non solum trahit ad multiplicem et subtilem congnicionem, sed magis ad pias affecciones, etc.*

19 (f. 206ᵛ). **Nicolai de Dinkelsbühl** (in ms. ... *Dinckelspuel*) Confessionale (ed. cit., f. 146-152ᵛ). Inc. *Secundum magistrum et doctores.* Des. *preces fundere neglexerit ... Et sic est finis tractatus magistri de Dunckelspul de modo confitendi mortalia.* Sequuntur ⟨excerpta ex eiusdem auctoris tractatu de praeceptis Decalogi⟩, quorum I, cui titulus *De contractibus*, inc. (f. 214) *Peccat enim per usuram contra hoc mandatum « Non furtum facies », primo qui alicui pecuniam mutuat, et pro solo mutuo exigit lucrum temporale,* et des. *si quid inuenisti et non reddidisti, rapuisti, etc.* (ed. cit., f. 44ᵛ, R, lin. 22-f. 45ᵛ, X, lin. 38), et alterum, cui titulus *contra octauum mandatum*, inc. (f. 215ᵛ) *Peccant enim contra octauum mandatum, scilicet « Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium », primo enim iste peccat contra illud mandatum qui contra proximum fert in iudicio falsum testimonium,* et des. *Undecimo qui iactat se verbis supra id quod est, aut supra illud de eo homines* (ed. cit., f. 47, D, lin. 18-f. 47ᵛ, F, lin. 13).

20 (f. 216ᵛ). *De incertitudine vite et morte proxima.* Inc. *Nunc dicendum est de morte proxima et incertitudine vite et de horrore corporis.* Des. *non merentur gloriam, set pocius penam, etc.*

21 (f. 219ᵛ). *Sermo de relapso.* Inc. *Racione relapsi nuper combusti.* Des. *et istis et alijs similibus causis Ecclesia constituit modo predicto de ipsis relapsis.*

22 (f. 221). Tractatus de arte moriendi. Inc. *Omnes morimur, et quasi aque dilabimur in terram, que non reuertentur. Verbum est organo cuiusdam*

appellate a Thecuita (in ms. *septicia*) *sapientis mulieris prolatum, 2 Reg. 14°. Cum igitur condicio humane nature ex suis naturalibus principijs.* Des. *gaudebimus et laudabimus. Quod nobis concedere dignetur ille, qui est via, veritas et vita, Christus Ihesus per secula benedictus. Amen.*

23 (f. 251). *Collacio in exequijs mortuorum, et quibus animabus prosint bona opera pro illis facta.* Inc. *Mortuus est in senectute bona. Sic scribitur Gen. 25* (corrige: 15). *Reuerendi p. et sacre Scripture testimonio, morientium dispar est condicio.* Des. *et accipietis regnum eternum, quod nobis concedat.*

24. Sermones duo de exequiis mortuorum. [1] (f. 260) inc. *A mortuo non prohibeas gratiam, sciens quia omnes moriemur. Ecci. VII. Gregorius. Quanto maior est necessitas indigentis;* des. *miseremini mei saltem vos, amici mei. Rogemus ergo Dominum ut sic gratias exhibeamus et suffragia.* [2] (f. 265) inc. *Miseremini mei ... saltem vos, amici mei. Istud verbum est sancti Iob XIX° quod ipse dixit in affliccione sua positus;* des. *non possumus obtinere. Rogemus, etc.*

25 (f. 268ᵛ). *Tractatus de spiritu Gwidonis.* Inc. *Sicut dicit beatus Augustinus in libro de fide ad Petrum, miraculum est quitquid arduum vel insolitum super facultatem hominis admiramur ... Anno sue incarnacionis millesimo CCCXXXIII ad maiorem certitudinem de vita futura obtinenda sua ineffabili disposicione tale euidens miraculum dignatus fuit ostendere in ciuitate Allecti.* Des. *Et his dictis siluit. Hec autem omnia probata fuerunt et recitata coram nobis domino papa Johanne 22°; et iterum post hoc in die pasche papa misit illuc et non inuenit dictum spiritum, unde creditur quod iam regnet in celo. Ad quod celum nos perducat qui sine fine viuit et regnat. Amen.*

26 (f. 284ᵛ). *Tractatus de contemptu mundi.* Inc. *Nolite diligere mundum neque ea que in mundo sunt ... O vita mundi, non vita sed mors, vita fallax et onusta tristicijs.* Des. *obtinere gratiam et fiducialiter futuram gloriam prestolari. Quam nobis ostendat Jhesus Christus Dominus noster, qui cum Deo Patre,* etc.

27 (f. 296). **<Pseudo-Augustini>** Speculum peccatoris (Migne, Patr. Lat. 40, col. 983-992).

28 (f. 300). Admonitiones mortis tres. Prima inc. *Pensandum quippe est cum iam peccatrix anima vinculis incipit carnis absolui,* et des. *propositum indeclinabiliter custodire. Amen;* altera inc. *Johannis 3. Omnis qui male agit, odit lucem,* et des. *nichil possemus mereri, etc.;* tertia inc. *Fratres mei charissimi, anima de corpore exibit,* et des. *adepta sunt supplicia, de quibus liberet nos omnipotens Dominus noster in perpetuum. Amen.*

29 (f. 301^{v}). **Matthaei de Cracovia** (?) **Tractatulus de arte bene moriendi** (pluries typis prodiit, cf. Graesse, *Trésor de livres rares et précieux*, tom. I, 1859, p. 229: de Matthaeo de Cracovia cf. Sommerlad, *Über das Leben und die Schriften des. M. v. Krakau*, Halle 1891). Inc. *Cum de presentis exilij miseria.* Des. *perennis vite peragat gaudia, quod nobis concedat Iesus Christus Marie filius, qui cum Deo Patre*, etc. *Explicit tractatulus de arte moriendi inscriptus, 1418.*

Ff. I. 312 et 313 de theologia morali pertractantia, avulsa sunt ex codice saec. XIV binis columnis perscripto. Folio 313, priore scriptura expleta, altera inest saec. XIV ex., quae regulam exhibet confitendi peccata, versibus teutonicis (inc. *Einvaltich: An dem ersten sol sin sin;* mutila des.: *Zuhteklichen dich ver iehen. Ganz*).

Codicem partim lineis plenis, partim binis columnis diversi librarii scripsere. Tituli ac litterae initiales minio aut atramento exarata; sed litterae maximae interdum etiam rubro caeruloque colore depictae. Ff. II. 121. 310^{v}. 311 vacua; ff. 147-164. 221-294. 295-299 duplicem exhibent enumerationem, quarum antiquior numeris romanis signata est ab I ad XXIII (omissis V-X), a CC ad CCLXXXIV, a CLXIII ad CLXXII. In marg. sup. folii 1^{r}, manu recentiore: *Pro Bibliotheca Tonisuirgensi* (!). In tegumenti fronte tessella adglutinata est titulum praebens prorsus male habitum; in dorso chartulae duae adfixae, quae titulum *Scripta theologica* continent et notam numeralem 7.

Tegumentum ex asseribus corio signato saec. XVI obductis valde pessumdatum.

10069. Saec. XIX, chart., mm. 345 × 209, ff. 48.

⟨**Liber pontificalis ad usum Ecclesiae Herbipolensis**⟩. Inc. *Ritus vesperarum. Rmus cum mitra et pedo ducitur ex sacristia a duobus ministris.* Des. (f. 42) *Tali ceremonia consecrata est ecclesia in Donnersdorf, anno 1811, die 15 Sept.* Sequuntur: [1] (f. 42^{v}) notitia de consecratione duorum altarium anno 1708, die 22 Nov. et an. 1686, die 18 Maii; [2]) exempla litterarum testimonialium (f. 43) pro ordinandis, et (f. 45) pro confirmandis Iudaeis; [3] (f. 45^{v}) notitia de benedictione campanae anno 1815, die 8 Maii; [4] (f. 45) notitia de recognitione reliquiarum, Herbipoli, die 2 Aug. an. 1809 et 2 Dec. an. 1811.

Codex partim latina, partim teutonica lingua. Prima sex folia enumerationem quoque paginarum exhibent. Ff. 7-10. 11^{r}. 12-34. 38^{r}. 44^{v}. 46^{v}. 47-48 vacua. In priore tegumenti tabula initiales aureae *J. G. W.*, in altera annus *1809*.

Tegumentum ex charta spissata corio castanei coloris, aureis ornamentis signato, anno 1809 obducta.

10070. Saecc. XV, XVI et XVII, chart., mm. 312 × 215, ff. I-267. (+ f. 255^{a}).

⟨**Liber treugarum** (in ms., manu recenti: *Urphedenbuch*), **datarum coram syndico civitatis Münnerstadt in Franconia, ab anno 1475 ad an. 1603**⟩.

Sequuntur: [1] (f. 260-261) testimonia cuiusdam causae; [2] (f. 262-263) conventio an. 1535, qua Bartholomaeus, abbas monasterii Bildhausen, cuidam Wolff Hofflich cauponam tradit; [3] (f. 264-265) alia conventio eiusdem generis, an. 1583, Valentino abbate eiusdem monasterii.

Codicem, lingua teutonica, complures librarii saecc. XV, XVI et XVII scripserunt. Ff. I^{v}. 47^{v}. 48^{r}. 242^{v}. 259^{v}. 261^{v}. 262^{r}. 265^{v}. 266. 267 vacua. Foliorum enumeratio recens. Post f. 199 folium unum abstractum fuit; folia 260-265 soluta.

Tegumentum ex corio valde pessumdatum.

10071. Saecc. XVIII et XIX, chart., mm. 371 × 223, ff. IV-46.

Nomina RR. PP. ac FF. ordinis S. P. Benedicti in monasterio S. Stephani Herbipoli, ab anno 1623 et deinceps professorum. Titulus, quem rettulimus, exstat in tegumenti fronte, sed non bene convenit rei; codex enim in totidem areolis uniuscuiusque fratris adnotata praebet nomen, patriam, nativitatem, conversionem, noviciatum, annum quo professor electus et sacerdos consecratus est, officia et obitum. Initio codicis haec addita sunt: [1] (f. I, mm. 224 × 162) _Series parochorum Rettstattiensium,_ ab anno 1592 ad annum 1763; [2] (f. II, mm. 349 × 207) epistula Francisci Urfahrer e Societate I. Ch., in qua agitur de morte Patris Ioannis Trabert (dat. Schemnitz, _9 Augusti 1689_); [3] (f. III-IV^{r}, mm. 362 × 216) _Nomina RR. DD. confratrum nostrorum, qui in monasterio nostro S. emisere professionem,_ ab anno 1350 ad annum 1659.

Ff. IV^{v}. 14^{v}-46 vacua. In parte interiore prioris tabulae tegumenti schedula Rulandiana adglutinata est. Integumentum ex charta spissata charta discolore cooperta, cum dorso et angulis membraneis.

10072. Saecc. XVIII et XIX, chart., mm. 330 × 200, pp. IV-351 (— pp. 75-77 neglectis).

Diptychus seu Catalogus vivorum et defunctorum admodum reverendorum, nobilium, eximiorum ac doctissimorum dominorum capitularium et domicellarium insignis Ecclesiae Collegiatae ad SS. Joannem Baptistam et Evangelistam in Haugis dictae, ab anno neoconsecratae et a reverendissimo ac celsissimo principe ac domino domino Joanne Godefrido episcopo Herbipolensi dedicatae Ecclesiae, anno 1691, die 5^{a} Augusti, ⟨ad an. 1802⟩.

Insunt praeterea: [1] (p. 298) _Nomina DD. praepositorum in Ecclesia Augensi ex libro antiquo pergameno, alias Statutorum,_ ab anno 1130 ad an. 1780; [2] (p. 302) _Nomina DD. decanorum quotquot ex documentis colligi potuerunt,_ ab

anno 1163 ad an. 1786; [3] (p. 308) *Nomina DD. scholasticorum*, ab an. 1587 ad an. 1779; [4] (p. 312) *Nomina DD. cantorum*, ab an. 1631 ad an. 1799; [5] (p. 316) *Nomina DD. custodum*, quorum alter anno 1661 electus, ultimus anno 1802; [6] (p. 346) *Nomina RR. confratrum* (canonicorum) *mortuorum*, ab an. 1692 ad an. 1802.

Ff. I-II continent canonicorum et vicariorum Ecclesiae Haugensis subscriptiones decreto Petri Philippi von Dernbach, Herbipolensis episc., an. 1679, tonsuram et habitum clericalem praescribenti.

Codicem plures librarii scripserunt. Paginae I. II. IV. 119-297. 300. 301. 304-307. 309. 310. 313-315. 317-345. 348-351 vacuae. Paginarum enumeratio usque ad 118 manu exarata; inde a 119 typis expressa. In tegumenti fronte chartula adglutinata est titulum exhibens, quem supra rettulimus.

Tegumentum ex charta spissata, membrana contecta.

10073. Saecc. XVII et XVIII, chart., mm. 319 × 201, ff. III-371 (— f. 243 omisso).

Calendarium domus Cartusiae Horti Beatae Mariae in Ilmbach (cf. Morotius, Theatrum chronologicum sacri Cartusiensis ordinis, Taurini 1681, p. 284, n. CXXX), *continens anniversaria personarum et benefactorum eiusdem domus nec non aliorum singularium benefactorum totius ordinis Carthusiensis, ... anno Domini MDCXXVIII.* Folio 368v insunt *Nomina personarum habentium anniversarium perpetuum, quorum dies obitus in charta Capituli generalis non fuit denominatus.*

Librum, ut docet notula in folio 1v adiecta, scripsit Ioannes Mohr Oberschwarzachensis († 10 Martii 1632), sed non totum; alii enim librarii saecc. XVII et XVIII varia addiderunt. Ff. I-IIIr. 1v. 2r. 369-371 vacua; in f. IIIv quidam vir doctus perbrevem notitiam, germanica lingua, conscripsit de fundatoribus Cartusiae supra memoratae, scilicet de Balthassar Fer von Berg († 28 Martii 1461) et de Magdalena Ferin von Berg († 10 Oct. 1465). In parte interiore prioris tabulae tegumenti schedula Rulandiana adglutinata est.

Tegumenti tabulae corio, figuris atque ornamentis distincto, saec. XVII obductae: fibulae ex parte perierunt.

10074. Saec. XVIII, chart., mm. 319 × 201, pp. II-200 num.

1 (p. 1). ⟨**Varia de dignitate, iuribus, oneribus, proventibus, emolumentis et praerogativis, etc. officii Scholastici Ecclesiae Collegiatae Haugensis**⟩.

2 (p. 23). **Series scholasticorum eiusdem Ecclesiae**, ab an. 1557 ad annum 1779.

3 (p. 25). **Wilhelmi Antonii Mertloch,** scholastici, oratio habita ad Capitulum in Cena Domini, an. 1736. Inc. *Calamitosas hujus insignis Ecclesiae vicissitudines.* Des. *canticum Domini mereamur decantare in saecula saeculorum.*

4. Ioannis Georgii Philippi Söllner, scholastici, [1] (p. 43) *Oratio ... in Coena Domini ad clerum Haugensem in Capitulo habita 1737* (inc. *Dereliquisti fontem sapientiae,* etc. *Si mihi sine obligationis meae injuria liceret;* des. *sed ex infallibili verbo Dei, ex S. Scriptura, historijs, sanctisque Patribus et ratione dixi*); [2] (p. 58) *Oratio* ut supra, habita an. 1738 (inc. *Haec mando vobis,* etc. *Ex occasione ultimi discursus;* des. *ut id implere possimus. Amen*); [3] (p. 76) *Oratio* ut supra, habita an. 1739 (inc. *Haec mando vobis,* etc. *Quod temporis ratio;* des. *in omnibus tibi conformari desidero. Amen*); [4] (p. 88) *Oratio* ut supra, habita an. 1740 (inc. *Haec mando vobis* etc. *Me, quem hodie vobis tacentibus;* des. *et si solum fiat, sufficit*).

5. Ioannis Philippi Lanii, scholastici, [1] (p. 105) *Oratio* ut supra, habita an. 1742 (inc. *Dispone domui tuae,* etc. *Recenti adhuc, ut dubitare mihi vix licet;* des. *et sic disponemus domui nostrae, ut dixi*); [2] (p. 110) *Oratio* ut supra, habita an. 1744 (inc. *Domine, dilexi decorem domus tuae,* etc. *Materiam spiritualis meae exhortationis;* des. *hymnum victoriae decantantes Sanctissimae Trinitati in saecula saeculorum. Amen*); [3] (p. 115) *Oratio* ut supra, habita an. 1745 (inc. *Cum dilexisset suos,* etc. *Auditores charissimi, non sine ratione Dominum et Salvatorem nostrum;* des. *gloriam aeternam percipere valeamus. Amen*).

6 (f. 121). ⟨**Anonymi**⟩ Sermo habitus in Cena Domini an. 1746. Inc. *Probet autem se ipsum homo,* etc. *Etsi multa divini amoris signa.* Des. *quae caelestis beatitudo est, quam mihi et vobis omnibus impertiatur Deus Pater et Filius et Spiritus Sanctus. Amen.*

7 (p. 131-144. 150-152. 159-162. 170-171. 179-183). Variae notitiae de compluribus canonicis Ecclesiae Collegiatae Haugensis, et praesertim de eiusdem Ecclesiae scholasticis, latine et teutonice.

8. ⟨**Georgii Adami Hueber**⟩ [1] (p. 144) *Exhortatio spiritualis habita 1768, 31 Mart. in Coena Domini ad venerabilem clerum Haugensem* (inc. *Dum juxta introductam laudabiliter in insigni Collegiata Haugensi Ecclesia consuetudinem;* des. *cum Domino gloriemur. Dixi*); [2] (p. 152) *Exhortatio* ut supra, habita die 23 Martii an. 1769 (inc. *Anno superiore hac ipsa per temporis circulum hodie recurrente celebritate;* des. *nobis clementissime largiatur*); [3] (p. 162) *Exhortatio* ut supra, habita die 12 Apr. an. 1770 (inc. *Postquam Iscariotes mercator pessimus;* des. *ex sincero apprecor pectore. Dixi*); [4] (p. 171) *Exhortatio* ut supra, habita die 28 Martii an. 1771 (inc. *Juxta sacratissimi huius temporis exigentiam;* des. *ad coelum deducas. Amen*).

9 (p. 185-199). ***Acta memorabiliora Scholasteriam concernentia*, ab an. 1779 ad an. 1802, latine et teutonice.**

Insunt codici duo folia et schedula soluta; folium I continet epistulam Kiliani Cyriaci Trost, dat. Gramschatz, die 20 Iunii 1793, teutonice; folium II stemma exhibet cuiusdam praelati, cum inscriptione *Petrus vivat;* schedula notitiam praebet nullius momenti.

Codex currenti calamo non una manu perscriptus est. Paginae I-II. 22. 24. 128-130. 138. 184. 200 scriptura carent; post pag. 200 sequuntur octoginta folia vacua. Integumentum ex charta spissata, membrana obducta.

10075. Saecc. XVII, XVIII et XIX, chart., mm. 316 × 194, ff. III-183 (+ f. 137ª librarii neglegentia omisso).

1 (f. 2). *Fundatio perantiquae ecclesiae ac celeberrimi monasterij S. Stephani protomartyris Herbipoli, simul ac descriptio abbatum eiusdem coenobij ordinis divi Benedicti, primo extra muros civitatis, nunc intra siti, quotquot eorum ad hujus saeculi finem peruenerunt.* Historia fundationis inc. *Celeberrimi et perantiqui monasterij Sancti Stephani,* et des. *Jam datur pecunia pro prandio;* catalogus, ex eiusdem monasterii antiquis privilegiis collectus, quoad fieri potuit, per R. P. Iodocum ⟨Zimmermann⟩ anno MDLX, inc. (f. 12) *Rupertus* (manus recentior correxit: *Fridericus*) *primus abbas hujus monasterij,* et des. *in nostrum irruerunt monasterium.* Huic catalogo duo additamenta subtexuntur, quorum prius a Iodoco Zimmermann († 1561) ad Benedictum Gerard († 1667), alterum ab Euchario Weiner († 1701) ad Albericum Ebenhöch, qui electus est an. 1713: prius inc. *Iodocus Zimmerman a Schweinfurdia 31 abbas, cum antea;* alterum des. *Vir celeberrimus, splendor et decus.* Sequuntur (f. 30) quaedam excerpta, ab anno 1147 ad annum 1198, ex opere C. H. de Lang, inscripto Regesta sive rerum Boicarum autographa ad annum usque MCCC e regiis scriniis fideliter in summas contracta (Monachii 1822-54, vol. I, p. 187 sqq.).

2 (f. 31). **Fr. Alberici ⟨Ebenhöch⟩** *Fundatio ecclesiae et monasterii S. Stephani ordinis s. Benedicti Herbipoli, una cum catalogo sive serie abbatum, ex perantiquis monumentis et varijs hinc inde collectis documentis congesta et compilata ... anno Domini MDCCXX.* Historia fundationis inc. *Monasterium S. Stephani protomartyris celeberrimum et perantiquum,* et des. *Acta haec sunt ... anno ordinationis Adelberonis episcopi Wirzeburgensis duodecimo;* catalogus abbatum inc. (f. 34ᵛ) *Fridericus primus abbas hujus monasterij ad S. Stephanum viguit et recepit abbatiam anno millesimo quinquagesimo septimo,* et des. *Albericus Ebenhöch Eivelstadianus ... in abbatem ... eligitur et cooptatur die vigesima sexta Julij anno 1713.* Sequuntur additamenta ab anno 1727 ad annum 1805, quae inc. *Nouum chorum*

extruxit, et **des.** *Gerhardus Winterstein ... obiit 24 Novemb. 1805, ultimus abbas regiminis 18 ann.*

3 (f. 64). *Expositi in parochiis monasterii S. Stephani Wirceburgi ord. s. Benedicti quotquot ex residuis antiquis et novis libris parochialibus colligi potuerunt a F. P. I⟨gnatio⟩ G⟨ropp⟩ Bibliothecario.* Huius operis exstant tantum titulus, quem rettulimus, et tituli singularum paroeciarum.

4 (f. 82). *Parochiae monasterii S. Affrae frequenter a nostris curatae.* Huius catalogi exstat tantum titulus: *Parochi in Tüngersheim.*

5 (f. 86^{v}). *Catalogus fratrum monasterii S. Stephani Wirceburgi ord. s. Ben., ab anno 1623 renovatus et emendatus a F. P. I. G⟨ropp⟩* (in ms. *Grob,* manu recentiore) *Bibliothecario ad 1729 tempore febris suae,* ⟨et ab anno 1729 ad 1802 ab anonymis continuatus⟩. Praemittitur (f. 84) series fratrum ab anno 1614 ad an. 1622, *quorum nomina hinc inde sparsim reperta et collecta sunt et in sequenti catalogo non comprehenduntur.*

Folio 176 nota inest de quodam novicio, qui cum loco *promitto* verbo *pronuncio* usus esset in professione facienda, ad professionem iterum faciendam obstrictus est. In ff. 179-180 teutonica lingua narratur anno 1737 vetulam quandam confessionis specie stipem emendicasse, fraudeque detecta priorem conventus statuisse huiusmodi simulatores ad magistratus esse deferendos. Item (f. 180) narratur anno 1738 prope Herbipolim hominem quendam e plaustro delapsum, Deo adiuvante, fere incolumem evasisse.

Codex, a pluribus librariis aetate diversis exscriptus, a Capitulo Ecclesiae Geldersheim Herbipolensis dioecesis Leoni XIII an. 1895 dono datus est, ut haec docet notula (f. II^{r}): *Questo codice era stato preso in prestito dal Sig. Ruland dalla biblioteca del Decanato di Geldersheim (dioc. di Würzburg). Quindi è stato per sbaglio colla bibl. Ruland incorporato nella Bibl. Vaticana. E di fatto nell'autunno del 1894 il Capitolo del detto Decanato presentò la ricevuta autografa del Sig. Ruland del prestito fatto, domandando che il codice sia reso alla biblioteca del Decanato. Però sulla preghiera del sottoscritto il Capitolo sudetto in una sua seduta nel Maggio 1895 decise di regalare il codice al Santo Padre e di contentarsi d'una copia autenticata. Tale copia è stata spedita. Il 13 Decembre 1895. F. Ehrle S. I.*

Ff. I. II^{v}. III. 29^{v}. 52-63. 64^{v}-66^{v}. 67^{v}-69^{v}. 70^{v}-72^{v}. 73^{v}-75^{v}. 76^{v}-78^{v}: 79^{v}-81^{v}. 82^{v}-83^{v}. 84^{v}-86^{r}. 116^{v}-175^{v}. 176^{v}-178^{v}. 180^{v}-183^{v} vacua. Folio I^{v} tres epistulae anni 1895 de codice nostro pertractantes adglutinatae sunt. In medio prioris tabulae tegumenti occurrit littera *E* et in parte inf. an. *1671;* in medio autem posterioris tabulae littera *A* et in parte inf. an. *16⟨71⟩*.

Tegumenti asseres membrana viridis coloris auropicta saec. XVII obducti et fibulis instructi.

10076. Saec. XVIII ex., chart., mm. 295 × 203, ff. 249.

⟨Miscellanea ad Ecclesiam Haugensem Herbipolensis dioecesis spectantia⟩.

1. ⟨Collectio diplomatum, bullarum, statutorum aliorumque documentorum, ab anno 1002 ad annum 1724⟩, latine et interdum teutonice. Praemittuntur indices duo, quorum prior (f. 1-10) est *Registrum documentorum Ecclesie in Hauge descriptum in libro catenato*, alter (f. 11-13) est index documentorum. [1] (f. 15). Henrici II imper. diplomata duo, quorum prius an. 1002, et alterum (f. 17) an. 1017 (M. G. H. Diplomatum regum et imperatorum Germaniae tom. III, Hannover 1900-1903, p. 3-4, n. 3; p. 476-477, n. 371). [2] (f. 21). Charta Adalberonis episc. Herbipolensis, an. 1057 (Schannat, Vindemiae literariae, Fuldae et Lipsiae 1723-1724, vol. I, p. 174-175). [3] (f. 21). Charta Embriconis episc. Herbipolen., an. 1133 (Schannat, II, p. 112-113). [4] (f. 23). Instrumentum praepositi D. Guntheri, ⟨an. 1144⟩. Inc. *Ego Guntherus licet nomine et non merito.* [5] (f. 25). Privilegium Henrici episc. Herbipolen., an. 1163. Inc. *Divine inspirationis inceptum.* [6] (f. 27). Testamentum Wernhardi, decani Ecclesiae S. Ioannis Herbipolensis, an. 1176. Inc. *Ego Wernhardus per gratiam Dei decanus Ecclesie Sancti Johannis in Wirzeburch licet indignus notum esse cupio.* [7] (f. 29). Lucii III bullae duae, quarum prior an. 1182-1183, et altera an. 1182 (Jaffé-Loewenfeld, n. 14803, 14642). [8] (f. 33). Bulla Innocentii III, dat. Laterani, VII Id. Ian. an. XII, 1209. Inc. *Cum a nobis petitur.* [9] (f. 35). Litterae Henrici episc. Herbipolen., an. 1205. Inc. *Noverit universitas vestra quod fratres de Ebera.* [10] (f. 37). Conventio inter Capitulum maioris Ecclesiae Herbipolensis et Coenobium S. Stephani, an. 1213 (apographum ex Schannat, I, p. 189-190). [11] (f. 39). Bulla Innocentii IV, dat. Lugdun. VI Id. Iulii an. VII, 1249. Inc. *Decet et expedit ut gravata super provisione clericorum.* Sequitur (f. 40^{v}) exemplar alius bullae eiusdem pontificis, iisdem fere verbis, eadem die et eodem anno missae decano Ecclesiae Novi Monasterii Herbipolensis. [12] (f. 41). Iringi episc. Herbipol. documenta duo, quorum prius datum die IX Kal. Sept. an. 1258, inc. *Vite perhennis gloria qua pia benignitas conditoris;* alterum (f. 43) datum est III Id. Sept. an. 1259 (Monumenta Boica, tom. 37, p. 387-388). [13] (f. 45). Litterae Bertholdi episc. Herbipol. praeposito, decano et Capitulo Ecclesiae S. Ioannis Haugensis, dat. an. 1276, *sabbato ante Margarete virginis.* Inc. *Iustis petentium desideriis nos facile praebere convenit et vota.* [14] (f. 47). Varia statuta et deliberationes Capituli S. Ioannis Haugensis, act. an. 1308,

feria sexta post octavas Pasche (f. 47); an. 1309, *feria sexta post diem s. Kyliani et sociorum eius* (f. 51); an. 1313, *feria sexta post diem s. Michaëlis* (f. 53); an. 1314, *feria secunda post festum s. Bartholomei Apostoli* (f. 55); an. 1315, *feria quarta post Marie Magdalene* (f. 59); an. 1317, *sabbato ante festum sancte Lucie* (f. 65); an. 1318, *feria sexta in die sanctorum martyrum Fabiani et Sebastiani* (f. 67-70); an. 1323, *feria secunda post festum omnium sanctorum* (f. 75); an. 1321, *in crastino sanctorum Philippi et Jacobi Apostolorum* (f. 79); an. 1325, *sabbato post decollationem s. Johannis Baptiste* (f. 85-88); an. 1327, *tertio ydus Martii* (f. 91); an. 1329, *in vigilia Apostolorum Symonis et Judae* (f. 93); an. 1330, *feria sexta ante Dominicam, qua cantatur « Judica »* (f. 99); an. 1330, *feria sexta proxima post festum s. Michaëlis Archangeli* (f. 101); an. 1338, *feria sexta post festum s. Martini episcopi proxima* (f. 103-104); an. 1339, *feria quarta proxima ante Lucie virginis* (f. 107); an. 1340, *in vigilia Nativitatis Christi* (f. 109; sequitur, f. 115, actus decani Henrici Zobel, dat. an. 1341, *die Dominica proxima post Ascensionem Domini*); an. 1345, addito consensu Ottonis episc. Herbipol., dat. *idus mensis Ianuarii* (f. 117); an. 1350, *feria sexta ante diem Palmarum* (f. 125); an. 1352 (?), *in vigilia Penthecostes* (f. 127); an. 1369, *in crastino sanctorum Philippi et Jacobi Apostolòrum* (f. 131); an. 1370, cum adprobatione episcopi Herbipol., dat. eodem anno, die 6 Iulii (f. 133-144); an. 1387, *feria sexta infra octavas Pentecostes* (f. 147-150); an. 1391, *feria sexta ante festum s. Jacobi Apostoli* (f. 157); an. 1395, *in vigilia s. Symonis et Jude* (f. 161); an. 1398, *sabato in angaria Adventus D. N. J. C., quo cantatur in Ecclesia Dei « Veni et ostende »* (f. 163); an. 1420, *feria tertia post Dominicam Palmarum* (f. 171); an. 1438, *feria sexta post Dominicam, qua in Ecclesia Dei cantatur « Laetare »* (f. 177); an. 1442, *die ... Veneris vicesima sexta mensis Octobris* (f. 181-182); an. 1449, *feria quarta post Bartholomaei Apostoli* (f. 185); an. 1497, *sexta feria ante « Judica »* (f. 187); an. 1517, *in vigilia sanctorum Philippi et Jacobi Apostolorum* (f. 193); an. 1538, *die Veneris in vigilia s. Thomae Apostoli* (f. 199-200, teutonice); an. 1580 (f. 201; est statutum *divisorum ad divisionem oblagiorum*). [15](f. 49). Charta Bertholdi comitis Hennebergensis, dat. an. 1308, VII Id. April. Inc. *Cum notitia subscriptorum ex parte dilecti vasalli nostri Hermanni.* [16](f. 71). Litterae Godefridi episc. Herbipolensis de novo hospitali in parrecia Haugensi, dat. an. 1319, *in vigilia beati Johannis Apostoli.* Inc. *Et si cuncta karitatis opera.* [17]) Confirmationes complurium statutorum ab episcopis Herbipolen. factae; scilicet: [a] (f. 89-50) confirmatio Wolframi, dat. an. 1326, *feria secunda post Dominicam Palmarum;* [b](f. 151-154) Gerardi, dat. an. 1388, *feria 4ta proxima post Epiphaniam Domini;* [c] (f. 159-161) eiusdem Gerardi, dat. an. 1393, *die duo-*

decima mensis Novembris; [d] (f. 167-170) Ioannis, dat. an. 1412, *in vigilia sancti Johannnis Baptiste;* [e] (f. 203-206) Ioannis Philippi, dat. an. 1650, *pridie Id. Ian.;* [f] (f. 207-209) Ioannis Godefridi, dat. an. 1694, d. *20 Martij;* [g] (f. 211-216) Ioannis Philippi, dat. an. 1705, *die 30 Martii;* [h] (f. 217-220) Ioannis Philippi Francisci, dat. ⟨1724⟩ (deest nota temporis: in fine exstat adnotatiuncula: *Est tantum conceptus statuti, vide Protocollum Haug. de an. 1724, f. 46,* et *extractus Protocolli Haugensis,* teutonica lingua). [18] (f. 105-107). Litterae indulgentiarum a compluribus simul episcopis Ecclesiae Haugensi concessarum, dat. an. 1339, *prima die Decembris.* Inc. *Pia mater Ecclesia de animarum salute sollicita.* [19] (f. 145-146). *Venditio oblagiorum suorum a D. canonico Walthero de Gamundia pro trecentis libris Hallens. ad Capitulum Haug.,* act. an. 1378, *quinta die mensis Octobris.* Inc. *Notum sit omnibus presentes litteras inspecturis quod nos Hermannus Virnkorn.* [20] (f. 155-156). Formula antiqua iuramenti canonicorum Haugensium. Inc. *Ego N. juro et fideliter promitto quod ab hac hora in antea fidelis ero.* [21] (f. 183-184). Bulla Nicolai V, dat. an. 1448, *nono Kal. Febr.* Inc. *Sane pro parte venerabilis fratris nostri Gotfridi episcopi et dilectorum filiorum Capituli Herbipolensis.* [22] (f. 221-230). ⟨Documenta pertinentia ad emptionem fundi rustici cum domo in urbe Hammelburg, extracta ex *Protocollo Haugensi* an. 1770; teutonice⟩. [23] (f. 231-232). ⟨Index exemplarium testamentorum canonicorum et vicariorum, ab an. 1659 ad an. 1794⟩.

2 (f. 233-235). Catalogus argentorum quae diebus 12 et 13 Nov. an. 1794 ab Ecclesia Haugensi ad officinam argentariam Principis Episcopi allata sunt; germanice. Adduntur, item lingua teutonica: [1]) schedula diei 23 Nov., quae idem factum memorat; [2] (f. 236) Capituli Haugensis epistula de eadem re ad episcopum Bambergensem et Wirceburgensem, dat. 9 Oct. 1794; [3] (f. 237) responsio eiusdem episcopi, dat. Herbipoli, die 28 Oct. 1794.

3 (f. 240-241). Computationes proventuum praebendarum in oppidis Neumünster et Haug; germanica lingua.

4 (f. 242-249). Nomina canonicorum, cum notis de eorum vita, ab anno 1660 ad annum 1802, a duobus librariis exscripta, quorum prior usque ad annum 1785, alter ab an. 1786 notitias exaravit.

Maximam voluminis partem unus librarius exscripsit; partem reliquam diversae manus exararunt. Ff. 10^{v}. 13^{v}. 14. 16^{v}. 22^{v}. 26^{v}. 30. 34. 36^{v}. 44. 46^{v}. 48. 52^{v}. 58^{v}. 64. 66^{v}. 68^{v}. 70^{v}. 78^{v}. 84^{v}. 98^{v}. 114^{v}. 126^{v}. 130. 132^{v}. 154^{v}. 156^{v}. 158^{v}. 192.-198^{v}. 201^{v}. 202. 206^{v}. 210^{v}. 220^{v}. 221^{v}. 230^{v}. 234^{v}. 236^{v}. 237^{v}. 242^{v}. 249 vacua. In parte posteriore prioris tabulae tegumenti schedula Rulandiana.

Tegimen ex charta spissata.

10077. Saec. XVIII vel XIX, chart., mm. 289 × 196, pp. IV-104.

S. Godehardi Hildesheimensis (in ms. *Hildesiensis*) **episc.** Vita sive res **gestae.** Inc. *Legitur in libro Genesis, Deum ad Abraham dixisse: Exi de terra tua.* Des. *eam celerius meritis ejus suffragantibus impetrat.* Prologus ⟨in vitam ss. Godehardi et Bernwardi⟩ inc. *Quoniam (ut ex majoribus nostris accepimus) historia est testis temporum, lux veritatis, vita memoriae, magistra vitae, nuntia vetustatis, cupientibus nobis gloriosissimorum praesulum duorum, Godehardi videlicet et Bernardi Patroni ac Fundatoris, gesta resciscere,* et des. *Haec praedicta pro principio sufficiant, reliquum operis in enarratione consumendum est.*

Codex usque ad p. 26 perbelle, inde vero a p. 27 currenti calamo scriptus est. Paginae I-IV, 101-104 vacuae. Tegumentum ex corio nigri coloris, aureis ornamentis signato.

10078. Saec. XV, chart., mm. 287 × 209, ff. I-85.

⟨Liber anniversariorum ad usum Ecclesiae Herbipolensis⟩. Sequuntur (f. 62-63) notae de donationibus vel de rebus faciendis in anniversariis Alberti de Hesseburg, Gerardi episcopi Herbipolensis, Henrici de Lapide, Conradi de Remstein et aliorum. Accedunt: [1] (f. 65-83) index reddituum et decimarum, maxima ex parte pro anniversariis celebrandis; [2] (f. 84) praescripta Capituli habiti anno 1478, die Iovis post Assumptionem Virginis Mariae, teutonica lingua.

Codicem praesertim duo librarii scripserunt, quorum prior ff. 1-63 et alter ff. 65-83^{v}, lin. 4 exaravit. Hic illic additamenta, variis manibus, latine; sed in f. 84 teutonice. Ff. I. 64^{v}. 85 vacua; in folio 63^{v} calami probationes; in parte posteriore prioris tabulae integumenti schedula Rulandiana.

Tegumenti tabulae saec. XVI albo corio, eleganter signato, ex parte tantum contectae.

10079. An. 1763, chart., mm. 320 × 205, ff. 22.

Instructio admodum proficua circa diuersas materias beneficiales pro habendis correspondentiis in Curia Romana, conscripta per Fr. Edmundum Rein, professum Ebracensem, Romae anno 1763.

10080. An. 1763, chart., mm. 273 × 200, ff. 32.

1 (f. 1). *Catalogus taxarum pro diversis expeditionibus Romae faciendis in diversis tribunalibus, computato salario D. expedientium, conscriptus Romae per fr. Edmundum Rein, professum Ebracensem, anno 1763.*

2 (f. 11). ⟨Adversaria haud magni momenti⟩, quae inter exstant notulae de iure canonico, decreta nonnulla S. Congregationis Concilii, (f. 23) excerpta ex statutis Rottweilanis an. 1654 et (f. 29) statuta *Capituli nationalis a Salemio habiti ⟨an.⟩ 1668.*

10081. Saec. XV ex., membran., mm. 231 × 173, ff. I-37.

⟨**Index librorum tum manu scriptorum tum typis impressorum bibliothecae Collegii Artistarum Ingolstatensis a Ioanne Plümel digestus et a Ioanne Altenberk perscriptus**⟩. Inc. *In Theologia. Liber continens Penthatecum*(!) *Moysi cum libris Josue.* Des. *Item XIJ sexterni scripti in papiro arci in quadam lectura juris.* Praemittitur praefatio, quae inc. *Johannes Plümel Ingolstatensis, liberalium studiorum ac philosophie magister, sacre theologie licentiatus, Studij generalis prefati loci collegiatus et in venerabili Collegio Artistarum ibidem decanus, registrauit omnes et singulos libros librarie prefati Collegij,* et des. *et transumendum mandauit anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, die vero prima mensis octobris, pontificatus domini Alexandri pape sexti anno primo.*

Scriptura ea est quae notariorum nuncupatur. Ff. 9ᵛ. 19ᵛ. 25ᵛ. 34ᵛ. 36ᵛ vacua. In parte inf. f. Iʳ Henricus Stevenson iunior die VI Iunii an. 1885 adnotavit: *Questo cod. era fralle carte disordinate dei Maurini, ma dubito che facesse parte della libreria Ruland;* in f. Iᵛ duo stemmata Collegii Artistarum, quorum unum constat ex imagine s. Catharinae, cum scuto quadrato armorum domus Bavariae ad pedes, et alterum ex eadem Catharinae imagine cum simplici scuto ducatus Bavariae; dein signum Ioannis Altenberk, publici notarii Studiique Ingolstatensis scribae iurati.

Tegumentum ex pergamena flexibili hanc exhibet notam, manu saec. XVI exscriptam: *Index Bibliothecae Artistarum / 149.*

10082. Saec. XV in., membran., mm. 236 × 152, ff. 32.

1 (f. 1). ⟨**Libellus possessionum, reddituum et censuum ecclesiae parochialis S. Martini** ***in Möring*** **et S. Iacobi** ***in Purkchusa*** **a Stephano Purfinger Monacensi, earundem ecclesiarum parocho, conscriptus**⟩; adduntur hic illic notitiae de eadem paroecia. Inc. *Item ad perpetuam rei memoriam notum facio uniuersis meis successoribus quod ego Stephanus Purfinger de Monaco Frisingensis dyocesis, rector parrochialis ecclesie Sancti Martini in Möring atque Sancti Jacobi in Purkchusa, ad scribendum procuraui hunc libellum in ea forma et modo sicut redditus et dotes dicte ecclesie Sancti Martini et Sancti Jacobi pacifice meo tempore percepi et possedi anno Domini millesimo quadringentesimo primo, qui fuit annus quartus, quo ipsam ecclesiam auctoritate apostolica fui assecutus.* Des. *Item est sciendum quod omnibus diebus festiuis per totum annum licencia a rectoribus salis est postulanda a domino plebano et emenda de eisdem etiam sibi est assignanda.*

2 (f. 9). ⟨**Liber anniversariorum eiusdem paroeciae**⟩. Inc. *Januarius. Item primo Dyetl. Ubinger uxoris et antecessorum eius.* Des. (f. 18ʳ). *Quare hortor me subsequentes ut alia sequencia, si qua ordinarentur, presenti*

volumine inscribi procurent. Adduntur pauca de redditibus et de cultu ecclesiarum eiusdem paroeciae.

3 (f. 19). Decimae ⟨ecclesiis S. Martini *in Moring* et S. Iacobi *in Purchusen* percipiendae⟩.

4 (f. 20v). Litterae scriptae *aput Möring* anno 1297, XI Kal. Sept., quibus Albericus, ordinis Cisterciensis, Avilonensis Ecclesiae episcopus, eis qui ad sacellum beati Nicolai *in Hohenwert* accesserint, vel fabricae aut luminaribus eiusdem sacelli manus porrexerint, quadraginta dies criminalium et centum venialium de iniuncta vel iniungenda eis paenitentia, ad instantiam Hartungi, tunc ipsius ecclesiae rectoris, relaxat. Inc. *Nos frater Albericus ordinis Cisterciensis ... cupientes Christi fidelium deuocionem.*

5 (f. 21). Litterae Ioannis ⟨XXII⟩ magistro et fratribus hospitalis pauperum et infirmorum *oppidi Purckhausen*, datae Avenione anno eius pontificatus decimo septimo, quibus confirmatur fundatio eiusdem hospitalis, quam fecit frater Fridericus *de Purckhusa,* dictus *Mawtern.* Inc. *Cum a nobis petitur quod iustum est.*

6 (ibid.). Litterae patentes Friderici archiepiscopi Salzeburgen., datae X° Kalendas Octobris anno 1332, de eadem fundatione. Inc. *Sacre Scripture veneranda declarant testimonia.* Subsequitur (f. 23-24v) descriptio bonorum quae Fridericus fundator donavit.

7 (f. 24v). Litterae, lingua teutonica, datae die s. Georgii an. 1391, quibus Catharina, vidua Hermanni *de Bäwter,* disponit de praedio sito in *Erharczdorf* in favorem Nicolai Sartoris *(Niklein dem Sneydar)* eiusque uxoris et liberorum. Inc. *Ich Kathrey Hermans des Bäwter sälig witib.* Accedit (f. 25) notula Stephani Purfinger, declarantis praedium ab *Anna Hofmann et eius filio Johanne Hofman et heredibus iuxta sue matris testamenti tenorem deuote parrochie in Burkhausen* donatum esse; sequuntur condiciones donationis.

8 (f. 25). Litterae, lingua teutonica, datae die s. Luciae anno 1416 ab Henrico comite Palatino Rheni et duce Bavariae, de donatione quam *Harprecht Harskiricher zw Zangwerg* in favorem parochi de *Burkchausen* et abbatis de *Raytenhaslach* * facit, additis etiam consiliis de processione in die Pentecostes quotannis instituenda. Inc. *Wir Heinrich von Gots gnaden,* etc. *Bekennen fur uns.*

9 (f. 26). Litterae, lingua teutonica, datae die s. Viti anno 1404, quibus Henricus *der Ahär ze Wanchäusen* erga Stephanum Purfinger ad quaedam se obligat. Inc. *Ich Heinrich der Ahär ze Wanchäusen vergich fur mich.*

* De hoc monasterio cf. Janauschek, Originum Cisterciensium tom. I, Vindobonae 1877, p. 77-78.

Subsequitur (f. 26^{v}) **nota de** ***consuetudine penes illum Sulczperg. et Auwing. ac Möring. apud duos socios et cappellanum parrochie in Purchusen obseruata.***

10 (f. 27^{r}). Litterae datae in *Purckhausen* die s. Iacobi an. 1367, quibus *Erhart der Möring.* testatur Missam cotidianam et perpetuam cum capellania adnexa, ope praesertim Ottonis Rauhenperger eiusque consobrini Henrici Rauhenperger in paroecia *Purckhausen* fundatam esse. Inc. *Ich Ehrart ... vergich und tün chunt.* Adduntur (f. 28^{r}) litterae de eodem argumento in eandem fere sententiam, datae anno 1367, die s. Iacobi a consilio et communi *Purckausen.* Omnia teutonica lingua.

11 (f. 29). Litterae, lingua teutonica, datae die s. Georgii anno 1416, quibus Ioannes *ausm Hollcz* et Ioannes *Tobelhaymer,* tutores Nicolai *des Chalb,* eiusque fratrum et sororum, decedunt de iuribus suis in hortum, quem Fridericus *der Wanckhaus.* eiusque pater ab ipsis per modum feudi recuperant. Inc. *Ich Hanns ausm Hollcz.*

12 (ibid.). Litterae, lingua teutonica, datae die s. Bartholomaei anno 1403, quibus Ioannes *der Wiert ze Hochenwart* eiusque uxor et haeredes in favorem Stephani Purfinger, parochi in *Möring* et in *Burckhausen,* et successorum eius ad quaedam se obligant. Inc. *Ich Hanns der Wiert.*

13 (f. 29^{v}). Litterae, teutonica lingua, datae die Pentecostes an. 1407, quibus Christianus Wettinger civis Burkchausensis eiusque uxor et haeredes Stephano Purfinger, ludi magistro et eorum successoribus donationem faciunt. Inc. *Ich Cristan Wettinger.*

14 (f. 30). Litterae Bonifacii ⟨IX⟩ datae Romae, apud S. Petrum, die IV Kal. Aprilis, anno eius pontificatus duodecimo (scilicet an. 1401), quibus, revocata unione parochialis ecclesiae *in Burkchusa* cum monasterio Raytenhaslacensi ordinis Cisterciensis, ius patronatus ad dictam ecclesiam, quae filia parochialis ecclesiae Sancti Martini *in Möring* existit, et ad ipsam S. Martini ecclesiam Henrico duci Bavariae eiusque successoribus concedit. Inc. *Ex providencia Sedis Apostolice prouenire dinoscitur.*

15 (f. 31). ⟨Notitiae de dedicatione ecclesiae *in Purkchusen* eiusque altarium, et de indulgentiis eidem concessae⟩. Inc. *⟨A⟩nno ab incarnacione Domini M.°C.°XL.° indicione tercia, xiij kal. Octobris dedicata est hec ecclesia in Purkchusen.* Abrumpuntur v. *Item frater Albericus ad ecclesiam Sancti Johannis ... ac in anniuersario dedicacionis et omnibus Dominicis diebus; et dominus Johannes.*

Codicis magnam partem scripsit Stephanus Purfinger Monacensis, rector ecclesiae S. Martini *in Möring* et S. Iacobi *in Purkchusa.* Ff. 15^{v}. 16^{r}. 17^{v} vacua. Integumentum constat ex duobus foliis avulsis ex Graduali saec. XII, neumis instructo, quae continent officia Dominicae Palmarum et Feriae V Maioris Hebdomadae.

10083. Saec. XVIII, chart., mm. 214 × 174, pp. IV-122.

⟨Series religiosorum monasterii Ebracensis ordinis Cisterciensis, ab anno 1127 ad annum 1769⟩. Codicem complures librarii scripserunt: primus ab initio usque ad v. *Aegidius Seuffert ... professionem fecit 7 Xbris 1727. Obijt* (p. 110); ceteri reliqua exararunt. Inc. *Beatus Adamus primus monasterij Ebracensis abbas, qui Coloniae natus, vel una cum Ss. P. Bernardo habitum in Cisterciensi monasterio suscepit.* Des. *F. Nirardus Elling Herbipolensis ... prof. 26 Martij 1769 ... Obiit parochus in Asia minore* (cf. Brevis notitia monasterii B. V. M. Ebracensis sac. ordinis Cisterciensis in Franconia ..., Romae 1739, p. 98-197).

Huic codici quattuor fasciculi inserti sunt, quorum primus (saec. XVIII, mm. 207 × 165, ff. 11) exhibet tabulam *chronographicam* abbatum Ebracensium, usque ad annum 1700, et notulas historiam Ebracensis monasterii spectantes; alter (saec. XVII, mm. 208 × 169, ff. I-27), olim abbatis Ludovici († 1686), continet brevem historiam Ecclesiae Ebracensis (inc. *Quoniam in principio pro magnificis structuris et aedificijs erigendis sumptus non suppeditabantur;* des. *Welches ihr Gott der Allmächtig wolle geben*); tertius (saec. XVII, mm. 168 × 13, ff. 6) inscriptus est *Catalogus fratrum Ebracensium professorum, tam mortuorum quam uiuorum, ab an. 1533 usque ad annum 1631;* quartus (saec. XVII, mm. 163 × 16, ff. 4) electionem quorundam fratrum ad varia officia memorat, et duas formulas iuramenti praebet.

Paginae I-IV, 122 vacuae; post p. 122 folia 17 item vacua. Tegumentum ex charta spissata, membrana obtecta.

10084. Saec. XV ex., chart. et membran., mm. 207 × 143, pp. II-360.

⟨Missale votivum sanctimonialium sub regula S. Augustini⟩.

1 (p. 1). Orationes Missae ad postulandam pluviam et Missae contra fulgura et tempestates. **2** (p. 3). Preces variae ante et post Missam dicendae. Prima inc. *Summe sacerdos et vere pontifex.* Ultima inc. *Obsecro te, o dulcissime Domine Ihesu Christe.* **3** (p. 19). De neglegentiis quae contingere possunt in Missa, praevia nota: *Missa suo modo tam plena est misterijs,* etc. Inc. *Si per negligentiam effundatur sanguis.* Des. *cum sub specie vini sit totus Christus.* **4** (p. 26). De Missis Gregorianis. **5** (p. 28). *Pro memoria habenda ante sumptionem venerabilis Sacramenti.* **6** (p. 30). Benedictio aquae. **7** (p. 35). Missae de corpore Christi, inde a v. *saturauit eos. Alleluia, alleluia, alleluia;* - (p. 37) de Spiritu Sancto; - (p. 40) de s. Cruce. **8** (p. 42). Missae de B. Maria V. per annum et de Compassione eiusdem; - (p. 53) in commemoratione b. Augustini; - (p. 56) pro pace; - (p. 58) pro

quacumque tribulatione; - (p. 59) pro tribulatione Ecclesiae; - (p. 61) pro peccatis; - (p. 62) pro infirmo; - (p. 66) de aeterna sapientia; - (p. 69) contra pestem (praeit rubrica quae des. *Et probatum illud est in partibus Amonensis* [?]). **9** (p. 72). Collectae diversae. **10** (p. 95). Missa contra Turcas. **11** (p. 100). Missae pro defunctis. **12** (p. 119). Hymnus angelorum: *Gloria in excelsis;* - (ibid.) symbolum Apostolorum: *Credo in unum Deum;* - (p. 120) oratio post offertorium: *Suscipe, sancta Trinitas.* **13** (p. 121). Praefationes per annum. Abrumpuntur in verba praefationis de Apostolis *ut hijsdem* (!). **14** (p. 129). Canon Missae, cum rubricis, a v. *⟨protec⟩tionis, tue muniamur auxilio* ad v. *Sanguis Domini nostri Ihesu Cristi.* **15** (p. 137). Missa de s. Anna, cum sequentia: *Nardus spirat in odorem* (Kehrein, *Lateinische Sequenzen des Mittelalters,* Mainz 1873, n. 767). **16** (p. 146). Missae de festivitatibus B. M. Virginis, a Purificatione usque ad Conceptionem: haec abrumpitur in v. *Communio.* **17** (p. 161). Missa de Passione Domini nostri Iesu Christi, cum sequentia: *Dulce lignum adoremus* (Kehrein, n. 63); - (p. 166) in Resurrectione; - (p. 169) in Pentecoste; - (p. 173) in Nativitate; - (p. 179) in Circumcisione; - (p. 181) in Epiphania eiusdemque octavis; - (p. 188) in inventione s. Crucis. **18.** Missae sanctorum. [1] (p. 192). Missa in festo s. Ioannis ante portam Latinam; [2] (p. 193) in nativitate s. Ioannis Baptistae; [3] (p. 197) in festo apostolorum Petri et Pauli; [4] (p. 201) s. Mariae Magdalenae; [5] (p. 205) s. Christophori, cum sequentia: *Gaude, Christi sponsa* (Kehrein, n. 417), et (p. 209) orationibus de s. Iacobo apostolo; [6] (p. 209) in commemoratione s. Christophori; [7] (p. 213) in festo s. Laurentii m.; [8] (p. 215) s. Bartholomaei ap.; [9] (p. 217) s. Augustini ep.; [10] (p. 218) in decollatione s. Ioannis Baptistae; [11] (p. 222) in exaltatione s. Crucis; [12] (p. 224) in festo s. Michaëlis Archangeli; [13] (p. 228) s. Hieronymi; [14] (p. 230) in die omnium sanctorum; [15] (p. 234) in commemoratione omnium fidelium animarum; [16] (p. 236) in festo s. Martini ep. et conf.; [17] (p. 238) s. Nicolai; [18] (p. 239) s. Elisabeth; [19] (p. 241) undecim milium virginum, cum sequentia: *Virginalis* (Kehrein, n. 456); [20] (p 247) in festo s. Catharinae, cum sequentia: *Regi regum decantet fidelis* (Kehrein, n. 823); [21] (p. 252) in festo s. Barbarae; [22] (p. 254) s. Apolloniae; [23] (p. 255) s. Luciae; [24] (p. 256) s. Agnetis, cum sequentia: *Laus sit Regi glorie* (Kehrein, n. 760); [25] (p. 259) s. Dorotheae; [26] (p. 261) s. Ceciliae; [27] (p. 262) s. Agathae; [28] (p. 264) s. Margaritae; [29] (p. 269) s. Andreae ap. **19.** Sequentiae [1] (p. 307) *Grates nunc omnes* (Kehrein, n. 6); [2] (ibid.)

Eya recolamus (ed. cit., n. 10); [3] (p. 308) *Natus ante secula* (ed. cit., n. 11); [4] (p. 310) *Hanc concordi famulatu* (ed. cit., n. 711); [5] (p. 311) *Johannes Ihesu Christo* (ed. cit., n. 402); [6] (p. 312) *Festa Christi omnis christianitas* (ed. cit., n. 24); [7] (p. 313) *Laudes Saluatori* (ed. cit., n. 81); [8] (p. 315) *Laudes Christo redempti* (ed. cit., n. 92); [9] (p. 317) *Victime paschali* (ed. cit., n. 83); [10] (ibid.) *Summi triumphum Regis* (ed. cit., n. 114); [11] (p. 319) *Sancti Spiritus assit* (ed. cit., n. 124); [12] (p. 320) *Veni, sancte Spiritus* (ed. cit., n. 125); [13] (p. 321) *Lauda, Syon, Saluatorem* (ed. cit., n. 150); [14] (p. 323) *Benedicta semper sancta sit Trinitas* (ed. cit., n. 139); [15] (p. 325) *Sancti Baptiste* (ed. cit., n. 351); [16] (p. 326) *Petre summe Christi pastor* (ed. cit., n. 394); [17] (p. 327) *Ave, preclara maris stella* (ed. cit., n. 254); [18] (p. 329) *Laus tibi, Christe, qui es* (ed. cit., n. 846); [19] (p. 331) *Laurenti Dauid magni* (ed. cit., n. 623); [20] (p. 332) *Congaudent angelorum* (ed. cit., n. 247); [21] (p. 333) *Interni festi gaudia* (ed. cit., n. 502); [22] (p. 335) *Psallite Regi nostro* (ed. cit., n. 352); [23] (p. 337) *Stirpe Maria regia* (ed. cit., n. 192); [24] (p. 338) *Laudes crucis attollamus* (ed. cit., n. 60); [25] (p. 340) *Summi Regis Archangele* (ed. cit., n. 172b); [26] (p. 341) *De profundis tenebrarum* (ed. cit., n. 506); [27] (p. 343) *Omnes sancti Seraphyn* (ed. cit., n. 335); [28] (p. 344) *Sacerdotem Christi Martinum* (ed. cit., n. 646); [29] (p. 345) *Gaude, Syon, quod egressus* (ed. cit., n. 800); [30] (p. 347) *Psallat Ecclesia mater* (ed. cit., n. 866); [31] (ibid.) *Clare sanctorum* (ed. cit., n. 369); [32] (p. 348) *O sancta beatorum* (ed. cit., n. 445); [33] (p. 349) *Ad laudes Saluatoris* (ed. cit., n. 465); [34] (p. 350) *Gaude, celestis sponsa* (ed. cit., n. 480); [35] (p. 351) *Ave, Maria, gratia* (ed. cit., n. 264); [36] (p. 352) *Verbum bonum et suaue* (ed. cit., n. 268); [37] (p. 353) *Virgini Marie laudes* (ed. cit., n. 234); [38] (p. 354) *Letabundus exultet* (ed. cit., n. 13).

Codex lineis plenis exscriptus est, praeter paginas 129-136 Canonem continentes, quae binis columnis exaratae sunt. Rubricae minio; litterae initiales rubro colore, vel violaceo viridive depictae. Folium primum et novissimum fere singulorum sexternionum membranea; itemque folia Canonem continentia. Paginae I. 2. 23-25. 266-268. 273-306. 356-358 vacuae. In pagina II, manu recentiore, *Canoniae Trieffenstein* (de qua abbatia cf. Zunggus, Historiae generalis et specialis de ordine Canonicorum Regularium S. Augustini prodromi tomus posterior, p. 676-677); et, in parte inferiore, nota codicis *Q/108* (numerus *108* chartula obtectus est, in qua occurrit nota numeralis *31*). Post paginam 34 charta excidit, ex qua incipiebat enumeratio antiqua per folia; haec autem enumeratio usque ad f. 144 (p. 305) deducta est; post pagg. 128, 136 et 168 duae chartae abstractae fuerunt; post. pag. 160 charta una item avulsa. In parte interiore posterioris tabulae folium membraneum adglutinatum est, ex codice saec. XIV de iure canonico avulsum.

Tabulae integumenti corio castanei coloris saec. XVI obductae; fibula periit.

10085. Saecc. XVII et XVIII, chart., mm. 197 × 153, ff. II-185 (+ 182ª librarii neglegentia omisso).

Necro seu Mortilogium monasterii Trieffenstein. ordinis Canonicorum Regularium S. P. Nostri Augustini sub patrocinio diuorum apostolorum Petri et Pauli in Franconia, anno 1651 auctario magno restauratum et innouatum. Exstant additiones usque ad annum 1795, a compluribus librariis conscriptae. Praefatio inc. *Scripserat olim monasterij nostri martyrologium et necro-seu-mortilogium religiosus frater Hermannus Klüenffiess canonicus huius loci anno 1460,* et des. *nouum quasi de integro est erectum.*

Accedunt: [1] (f. 183) series praepositorum, ab anno 1102 ad an. 1783, variis manibus; [2] (f. 183ᵛ-184) series decanorum, ab anno 1440 ad an. 1795, variis manibus. De hoc monasterio, cf. Zunggus, op. cit., vol. II, p. 676-677.

Ff. I-II. 1ᵛ. 180-182. 184ᵛ. 185 vacua. Tegumentum ex charta spissata, saec. XVII membrana obtecta, nigris ornamentis distincta.

10086. Saec. XVII, chart., mm. 200 × 146, ff. 69 (+ 12ª. 29ª. 41ª. 56ª librarii neglegentia omissis).

Liber receptionum dominorum canonicorum et vicariorum in Hauge, partim latina, partim teutonica lingua.

Insunt praeterea: [1] (f. 24-27) *Manuale statutorum Ecclesiae collegiatae in Haugis;* [2] (f. 28-37) index rerum notabilium statutorum eiusdem, ut videtur, Ecclesiae collegiatae; [3] (f. 52. 56. 61ᵛ-62) notulae de compluribus canonicis; [4] (f. 66-68) ratio quam Ecclesia Haugensis sequi debet in causis peragendis, teutonice.

Codicem variae manus scripserunt. Folia complura scriptura vacant.

Integumentum constat ex membrana avulsa ex Antiphonario saec. XIV exeunt. et ex foliis chartaceis, quorum alterum utriusque tabulae, germanica lingua, saec. XVI scriptum videtur.

10087. Saec. XVIII, chart., mm. 201 × 164, ff. 67.

Index praeceptorum episcoporum dioecesis Herbipolensis, ab anno 1574 ad annum 1698, latine et teutonice (in ms. *Fürst-bischofliche Verordnungen von Zeit der Regierung Bischofs Julij namlich von Jahre 1574*).

Plurima folia fere prorsus vacua: foliorum enumeratio typis expressa. In tegumenti dorso nota numeralis *II.*

10088. Saec. XVIII-XIX, chart., mm. 201 × 163, ff. 70.

Index praeceptorum episcoporum dioecesis Herbipolensis, ab anno 1699 ad annum 1807, latine et teutonice (in ms. *Würzburgische Verordnungen in geistlichen Sachen von Zeiten der Regierung Bischofs Jo. Philippi von Greiffenklau de anno 1699*).

Plurima folia vacua. In tegminis dorso nota numeralis *III.*

10089. Saec. XVII, chart., mm. 205 × 158, ff. 92.

Index censuum, teutonice, initio mutilus (in ms., f. 38, scriptum legimus: *Obersfeldt, Auracher Gült und Zins eingewisen den 14. Aprilis anno 1609. durch Herrn Johan Franckert Kellern zu Eürndorff*).

Folia complura vacua; media pars folii 1 abscissa; nonnulla folia madore maculata; in initio codicis sex folia perierunt. In tegumenti dorso stemmata Pii X et Alphonsi Capecelatro card. bibliothecarii.

10090. An. 1651, chart., mm. 198 × 150, ff. I-67.

Astrum chronologicum Trieffensteinense in firmamento ordinis Canonicorum Regularium collucens, nouo necro (seu) mortilogio praelucens, radios suos utrimque diffundens, tubo reverendi P. E. K. D. primo repertum anno salutis 1651. Sub hoc absurdo titulo continentur notitiae de monasterio Petrae Stillantis; series benefactorum episcoporum Herbipolensium (prima manu, usque ad annum 1649; aliis manibus, usque ad annum 1784); album praepositorum (prima manu, usque ad an. 1651; aliis manibus, usque ad an. 1784) et regularium eiusdem monasterii (variis manibus, usque ad an. 1797). Praefatio inc. *Admodum reuerendus pater et dominus Ioannes Molitor;* et des. *sit collecta.*

Accedunt: [1] (f. 57) **elenchus** eorum qui in Ecclesia eiusdem monasterii sepulti sunt; [2] (f. 58-65) *Extractus noui necro-seu-mortilogij* eiusdem monasterii, *auctario magno innouati* (vid. supra, cod. 10085).

Codicem maximam partem ille ipse librarius conscripsit, qui codicem 10085 exaravit; partem reliquam variae manus saecc. XVII et XVIII perscripserunt. Foliorum enumeratio duplex est; recentiorem plumbo signatam secuti sumus. Ff. I. 1ᵛ. 35ᵛ-56ᵛ. 64ᵛ. 65ᵛ. 66-67 vacua.
Tegumentum ex chartis obtectis membrana, nigris ornamentis distincta.

10091. Saec. XVIII, chart., mm. 191 × 163, ff. I-40.

Liber accepti et expensi Missionis Moguntinae Trans-Rhenanae dictae, cum (f. 1-2) serie fundatorum et benefactorum eiusdem Mis-

sionis, (f. 31-32) apocharum formulis et (f. 37-38) inventario rerum, quae Missioni supradictae obvenerunt tum titulo divisionis, tum aliunde.

Codex non una manu conscriptus. Foliorum enumeratio duplex; recentiorem typis expressam secuti sumus. Plurimae chartae vacuae.

Tegumentum ex charta spissata; dorsum membraneum.

10092. Saec. XVII, chart., mm. 183 × 150, ff. I-216.

Documenta ad monasterium S. Maximini prope Herbipolim spectantia (in ms. *Liber privilegiorum tam papalium quam regum Francorum, imperatorum et Romanorum regum ... anno Dominicae incarnationis scribendo inchoatur 1613º*).

1. *Privilegia sive Bullae apostolicae concessae monasterio imperiali Sancti Maximini extra muros Treuirenses, pro conservatione eiusdem.* Praemittuntur adnotatiuncula de eiusdem monasterii fundatoribus, quae inc. (f. 2) *Sacra Helena imperatrix gloriosa sanctae Crucis inuentrix dignissima*, et (f. 3) *Brevis insinuatio de laude et dignitate* eiusdem monasterii, quae inc. *Cum praesenti memoriae compertissimum sit, quod qui praeclara quaeque praedicare peroptant*, et des. *ita nec eos in sacrificijs suis eis desiderari oportet.* [1] (f. 7). Bulla Gregorii II, dat. an. 729, (Jaffé-Loewenfeld † 2179). [2] (f. 9). Bulla Agapiti II, dat. an. 950 (J-L. 3649). [3] (f. 10). Bulla Ioannis XIII, dat. an. 968 (J-L. 3722). [4] (f. 12). Bulla Ioannis XV (in ms. XVI), dat. an. 987 (J-L. 3827). [5] (f. 13). Bulla Leonis IX, dat. an. 1051 (J-L. 4251). [6] (f. 16). Bulla Innocentii II, dat. an. 1140 (J-L. 8093). [7] (f. 20). Martini V bullae duae; quarum prior, dat. 8. Id. Iun. an. 5º, scil. 1423 (in ms. perperam *1223*), inc. *Cum a nobis petitur quod iustum fuerit et honestum;* et altera (f. 20v, et iterum f. 21r), dat. XV Cal. Iun. an. 8º, scil. 1426 (in ms. perperam *1226*), inc. *Ad audientiam nostram peruenit.* [8] (f. 22r). Bulla Gregorii IX, dat. *Viterbij, sexto Cal. Julij* an. 11º, scil. 1237 (in ms. *1234*). Inc. *Solet annuere Sedes apostolica ijs uotis.* [9] (f. 23). Bullae duae Innocentii IV, quarum altera, dat. Lugduni, 8 Id. Nov. an. 3º, scil. 1245 (in ms. *1242º*), inc. *Exigentibus uestrae deuotionis meritis;* altera (f. 25) dat. Lugduni, 10 Non. Iun. an. 4º, scil. 1246 (in ms. *1243º*), inc. *Paci et tranquillitati uestrae, ac uestri monasterij.* [10] (f. 24). Bulla Gregorii X, dat. apud Urbem Veterem, 4 Id. Sept. an. 1º, scil. 1272 (in ms. *1271º*). Inc. *Solet annuere Sedes apostolica.* [11] (f. 25). Bulla Urbani V, dat. Romae apud S. Petrum, 15a Martij an. VIIº, scil. 1369 (in ms. *1372º*). Inc. *Cum a nobis petitur quod iustum est.* [12] (f. 26). Bulla Bonifacii IX cantori Ecclesiae Moguntin., dat. Romae ap. S. Petrum, 6 Id. Oct. an. 1º, scil. 1389. Inc. *Ad audientiam nostram peruenit, quod tam dilecti filij abbas et Conuentus monasterij S.ti Maxi-*

mini. [13] (f. 27). Bulla Sixti IV decanis B. Mariae *ad gradus Moguntinenses et S. Simeonis Treuiren. ac S. Crucis Leodien.*, dat. Romae ap. S. Petrum, an. 1479, V Id. Iunij an. VIII°. Inc. *Militanti Ecclesiae licet immeriti.* [14] (f. 30). Bulla Pii IV (in ms. V) Maximiliano II Romanorum regi in imperatorem electo, dat. Romae ap. S. Marcum, an. *1564°* (!), *decimo septimo Cal. Oct., pontif. nostri an. 4°* (!). Inc. *Hodie electionem dilecti filij Petri Luxemburgensis abbatis monasterij ... S.ti Maximini.* [15] (f. 31). Bullae quinque Gregorii XIII, quarum prima Reinero abbati, dat. Romae ap. S. Petrum, an. 1581, 11° Cal. Mart., pont. an. X°, inc. *Summi dispositione Rectoris;* altera (f. 32v) *Conuentui monasterij ... S.ti Maximini*, dat. ut supra, inc. *Hodie ad confirmationem dilecti filij Reineri abbatis;* tertia (f. 33) eidem Reinero, dat. ut supra, inc. *Cum nos hodie electionem de persona tua* (sequitur, f. 34, *Forma iuramenti domini Reineri abbatis summo Pontifici praestiti*); quarta (f. 35) eidem Reinero, pro absolutione a censuris, dat. ut supra, inc. *Apostolicae Sedis clementia;* quinta (f. 36) vassallis eiusdem Reineri, dat. ut supra, inc. *Hodie electionem de persona dilecti filij Reineri.* [16] (f. 37). Bulla Pauli V, dat. an. 1611 (Zyllesius, Defensio abbatiae imperialis S. Maximini, ⟨Treviris⟩ 1638, par. III, p. 147, n. 79). [17] (f. 39). Bulla Nicolai V, dat. Romae, an. 1447 (Bullarium Romanum, ed. Augustae Taurinorum, tom. V, 1860, p. 97-100).

2. *Donationes regum Francorum et privilegia eorum, tam imperatorum quam etiam regum Romanorum.* [1] (f. 45). Diploma Dagoberti I, an. 633 (in ms. *643;* ed. Hontheim, Historia Trevirensis diplomatica et pragmatica, Augustae Vind. et Herbipoli, 1750, tom. I, p. 78-79, n. 17). [2] (f. 47v). Diploma Pippini, an. 765 (Böhmer-Mühlbacher, Regesta imperii, Innsbruck 1908, n. 100 [98]; ed. Mühlbacher, Diplomata Carolina, I, Hannoverae 1906, p. 54-55, n. 39). [3] (f. 48v). Diploma Caroli Magni, an. 808 (B-M. 438 [430]; ed. Mühlbacher, p. 410-111, n. 276). [4] (f. 49v). Diploma Ludovici Pii, an. 822 (B-M. 753 [728]). [5] (f. 50v). Diploma Lotharii, an. 868 (B-M. 1318 [1283]). [6] (f. 51v). Diploma Caroli Crassi, an. 885 (B-M. 1716 [1671]). [7] (f. 52v). Diploma Arnolphi, an. 893 (B-M. 1886 [1835]). [8] (f. 53v). Diploma Zwenteboldi, an. 897 (B-M. 1969 [1917]). [9] (f. 55). Diploma Caroli Simplicis, an. 912 (Hontheim, I, p. 261, n. 140). [10] (f. 58). Diplomata tria Ottonis I; I, an. 953 (Böhmer-Ottenthal, Regesta Imperii, Innsbruck 1893, n. 235; ed. M. G. Diplomata, tom. I, Hannoverae 1879-1884, p. 251, n. 169); II (f. 59v), an. 956 (B-O. 245; ed. cit., p. 260-262, n. 179); III (f. 61), an. 962 (B-O. 312; ed. cit., p. 597-598, n. 442). [11] (f. 63v). Diplomata octo Ottonis II; I, an. 963 (Stumpf, *Die Reichskanzler vornehmlich des X., XI. und XII. Jahrhunderts*, Innsbruck 1865, n. 553; ed. M. G. DD., tom. II, Han-

noverae 1888, p. 15, n. 7); II (f. 64ᵛ), an. 963 (Stumpf 554; ed. cit., p. 16, n. 8); III (f. 66), an. 965 (Zyllesius, par. III, p. 22, n. 13); IV (f. 66ᵛ), an. 966 (Hontheim, I, p. 303, n. 182); V (f. 68), an. 966 (Hontheim, I, p. 302, n. 181); VI (f. 69), an. 970 (in ms. *967;* Hontheim, I, p. 306-307, n. 185); VII (f. 70), an. 973 (Stumpf 905; M. G. DD. II, p. 67-68, n. 57); VIII (f. 71ᵛ), an. 984 (Stumpf 591; M. G. DD. II, p. 52-53, n. 43). [12] (f. 73). **Diplomata duo Ottonis III**, quorum I, an. 990 (Stumpf 934; M. G. DD. II, p. 468-469, n. 62); II (f. 75), an. 992 (Stumpf 967; M. G. DD. II, p. 506-507, n. 95). [13] (f. 76). **Diploma Henrici II**, an. 1023 (Stumpf 1815; M. G. DD. III, p. 636-639, n. 500). [14] (f. 79ᵛ). **Diplòma Henrici III** (in ms. II; Stumpf 2498). [15] (f. 80ᵛ). **Diploma Conradi II**, an. 1026 (Böhmer 1295; Stumpf 1901). [16] (f. 83ᵛ). **Diplomata tria Henrici III**; I, an. 1044 (Böhmer 1521; Stumpf 2264); II (f. 86), an. 1051 (Böhmer 1610; Stumpf 2396); III (f. 88), an. 1056 (? Hontheim, I, p. 396-398, n. 254). [17] (f. 90ᵛ). **Diplomata tria Henrici IV**; I, an. 1065 (Böhmer 1797; Stumpf 2674); II (f. 92), an. 1066 (Böhmer 1812; Stumpf 2694); III (f. 95), an. 1101 (Böhmer 1961; Stumpf 2949). [18] (f. 96ᵛ). **Diplomata septem Henrici V**; I, an. 1107 (Böhmer 1980; Stumpf 3014); II (f. 98), an. 1107 (Böhmer 1979; Stumpf 3012); III (f. 99), an. 1107 (Stumpf 3013); IV (f. 100ᵛ), an. 1112 (Böhmer 2021; Stumpf omittit); V (f. 105ᵛ), an. 1113 (Böhmer 2026; Stumpf 3092); VI (f. 107), an. 1116 (Böhmer 2058; Stumpf 3141); VII (f. 110), an. 1125 (Böhmer 2093; Stumpf 3212). [19] (f. 112). **Diploma Friderici I**, an. 1182 (Böhmer 2648; Stumpf 4343). [20] (f. 114). **Diploma Conradi IV**, an. 1242 (Böhmer-Ficker-Winkelmann 4452). [21] (f. 114ᵛ). **Rudolphi I diplomata duo** an. 1274 (in ms. *1273;* Böhmer 4138, 4139; Böhmer-Redlich 81, 82). [22] (f. 117). **Caroli IV diplomata quattuor**, quorum I, dat. *Treveris, an. Domini 1354° indictione septima, sexto Calend. Martij*, inc. *Ad uniuersorum notitiam tenorē presentium uolumus peruenire, quod oblata nobis per honorabiles et religiosos Ottonem abbatem* (inest diploma Henrici IV, ut supra f. 90ᵛ); II (f. 119), dat. ut supra, eundem habet tenorem ac praecedens, sed continet quoque diploma **Henrici II**, an. 1005 (Böhmer 968; Stumpf 1401); III (f. 121), an. 1354 (Böhmer-Huber 1793; IV (f. 122ᵛ), an. 1354 (Böhmer-Huber 1792). [23] (f. 123ᵛ). **Sigismundi diploma** an. 1422 (Altmann, Reg. 5106). [24] (f. 124ᵛ). **Friderici III diploma** an. 1442 (Bertholet, *Histoire ecclésiastique et civile du duché de Luxembourg*, tom. VIII, *Preuves*, p. XVIII-XIX). [25] (f. 127). **Maximiliani I diploma** (Zyllesius, par. III, p. 102-103, n. 61); – (f. 129ᵛ) eiusdem *mandatum ... quod monasterium S.ᵗⁱ Maximini in censibus, reditibus ac bonis alijs stare debeat Ordinario suo iudici, et non alterius secularis potestatis iudicio;* dat. Treviris, 15 Maii an. 1512. [26] (f. 131). **Caroli V**

diploma, dat. 21 Maii an. 1521 (Zyllesius, par. III, p. 103-105, n. 62, teutonice); - (f. 133ᵛ) eiusdem epistula *fratri suo Ferdinando archiduci Austriae..., quatenus causam abbatis S.ᵗⁱ Maximini monasterij contra consules et senatum Treuirensem expediri curet quam citissime;* dat. Walladolid, 20 Aug. 1523 (Zyllesius, par. III, p. 109, n. 64 B, teutonice); - (f. 135) eiusdem mandatum *archiepiscopo Treuirensi Richardo, quatenus abbatem Vincentium ob damnum eidem et monasterio illatum contentet, atque summam sexcentorum florenorum porrectorum restituat;* dat. ut supra (Zyllesius, par. III, p. 108, n. 64 A, teutonice); - (f. 136ᵛ) eiusdem epistula ad Adrianum VI pro monasterio S. Maximini; dat. Burgis, 14 Sept. 1523 (Zyllesius, par. III, p. 110-111, n. 65); - (f. 137ᵛ) eiusdem diploma, dat. Norimbergae 4 Dec. 1523 (Zyllesius, par. III, p. 114-115 n. 67). [27] (f. 140). Ferdinandi archiducis Austriae epistula ad Clementem VII *quatenus caueat ne in incorporationem monasterij Sancti Maximini archiepiscopo Treuirensi condescendat,* dat. Norimbergae, XXVI Ian. 1524 (Zyllesius, par. III, p. 111-112, n. 66 A); - (f. 141ᵛ) eiusdem epistula *ad Datarium apostolicum pro eadem causa,* dat. ut supra: inc. *Ex incluso exemplari literarum Caesareae et Catholicae Maiestatis* (Zyllesius, par. III, p. 113, n. 66 C). Sequitur (f. 142) *Responsio Datarij apostolici,* dat. Romae, die XX Maii an. 1524; inc. *Redditae sunt mihi literae Serenitatis Vestrae.* [28] (f. 143). Maximiliani II Romanorum imperatoris diploma, quo *confirmat priuilegia omnia et singula* monasterii *S. Maximini;* dat. *Augspurg,* die 16 Maii an. 1566 (Zyllesius, par. III, p. 132-133, n. 75, teutonice). [29] (f. 145). Rudolphi II diploma, quo *confirmat antecessorum suorum .... voluntatem super priuileg. monasterij S. Maximini;* dat. *Augspurg,* die 9 Iulii an. 1582 (Zyllesius, par. III, p. 134-135, n. 76, teutonice).

3 (f. 153). Nomina abbatum monasterii S. Maximini, usque ad annum 1618. Inc. *Abbas Ioannes Antiochenus primus in ordine constitutus.* Des. *Numerus abbatum circa annum Domini 1618 peruenit ad sexagesimum octauum.*

4 (f. 155). *Privilegia et indulta summorum pontificum et Romanorum imperatorum sive regum archiepiscopis Treuirensibus concessa et collata, quibus ijdem nituntur priuilegia Maximiniana refutare, et monasterium ipsum in seruitutem perpetuam, et ordinariam potestatem suam delegatam redigere ...* [1] (f. 155ᵛ). Bullae duae Innocentii II; quarum prior an. ⟨1141⟩ (J-L. 8141); altera (f. 156ᵛ), an. 1140 (J-L. 8111). [2] (f. 157ᵛ). Diploma Dagoberti regis Francorum, ⟨an. 632⟩ (Pardessus, Diplomata, chartae, epistolae, leges aliaque instrumenta ad res Gallo-Francicas spectantia, Lutetiae Parisiorum, 1843-1849, tom. II, p. 17-18, n. 258). [3] (f. 159). Bulla Eugenii III, an. 1152 (J-L. 9582). [4] (f. 163). Diploma Pippini, ⟨an. 760⟩,

(Böhmer-Mühlbacher 92 [90]). [5] (f. 167). **Ottonis II diploma**, an. 973 (in ms. *974°*; M. G. DD. II, p. 62-63, n. 52). [6] (f. 167). **Ottonis III diploma**, an. 988 (memoratur tantum; M. G. DD. II, p. 453-454, n. 51). [7] (f. 167). **Conradi III** (in ms. II) **diplomata** tria, quorum I, an. 1139, inc. *In multis curys* (!) *quas, Deo authore, per diuersas regni partes celebrauimus;* II (f. 166), item an. 1139 (Böhmer 2193; Stumpf 3392); III (f. 170ʳ), an. 1147 (Böhmer 2265; Stumpf 3525). [8] (f. 172ʳ). **Friderici I diploma** an. 1157 (Böhmer 2366; Stumpf 3761). [9] (f. 176). **Ludovici IV diploma** an. 1332 (Böhmer 1489; sed ea pars tantum quae respicit monasterium S. Maximini). [10] (f. 177). **Caroli IV diplomata** tria, quorum I an. 1346 (Böhmer-Huber 288); II (f. 178) an. 1354 (Böhmer-Huber 1726); - III (f. 179ʳ) an. 1376 (Böhmer-Huber 5588). [11] (f. 183). **Elisabethae Gorlitiae ducissae** Luxembourgensis **diploma** an. 1428, teutonice (Hontheim, II, p. 374, n. 797). [12] (f. 184ʳ). *Instrumentum erectum Confluentiae ab archiepiscopo Treuirorum Ioanne in effectum priorum priuilegiorum consequendorum coram Maximiliano imperatore inuictissimo an. 1492°, 24ª Septembris.* [13] (f. 189ʳ). **Ladislai** regis Hungariae, etc. **diploma**, dat. Viennae, 15 Martii an. 1455; inc. *Notum facimus uniuersis quod nos ratione Ducatus nostri Luxemburgensis recepimus ... a ... domino archiepiscopo Iacobo Treuirensi.* [14] (f. 190ʳ). **Friderici III** Rom. Imper. **diploma**, teutonice, an. 1471 (Hontheim, II, p. 456-457, n. 861; Chmel, Reg. Friderici III, n. 6272); et (f. 192) praeceptum, item teutonice, quo *mandat abbati S.ᵗⁱ Maximini monasterij ut a proposito suscitandi Carolum ducem Burgundiae contra archiepiscopum Treuirensem Ioannem discedat.* [15] (f. 193). **Maximiliani I diploma**, an. 1495 (Hontheim, II, p. 494, n. 886). [16] (f. 195). **Rudolphi II** diploma, dat. Pragae, 24 Iul. 1603: *confirmat Caroli quarti concessionem de proprietate, vel quasi dominio monasterij S. Maximini Reuerendissimo Domino Lothario archiep. Treuirorum.* Inc. *Patere uolumus quod nos attendentes sincerae deuotionis affectum.* Includitur diploma Caroli IV, dat. Bachar, 2 Cal. Iun. 1376 (cf. Hontheim, II, p. 265-274, n. 746; Böhmer-Huber, 5588). [17] (f. 201). **Regalia Maximiliani Regis I** *concessa archiepiscopis Treuirensibus quatenus illi ... ea abbatibus monasterij imperialis Sancti Maximini conferant;* dat. in civitate Wormatiensi, XV Iul. an. 1495. Inc. *Notum facimus tenore praesentium uniuersis et singulis.* Sequitur (f. 203) eiusdem **Maximiliani praeceptum**, teutonice, dat. an. 1495 (Zyllesius, par. III, p. 78, n. 51).

5. *Investiturae quorundam archiepiscoporum Treuirensium, abbatibus monasterii Sancti Maximini una cum iuramentis quibus adiunctis sub diuersa formarum conditione collatae.* [1] (f. 205). **Inve-**

stitura Thomae abbatis, facta a Ioanne marchione Badensi archiepiscopo, an. 1502 (Zyllesius, par. III, p. 81-82, n. 53). [2] (f. 206r). Iuramentum Thomae abbatis praestitum Domino Ioanni marchioni Badensi, nomine suae Maiestatis Caesareae, 27 Nov. 1502; teutonice (cf. Zyllesius, par. III, p. 80-81, n. 52). [3] (f. 207r). Investitura Ioannis abbatis, facta a Richardo archiepisc. Trevirensi, an. 1526 (Zyllesius, III, p. 84-85, n. 55). [4] (f. 209). Mandatum Richardi archiep. ad vassallos S. Maximini, an. 1526, teutonice (Zyllesius, III, p. 85-86, n. 55). [5] (f. 210r). Iuramentum abbatis Ioannis a Cellis praestitum Richardo archiep. Trevirensi, teutonice (cf. Zyllesius, III, p. 80-81, n. 52). [6] (f. 211). Investitura Ioannis Isenburgici abbatis S. Maximini, an. 1549 (Zyllesius, III, p. 87-88, n. 56). [7] (f. 214). ⟨Instrumentum publicum a notario Conrado Falck confectum de praefata Ioannis Isenburgici investitura, continens iuramentum consuetum et ab abbate S. Maximini in simili actu fieri solitum, anno 1549⟩, teutonice (Zyllesius, III, p. 89 90, n. 57, lin. 14) usque ad v. *angenomnen ihrem Prin⟨cipal⟩*.

Foliorum enumeratio duplex est; antiqua per paginas, sed errata; recens, per folia, imis marginibus typis adposita. Ff. I. 1v. 6v. 44v. 45v. 148-152. 154v. 162. 204v vacua.
In tegminis dorso stemmata Pii X et Alphonsi Capecelatro card. bibliothecarii.

10093. Saec. XVIII, chart., mm. 175 × 113, ff. num. 84.

1 (f. 2). *Catalogus omnium abbatiarum ordinis Cisterciensis virorum religiosorum*, ab anno 1098 ad annum 1662. Abbatiae numerantur 834 eadem ratione qua recensentur in opusculo P. Aegidii Abel (cf. Janauschek, Originum Cisterciensium tomus I, Vindobonae 1877, p. XXI). Inc. *Anno Domini 1098, 12 Calend. April. / Cabilon. / 1. Cistercium totius ordinis mater.* Des. *Anno 1662. / 834. Billnhofm prope Ratispon. olim abbatia monialium 106.*

2 (f. 19). *Catalogus omnium monasteriorum monialium ordinis Cisterciensis*, ab anno 1115 ad annum 1650. Monasteria, de quibus hic mentio fit, sunt n. 303: notitiam de aliis catalogis abbatiarum et prioratuum, tam religiosorum quam monialium, habes apud Janauschek, op. cit., p. XVI-XXIV. Inc. *Anno 1115. 1. Villetum. Gl.* (id est Gallia) *Gingoniens.* Des. *303. Wybrechtshausen Gr.* (id est Germania) *rint ....*

3 (f. 27). *Catalogus R. dominorum abbatum et religiosorum monasterii B. M. V. de Ebraco ord. Cisterciensis, ab ejus origine, anno 1126* ad annum 1851 (prima manu, usque ad an. 1776; aliis manibus usque ad annum 1851). Inc. *I. B. Adamus. - Primus monasterii Ebracensis abbas Coloniae natus.* Des. *Kilianus Werlein conversus grafenrheinfeld † post saecularis.*

Ff. Iv. II. 1r. 18v. 19v. 84 vacua: post f. 84 sequuntur folia 39 non numerata item vacua. Additamenta in postremis foliis librarius saec. XIX hic illic inseruit.
Tegumentum ex charta spissata, corio castanei coloris obtecta.

10094. Saec. XVIII, chart., mm. 169 × 105, pp. XXII-336.

1 (p. XXI). *Statuta congregationis Cisterciensis ordinis per Superiorem Germaniam revisa et correcta in Capitulo nationali Rottweilae celebrato* ⟨anno⟩ *MDCLIV, praeside... D. Claudio Vaussin abbate Cisterciensi ac totius ordinis Capite et Generali.* Praemittitur (p. I-XVI) index.

2 (p. 216). *Acta Capituli nationalis celebrati Uberlingae ad lacum Acronianum diebus 4. 5. 6 et 7 Maij anno 1659.*

3 (p. 247). *Acta et statuta a Capitulo nationali congregationis Cisterciensis per Superiorem Germaniam in monasterio Salemitano die 18 et sequentibus mensis Iunij 1668.*

4 (p. 279). *Acta et statuta Capituli nationalis Caesareae celebrati die 4 et sequentibus mensis Februarij 1670.*

5 (f. 295). *Confirmatio definitionum in Capitulo nationali Salemitano celebrato die 30 et sequentibus Augusti anno 1683 facta a Rmo et Illmo P. Generali.*

6 (p. 309). *Acta et decreta Capituli nationalis congregationis Cisterciensis in Superiori Germania celebrati in regio monasterio Salemitano die 2 Septembris et sequentibus anno 1715.*

7 (p. 331). *Extractus literarum Illmi P. Generalis Cisterciensis ad me Stephanum abbatem in Salem congregationis Cisterc. per Superiorem Germaniam vicarium generalem de dato 8 Novembr. 1715.*

Paginae complures vacuae. In parte interiore prioris tabulae integumenti schedula Rulandiana adglutinata est.

Tegumenti tabulae corio castanei coloris saec. XVIII obtectae fibulisque instructae.

10095. Saecc. XVIII et XIX, chart., mm. 165 × 99, ff. 60.

Varia notatu digna insignis Ecclesiae Collegiatae ad utrumque Sanctum Ioannem in Haugis collecta per Carolum Iosephum Armbknecht p. t. canonicum, anno salutis millesimo septingentesimo octogesimo primo.

1 (f. 2). Series praepositorum, ab anno 1057 ad annum 1780. **2** (f. 10). Series decanorum, ab anno 1163 ad annum 1786. **3** (f. 18). Series canonicorum, ab anno 1627 ad annum 1802. **4** (f. 39). Series vicariorum, ab anno 1742 ad annum 1808. **5** (f. 47). Notitia tritici, secalis, avenae et pecuniae praebendariis recipiendorum, itemque legum nonnullarum in beneficiorum investitura servandarum; partim teutonice, partim latine. **6** (f. 56).

Index et brevis descriptio praecipuarum picturarum, quae in sacris aedibus oppidi et agri Herbipolensis conspiciuntur; teutonice.

Codicem scripsit Carolus Iosephus Armbknech († 14 Sept. 1800); at alii additamentis auxerunt. Folia complura vacua. Tegumentum ex charta spissata.

10096. Saec. XVIII, chart., mm. 173 × 106, ff. 38.

Provincia Franconica fratrum minorum Capucinorum ab anno 1772.

1 (f. 2). <Index> fratrum minorum Capucinorum. 2 (f. 22). <Index> fratrum laicorum. 3 (f. 28). Principium et origo monasteriorum provinciae Franconicae. 4 (f. 32). <Index patrum et fratrum defunctorum.

Codex non una manu perscriptus. Folia complura vacua. In priore tegminis tabula schedula Rulandiana. Tegumentum ex charta spissata, cum dorso et angulis membranaceis.

10097. Saec. XVIII, chart., mm. 137 × 105, ff. I-43.

<Provincia Franconica fratrum minorum Capucinorum>.

1 (f. 1^v). Tabula fratrum minorum Capucinorum, ab anno 1687 ad annum 1773 (in ms. *Tabula fratrum minorum Capucinorum Provinciae Franconicae, 1750*). 2 (f. 16^v). <Index fratrum laicorum, ab anno 1694 ad annum 1783>. 3 (f. 22). Principium et origo monasteriorum eiusdem provinciae. 4 (f. 25^v). <Tabula fratrum Capucinorum clericorum, ab an. 1773 ad annum 1783>.

Codex maximam partem an. 1750 conscriptus est; quae vero addita sunt non una manus perscripsit. Ff. I. 21^v. 28^v. 29^v-43 vacua. In folio 29^r imago fratris Capucini, mediocri arte depicta. Tegminis tabulae membrana obductae.

10098. Saec. XVIII, chart., mm. 164 × 96, ff. 180.

<Agenda cuiusdam paroci teutonici ann. 1781-1792, latine; sed a f. 164^v usque ad finem, partim teutonica, partim latina lingua.

F. 180 vacuum. Tegumentum ex charta spissata.

10099. An. 1521 (cf. f. 148^v), chart., mm. 156 × 117, ff. 172 (+ ff. 140^a et 141^a librarii neglegentia omissis).

Liber precum, quarum index sequitur:

1 (f. 1^v). Litaniae a notis diversae. Inc. *Kyrieleyson* (!) ... *Pater de celis Deus, per tuam diuinam maiestatem, miserere nobis.* Des. *da nobis de virtute in virtu-*

tem profectum et perseueranciam. Qui cum Patre, etc. **2** (f. 9). Septem psalmi paenitentiales. **3** (f. 18). Litaniae sanctorum. Inter sanctos: *Willibrordus, Egidius, Lebuinus, Walburgis.* **4** (f. 24). Quattuor admonitiones de quattuor terroribus Christi. **5** (f. 36). Quindecim orationes b. Birgittae de passione Domini n. I. Christi. **6** (f. 45^{v}). Oratio ad Iesum Christum; - (f. 47^{v}) gratiarum actio pro effusione sanguinis Iesu Christi; - (f. 48^{v}) oratio *Bonifacij pape;* - (f. 49) salutatio vulnerum Christi. **7** (f. 49^{v}). Octo versus b. Bernardi abbatis, cum collectis. Inc. *Omnipotens sempiterne Deus, splendor eterne lucis.* **8** (f. 52^{v}). Oratio *de armis Christi;* - (f. 53) orationes ad quinque vulnera Christi; - (f. 57) orationes *beati Gregorij pape coram ymagine pietatis,* addita (f. 59) oratione Iulii II; - (f. 59^{v}) oratio b. Gregorii papae ⟨ad Christum Iesum⟩; - (f. 63^{v}) orationes *sub Missa dicende post eleuationem;* - (f. 65) salutationes et orationes variae. **9** (f. 73). Oratio ⟨s.⟩ Bernardini de dulci nomine Iesu. **10** (f. 75^{v}). Oratio: *O Pater misericordiarum;* - (f. 77^{v}) ⟨salutationes ad Iesum Christum⟩. **11** (f. 79^{v}). Oratio *b. Augustini a Spiritu Sancto reuelata.* **12** (f. 80^{v}). Oratio ad Sanctam Trinitatem, - (f. 81^{v}) duae orationes mane dicendae; - (f. 82) quinque orationes pro defunctis. **13** (f. 84). Oratio b. Augustini ⟨ad vulnus lateris Iesu Christi⟩; - (f. 85) oratio ⟨adespota⟩ ad faciem Domini n. I. Ch.; - (f. 86) orationes quattuor, ⟨item adespotae, ad Iesum⟩ (ultima, folio uno abstracto, abrumpitur in v. *cogitaciones, verba et opera et fa*...). **14** (f. 88). Oratio ⟨metrica⟩: *Ave caput Christi gratum* (Chevalier, Repert. hymn., n. 1709; sequuntur versiculi et collecta); - (f. 89) orationes tres ⟨ad Iesum⟩. **15** (f. 91). Rosarium gloriosae Virginis Mariae, cum articulis de vita et passione Domini n. I. Ch. (Chevalier, op. cit., n. 19951). **16** (f. 97). Oratio ⟨metrica⟩ de B. Virgine: *Ave, rosa sine spinis* (Chevalier, op. cit., n. 2084). **17** (f. 98). Orationes quattuor ad B. Virginem Mariam. **18** (f. 102). Quinque admonitiones B. Mariae Virginis, ⟨cum orationibus⟩. **19** (f. 106). *Planctus beati Bernhardi* (!) *abbatis de compassione beate Mariae Virginis: Stabat mater dolorosa* (Chevalier, op. cit., n. 19416). **20** (f. 107^{v}). Orationes... *ad omnia membra beate Virginis;* sequuntur undecim orationes ad B. Virginem, quarum ultima, folio uno avulso, mutila est. **21** (f. 114). ⟨Tres quinquagenae in honorem B. Virginis Mariae⟩, quarum prima initio mutila. **22** (f. 132). Psalterium B. Virginis Mariae tribus quinquagenis distinctum iuxta psalterium Davidicum per articulos de vita et passione Christi. Inc. *Assis nunc, dulcis o virgo Maria;* des. *pergamus itinera recta. Amen*... Sequitur (f. 148^{v}), rubris litteris: *Sicut mater unicum diligit filium, sic te diligebam. Saul et Jonathas amabiles in vita sua, in morte quoque non sunt separati. Valeat scriptor, fausteque valeat lector. Hec anno 1521.* **23**. Preces variae,

cum versiculis et collectis: [1] (f. 149) ad s. Michaëlem; [2] (ibid.) ad proprium angelum; [3] (f. 150) ad omnes angelos; [4] (f. 150ᵛ) ad s. Ioannem Baptistam; [5] (f. 151) ad ss. Patriarchas; [6] (f. 151ᵛ) ad b. Petrum; [7] (f. 152) ad s. Paulum; [8] (f. 152ᵛ) ad s. Ioan. Evangelistam; [9] (f. 153) ad apostolos Petrum et Paulum; [10] (f. 153ᵛ) ad s. Meinardum; [11] (f. 154) ad s. Christophorum; [12] (f. 154ᵛ) ad s. Sebastianum; [13] (f. 155ᵛ) ad quattuordecim auxiliatores; [14] (f. 156) ad omnes martyres; [15] (f. 157) ad s. Augustinum; [16] (f. 157ᵛ) ad b. Nicolaum; [17] (f. 158) ad s. Hieronymum; [18] (f. 158ᵛ) ad omnes confessores; [19] (f. 159) ad *beatissimam* Annam; [20] (f. 160) ad s. Catharinam; [21] (f. 161) ad b. Barbaram; [22] (f. 162) ad omnes virgines; [23] (f. 162ᵛ) ad omnes sanctos. **24** (f. 164). Oratio pro Ecclesia Sancta. **25** (f. 165ᵛ). Preces pro fidelibus defunctis. **26.** Orationes variae: [1] (f. 167ᵛ) pro se ipso, cum versiculis et collecta; [2] (f. 168) pro amico; [3] (f. 168ᵛ) pro benefactoribus et amicis; [4] (f. 169) pro inimicis; [5] (ibid.) pro congregatione, cum versiculis et collecta; [6] (f. 170) pro se et aliis.

Codex a librario teutonico currenti calamo scriptus est. Tituli rubri; litterae maximae rubro, caeruleo et nigro colore depictae; maiores ac magnae rubro et caeruleo alterne. Ff. 35ᵛ. 171ᵛ. 172 vacua; post folia 35, 87, 113 charta una, post 90 chartae tres avulsae fuerunt. In parte aversa prioris tabulae integumenti exstat fragmentum duarum chartarum breviarii saec. XIV ex., cum notis *l. XII. 64* (alia manus correxit *l. XI. 15*) et *XI. 53* a duabus manibus recentioribus adiectis. In tegminis dorso duae tessellae chartaceae adglutinatae sunt; quarum prior titulum exhibet atque notas *L. XI. 15; XI. 53* cancellatas, altera notam praefert *XII / 181.*

Tegumenti tabulae corio signato, nunc male habito, saec. XVI obductae; fibulae ex parte perierunt.

10100. Saec. XVII, chart., mm. 154 × 99, ff. 92.

1 (f. 4). *Kalendarium continens nomina tam fratrum in monasterio S. Iacobi Scotorum extra muros Herbipoli professorum, quam etiam aliorum, nec non sororum et benefactorum ordinis S. Benedicti, diversis ex congregationibus demortuorum ab anno MCL° usque huc continuatum, et denuo ex antiquo descriptum anno MDCXVII.* Additiones manu saec. XVIII passim adiectae. Accedit (f. 54) nota de pretio solvendo pro sepultura in eodem monasterio, germanice conscripta saec. XVIII.

2 (f. 62). *Nomina benefactorum monasterij Sancti Iacobi Scotorum ordinis S. Benedicti extra muros Herbipoli, collecta ab anno incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, eiusdem scilicet monasterij, propemodum in rudera redacti, restauratione.* Series benefactorum, vix incepta, statim praetermissa.

Folia plurima scriptura carent. In f. 3ᵛ scriptum legimus: *Sub d. Abbate Guilielmo Ogilbaeo 1620.* Integumentum flexibile ex charta obtecta membrana signata.

10101. Saec. XVII, chart., mm. 151 × 99, ff. VI-128 (+ ff. 61^a. 70^a. 73^a. 77^a. 110^a librarii oscitatione omissis).

⟨**Anonymi**⟩ *Espositione sopra la regola del N. P. S.*^{to} *Francesco.* Inc. *Il Nostro Padre S. Francesco benediceua tutti quei frati che uolentieri parlauano della Regola; et molto più quelli che l'osseruauano.* Des. *Se alcuno presumerà andar contra questa Regola, sappia chel'inccorrerà* (!) *nell'indignatione dell'Omnipotente Iddio, et delli suoi beati Apostoli, Pietro et Paulo. Finisce l'espositione della Regola del nostro Padre san Francesco a laude, honor e gloria del Signore, il qual sia benedetto adesso et in eterno. Amen. Con maggior commodità (piacendo al Signore) spero di riformarla et riddurla a miglior stile; per essere questa una prima et semplice imbozzatura, per institutione de nostri Nouitij.* Praemittitur (f. VI) praefatio *Al lettore,* quae inc. *Nota che tutto quello che nel presente uolume si contiene, è cauato da Nicolò 3, Clemente 5, Gregorio 9, Joanni 22, Benedetto 12, Martino 5, Martino 4, s. Bonauentura, s. Bernardino, Gio. di Capistrano, 4 Maestri, Bartholomeo Pisano, Guielmo Fariniero, Ugone, Serena Cons(cient)ia, Brandolino et da diuersi altri espositori, che però te li allego di passo in passo,* et des. *non si possa ottimamente prouare.*

Codex sat diligenter descriptus, hic illic tum prima tum altera manu correctus est. Ff. I-V. 118-127 vacua. In margine sup. f. VI^r, recentiore manu: *Loci Capucin. Kizingae* (cf. cod. 10057). F. 128 exhibet recto notulam: *Valenza del Poo* (!), manu saec. XVIII; et verso haec verba: *Omnia ad maiorem Dei gloriam, Beatissimae Virginis Marię et omnium Sanctorum, S. P. Francisci et s. Theodori,* et alia quaedam teutonica lingua.
Codicis custodia ex membrana flexibili.

10102. Saecc. XV ex. et XVI in., chart. (sed ff. I. 1-3. 344 membran.), mm. 106 × 78, ff. 344.

Diurnale Herbipolense.

1 (f. I^v). ⟨Exequiarum ordo⟩. Inc. *Iacens thurificatur. Odore celesti.* **2** (ibid). ⟨Oratio⟩ de B. Virgine: *Omnipotens Deus, famulos tuos.* **3** (f. 1). ⟨Benedictiones ad lectiones, addito alia manu indice quorumdam psalmorum⟩. **4** (f. 1^v). ⟨Lectiones I-III de B. M. V., cum solita benedictione singulis lectionibus praefixa et subiecta oratione tertiae lectioni⟩. **5** (f. 3). ⟨Excerptum ex s. Gregorio de gratia divina, additis rubricis de precibus quattuor temporibus dicendis⟩. **6** (f. 3^v). ⟨Oratio in⟩ *die animarum.* **7** (f. 4). ⟨Officii defunctorum pars⟩. **8** (f. 5^v). *Accessus altaris.* **9** (f. 6). *Benedictio ad anulum ex agenda noua.* **10** (f. 6^v). ⟨Suffragia communia singulis feriis dicenda⟩. Sequuntur (f. 8^v) quattuor orationes ad *Media vita* et (f. 9^v) notula de festivitatibus in quibus *Media vita* omittenda est. **11** (f. 9).

⟨Officii pars in die depositionis defuncti⟩. 12 (f. 10). Benedictio puerperae. 13 (f. 10^v). Ordo pro nubentibus. 14 (f. 11^v). ⟨Preces ad horas et (f. 12) suffragia feriarum⟩. 15 (f. 12^v). *Ex agenda Herbipolensi. Ordo ad sepeliendum.* 16 (f. 13^v). *Ordo ad intronisandam mulierem post partum.* 17 (f. 14). *Ordo ad introducendum sponsum et sponsam.* 18 (f. 14^v). Invitatorium, ⟨sive psalmus 94⟩. 19 (f. 15). ⟨Psalterium Gallicanum dispositum per hebdomadam cum ordinario de tempore. Sequuntur litaniae sanctorum, officium mortuorum, *cursus* B. M. Virginis, *cursus* de passione Domini et hymnarium⟩. 20 (f. 168). ⟨Diurnale proprii de tempore, usque ad Dominicam XXIV post octavam ss. Trinitatis⟩ (in ms. *Incipit pars estiualis de tempore*). 21 (f. 210). ⟨Proprium sanctorum usque ad vigiliam s. Andreae⟩ (in ms. *De sanctis per estatem*). 22 (f. 313^v). Commune sanctorum. 23 (f. 332). *Dedicatio ad s. Martinum* (?). Inc. *Ad vesperas super psalmos feriales, ant. Sanctificauit Dominus.* 24 (f. 335^v). *Ex agenda Herbipolensi. Incipiunt exequie defunctorum, et finita Missa sacerdos oracionem, siue oremus legat: Omnipotentis Dei misericordiam, fratres, deprecemur.* Adest haec sola oratio. 25 (f. 343^v et sqq.). ⟨Quattuor orationes, formula absolutionis, initia quorumdam psalmorum, symbolum apostolorum⟩, Magnificat, Salve Regina ⟨et oratio⟩ *Concede.*

Liber partim diversis manibus scriptus saec. XVI in., partim, nempe ff. 15-167, typis impressus saec. XV. Tituli et rubricae in foliis manu scriptis litteraeque initiales fere semper minio exarata; initiales maximae et maiores in chartis typis impressis desiderantur, duabus tantum exceptis, manu adiectis. Additiones in marginibus non raro occurrunt. Foliorum enumeratio duplex est; recentem imis marginibus typis adpositam secuti sumus. Ff. 2. 206-209. 336-342^r. 343^r vacua; I et 345 integumenti tabulis adglutinata. In margine inf. folii 1^r, manu paulo recentiore: *Dyterich Hän von Werthein*, etc.

Tabulae tegumenti corio castanei coloris saec. XVI obductae, fibulaque instructae.

10103. An. 1787 (cf. f. IV), chart., mm. 111 × 65, ff. III-131.

Opusculum ad usum Canonicorum Regularium S. Augustini abbatiae S. Mauritii Heidenfeldensis (de hac abbatia, cf. Zunggus, Historiae de ordine Canonicorum Regularium prodromi tom. II, p. 677-678).

1 (f. 1). **S. Augustini** Regula ad servos Dei (in ms. *Regula S. P. Augustini episcopi et Ecclesiae doct.*; Migne, 32, 1377-1384). 2 (f. 19). *Statuta religiosa Canonicorum Regularium S. P. Augustini Congregationis Lateranensis ad Sanctum Mauritium in Heydenfeld.* Inc. (f. 23) *Cum in Concilio Tridentino omnibus religiosis licentia sit data divina officia more Romano celebrare.* Des. *et omni anno anniversarius eius pronuntietur, quo pro-*

nuntiato fiant omnia, ut supra notatum est. Praemittuntur: [1] (f. 20) **Pauli V litterae**, quibus eadem statuta adprobantur, dat. Romae, die 25 Maii an. 1613 (inc. *Ad ea, quae pro monasteriorum quorumlibet felici directione et gubernatione*); [2] (f. 21) **eorundem statutorum adprobatio facta a Ioanne Godefrido Herbipolensi episcopo** (inc. *Quo majori religiosas domus et monasteria;* des. *Actum Wirceburgi, die 28 Junii anno Domini MDCXIX*). Sequitur (f. 117) *Admonitio ad praelatum et fratres* (inc. *Canonicis Regularibus congruit, ut ordinate;* des. *ut his suffulti, aeternis gaudiis* (in cod. *guadiis*) *frui mereamini.* **3** (f. 119). *Preces dicendae in electione novi praepositi;* – (f. 120) *Oratio dicenda in electione decani;* – (f. 121) *De novitiis induendis;* – (f. 123^v) *Ritus, caeremoniae et preces persolvendae in professione.*

Codex diligenter scriptus est. Ff. I-III. 1^v. 17^v, 18^v. 19^v. 128^v. 130-131 vacua. Folio 129 adglutinatae sunt chartulae typis impressae, in quibus occurrunt psalmi 47 et 132.
Integumenti tabulae corio nigri coloris saec. XVIII obductae et fibulis instructae.

10104. Saec. XVII, chart., mm. 210 × 155, ff. I-150.

⟨Anonymi⟩ homiliae et sermones, a feria VI Dominicae II in Quadragesima ad feriam III Dominicae Resurrectionis, lingua italica conscripta. Homilia I, cui titulus *De vinea*, inc. *Pare a prima uista la vigna dell'hodierno Vangelo sterile ed infeconda.* Sermo ultimus inc. *Paruero al popolo d'Iddio belli quelli pomi et saporose quell'uue, che portorono dalla terra di promissione quei esploratori.*

Quamplura folia excisa vel avulsa fuerunt, plerumque cum textus detrimento. In f. I^v nomen possessoris *Reuss;* in f. 1 index rerum notabilium, litterarum ordine dispositus; in summo marg. folii 2^r nota: *Loci Capucinorum Kizingae* (vid. cod. 10101). Folia 135-146 sunt mm. 154 × 111. Ff. I. 146^r. 151^v vacua. Vetus codicis custodia constabat ex folio membraneo mm. 358 × 268, saec. XII binis columnis exarato et continente fragmentum litterarum cuiusdam episcopi ad clerum suae dioecesis. Hoc folium, recens abstractum, inter frustula pretiosora adservatur; inc. *...atis ad ęcclesiam pertinete. Nullus sine scientia et consensu nostro ęcclesiam adquirat;* des. *Raptum omnimodis prohibete; et ut.*
In tegumenti dorso stemmata Pii X et Alphonsi Capecelatro card. bibliothecarii.

10105. Saec. XVII, chart., mm. 212 × 167, ff. 381 (+ f. 353^a omisso).

Ioannis Molitoris, praepositi Canonicorum Regularium S. Augustini ad Petram Stillantem ad moenia, vulgo Trieffenstein, dioecesis Herbipolensis, **opera**, addito (f. 379) indice.

1 (f. 1). **Tyrocinium regularis vitae.** Dialogus. **2** (f. 19^v). **Lectiones duae magistri et novitii.** **3** (f. 37). **Examen circa**

regulas s. Patris nostri Augustini. **4** (f. 46). ⟨Fragmentum commentarii in Regulam s. Augustini⟩. **5** (f. 62). Notae de Regula. **6** (f. 82). Notae in Regulam d. Aurelii Augustini, patriarchae Canonicorum Regularium. **7** (f. 89). ⟨Admonitiones in Regulam s. Augustini⟩. **8** (f. 145). ⟨De professione religiosa, dialogus inter novitium et magistrum⟩. **9** (f. 161). ⟨Quaestio de dominio et de paupertate religiosa⟩. **10** (f. 169). De solemni voto religionis. **11** (f. 175). Oratiuncula mensalis in electione d. praepositi in Trieffenstein 22 Novembris 1617. **12** (f. 180). Dialogismus in professione F. Ioannis Heym, nunc Augustini. **13** (f. 191). De spiritu s. Laurentii. **14** (f. 194). Ad F. Oswaldum Weis habitum suscipientem 1 Augusti anno 1618. **15** (f. 197v). ⟨Sermo⟩ in festo s. Laurentii. **16** (f. 202). In professione F. Lamberti List, nunc Lamberti Iosephi, quam emisit d. Iosephi festo, anno 1619. **17** (f. 205). Encomium d. Iosephi, Deiparae sponsi. **18** (f. 214). ⟨Fragmentum sermonis⟩ in professione F. Lamberti List. **19** (f. 216). ⟨Sermo⟩ in primitiis P. Nicolai an. 1619. **20** (f. 220). In professione F. Ioannis, nunc Pauli, Reibold, quam fecit in die Pentecostes an. 1619 in monasterio Heidenfeld. **21** (f. 221v). ⟨Sermo⟩ in vigilia s. Laurentii. **22** (f. 223). De annuli cordis mysterio, colloquuntur religiosus, senior et iunior. **23** (f. 261). Flosculi ex Thomae a Kempis opusculis collecti anno 1617. **24** (f. 267). ⟨Varia de abbate⟩. **25** (f. 273). Religiosis saepe ac sedulo ruminanda. **26** (f. 274v). Religiosi quibus debeant ornari virtutibus, ut fiant templum Spiritus Sancti. **27** (f. 277). ⟨Sermo⟩ de s. Bartholomaeo. **28** (f. 280v). De renovatione spiritus; (f. 284) de tribus gradibus fidei; (f. 286v) de paupertate spiritus; (f. 287) de oratione mentali. **29** (f. 289). Perbrevis exhortatio simul et consolatio ad homicidas et malefactores omnes, teutonice conscripta. **30** (f. 295). Institutiones parochorum authoritate... d. Iulii episcopi Herbipolensis... praescriptae. **31** (f. 343). Notationes quaedam ex pontificali Romano. **32** (f. 351). Problemata sacra, sive dubia quaedam pro studiosis profectus spiritualis. **33** (f. 358). In B. M. Virginis praesentatione. **34** (f. 359v). Suspirium animae anhelantis ad religiosum statum. **35** (f. 366). In B.mae Virginis purificatione. **36** (f. 372). De caelesti beatitudine. **37** (f. 375). De sanctorum ordinibus.

Codex maxima ex parte ipsius auctoris manu scriptus est. Folia quamplura vacua sunt. Chartula in custodiae fronte adglutinata haec exhibet: *Propria manuscripta venerabilis P. et D. Joannis Molitor, praepositi in Trieffenstein, in fama sanctitatis defuncti*

10 Augusti 1639, incoepta in anno 1616 sui ingressus in Canoniam et Reformationis 1 Novembr., denuo noviter compacta 16 Febr. 1819. Pars autem praecipua huius notulae, iisdem fere verbis, occurrit tum in custodiae dorso, tum in foliis versis eiusdem custodiae.

Tegumentum ex charta.

10106. An. 1501 (c. f. 46^v) chart., mm. 208 × 145, ff. I-46.

⟨*Rapiarium*, seu collectaneum, supra Donatum⟩. Inc. *De nomine. Partes oracionis quot sunt? Octo, siue nomen, pronomen, etc.* Des. *Sub tempore presenti etiam* (?) *est significatio dolentis, ut heu. Finis huius rapiarij supra Donatum per me Johannem Jacobum vom Han de Baden in octaua epiphanie anno 1501...*

Liber currenti calamo perscriptus. F. I^r quaedam calami probationes et hae duae notulae: *Nomen possessoris si tamen noscere velis / Tunc Ja ponatur et co simul associatur / Et bus jungatur, sic possessor nominatur; Ioannes Jacobus vom Han de Baden est possessor est scriptor huius rapiarij supra Donatum... Ego quoque recepi* (?) *a magistro Johanne*, etc. In f. I^v oratio, tribus versibus, ad B. Virginem Mariam. F. 43^v vacuum. Folia complura a tineis aliquantum corrosa; nonnulla autem madore maculata.

In tegumento stemmata Pii X et Alphonsi Capecelatro card. bibliothecarii.

10107. Saec. XVIII, chart., mm. 195 × 130, ff. 163.

⟨**Thomae Holtzclau**⟩ Notamina ⟨in Novum Testamentum⟩ (de auctore et eius operibus cf. Sommervogel, *Bibliothèque de la Compagnie de Jésus*, tom. IV, Bruxelles-Paris, 1893, col. 438-461). Inc. *Evangelium, vox graeca, latine laetum nuncium significat. Tribuitur nomen hoc per antonomasiam illi nuncio.* Des. *quam Deus omnibus gloriosam donet.*

Codex currenti calamo scriptus est. Ff. 20^v. 30-31. 81^v. 125^v. 163^v vacua. Tessella in tegumenti dorso adglutinata titulum exhibet: *Notamina scripta in S. S. P. Holzclau tom. II;* in parte posteriore prioris tabulae schedula Rulandiana.

Tegumentum ex charta spissata.

10108. Saec. XVIII, chart., mm. 200 × 130, ff. 40 (+ f. 24^a librarii neglegentia omisso).

Arbatel De magia Veterum liber I, ex editione Basileae an. 1575 exscriptus (cf. Graesse, *Trésor de livres rares et précieux,* tom. I, p. 177).

Liber currenti calamo scriptus. Ff. 1. 2^v. 40^v vacua. Integumentum saec. XIX ex charta spissata, obtecta corio nigri coloris aureis ornamentis signato.

10109. Saec. XVIII, chart., mm. 195 × 140, ff. 156.

⟨**Anonymi teutonici** Compendium theologiae moralis de sacramentis⟩. Inc. *Hanc de sacramentis in genere materiam in duobus capitibus absolvemus.* Des. *potest*

autem mortua conjuge, ergo et debet. Praemittitur prooemium, quod inc. *Praestantissima est sacerdotum dignitas.* Des. *intra in gaudium Domini tui.*

Codex currenti calamo scriptus. Duplex chartarum enumeratio; antiqua per paginas, recens, quam secuti sumus, per folia. Ff. 144-156 vacua.
Tegumentum ex charta spissata.

10110. Saec. XVIII, chart., mm. 182 × 109, ff. 271 (+ f. 249ª librarii oscitatione omisso).

1 (f. 1). ⟨Praelectiones⟩ de religione. Inc. *Religionem, quae Dei colendi ratio est, existere: hanc ceu finem intendere felicitatem hominum.* Des. *ipsa sola vera et salvifica est.*

2 (f. 109). *Theologia universa conscripta a P. Carolo Maria Capucino.* Exstat hic tantum tractactus de sacramentis in genere et de sacramentis baptismi, confirmationis et eucharistiae. Inc. *De sacramentis in genere tractaturi 1° sacramenti notionem inquirimus.* Des. *ast vero damnati nec sunt, nec amplius fieri possunt membra Christi.*

3 (f. 173). *Positiones ex theologia selectae sub D. O. M. publicae disquisitioni* (2ª m. addidit *expositae*) *a PP. Capucinis in conventu Mergenthemensi die* (2ª m. addidit *V*) *mensis Augusti anno MDCCLXXXX* (2ª m. addidit *MDCCXC*) *horis ante et post meridiem consuetis.* Prima inc. *A saeculo, et usque in saeculum Deus.* Septuagesima tertia, quae et ultima, inc. *Iustorum aeque ac peccatorum, non tamen apostatarum et haereticorum.*

4 (f. 180). Quaestiones nonnullae de theologia dogmatica, praeter duas priores, teutonica lingua conscriptae. Inc. *Primam notionem Dei, primaque religionis elementa Deus ipse primis hominibus per immediatam reuelationem.* Des. *und uns etwas genauer kennen lernen.*

Codex non una manu descriptus. Ff. 106ᵛ-108. 129ᵛ. 170-172. 210ᵛ-211. 212ᵛ. 213. 249ªv. 251. 270ᵛ. 271 vacua. Integumentum saec. XIX ex charta spissata, cum dorso et angulis membraneis.

10111. An. 1757, chart., mm. 172 × 101, ff. 157.

Dubia selecta ex physica, metaphysica et physica speciali ad maiorem Dei omnipotentis M. gloriam et immaculatae semper Virginis patronorumque ss. Francisci et Antonij honorem conscripta a Francisco Bartholomaeo Rehm physices auditore anno Domini 1757. Inc. *Inferiora entis.* Des. *nec tamen tangunt, nec agunt.*

Chartarum enumeratio varia; recentem, typis expressam, secuti sumus. In f. 1ʳ, post titulum, eadem manu qua codex, occurrit notula: *Ad usum simplicem F. Arsenii Schwarz-*

enbergae philosophiae studiosi. Ff. 174ᵛ et 175ᵛ vacua. In f. 175 bis occurrit notula: *Ex liberis* (!) *Bernardi Greul.*

Integumentum ex subtilibus asseribus, charta saec. XVIII coopertis.

10112. Saec. XVIII, chart., mm. 170 × 109, ff. 181 (+ f. 92ᵃ librarii oscitatione omisso).

Philosophiae pars IIII doctrinas metaphysicas complectens. Agitur (f. 1) de ontologia; (f. 48) de pneumatologia; (f. 92) de cosmologia; (f. 173) de meteorologia. Inc. *Metaphysica est scientia rerum earum quae vel re ipsa a materia*. Des. *cedant illius cui est cognomen Deus Israel.*

Codex eadem manu scriptus eodemque modo compactus, quibus praecedens.

10113. Saec. XVIII, chart., mm. 185 × 112, ff. I-27.

⟨**Libellus ad usum eorum qui ad sacramentum paenitentiae accedunt**⟩ (in ms. *Cibus animae hebdomatarius*). Inc. *Duae tantummodo viae sunt ad caelum: innocentia et paenitentia*. Des. *Recitari hic etiam possunt litaniae Lauretanae, omnium Sanctorum aut de ss. nomine Iesu, aut aliae preces.*

Ff. I. et 27ᵛ vacua. In tegumento stemmata Pii X et Alphonsi Capecelatro card. bibliothecarii.

10114. Saec. XVIII, chart., mm. 157 × 98, pp. 138.

1 (p. 1). ***Compendium sacrorum Bibliorum****, in quo uniuscuiusque libri argumentum exponitur summariter et fideliter extractum ex Cornelio a Lapide* ⟨*anno*⟩ *1737*. Inc. *Genesis capita habet 50*. Des. *miram speciem, decorem et gloriam exhibet, quam nobis benignissime largiri velit Pater, Filius*, etc.

2 (p. 51). ***Analysis psalterij Davidis*** *ex ...* ***Thoma Leblanck*** *desumpta*. Inc. *Beatus vir ... David omnes ad aeternam beatitudinem invitans*. Des. *ut omni instrumentorum musicorum genere adhibito laudent Deum.*

3 (p. 111). ***Flores sententiarum ss. Patrum*** *ex diversis auctoribus,* ***Cornelio a Lapide, Leblanck et alijs*** *collectorum pro sacerdotibus, clericis et parochis* ⟨an.⟩ *1732*. Inc. *Vos estis sal terrae ... in quae verba s. Gregorius hom. 17: Si sal sumus, condire fidelium mentes debemus*. Des. *fauces plenae dulcedinis et totus desiderabilis.*

Paginae 2. 48-50. 106-110. 112. 136-138 vacuae. Custodia chartacea.

10115. Saec. XVIII, chart., mm. 171 × 105, ff. III-276.

1. ⟨**Bartholomaei Holzhauser**⟩ opera duo. ¹ (f. 1). **Interpretationis Apocalypsis** libri I-VI (de editionibus cf. Hundhausen, in *Kirchenlexicon*, vol. 6,

Freiburg 1889, p. 188). [2] (f. 246). **Visiones** (prodierunt Bambergae an. 1797; hanc tamen editionem prae oculis habere non potuimus); additur (265v) expositio in easdem, ab ipso auctore data. Sequuntur (f. 270) *quaedam notatu digna circa vitam venerabilis viri Bartholomaei Holtzhauser et ad praecendentia aliqualiter spectantia.*

2 (f. 272v). *Vaticinium R. P. Martini Stredonii e Societate Iesu,* etc. (cf. Sommervogel, *Bibliothèque de la Compagnie de Jésus,* tom. VII, 1896, col. 1640-1641). Inc. *Ferdinandus quartus fiet rex Romanus.* Des. *et sua maiestas Leopoldus fortunatus dominus omnium suorum hostium ope Dei potens fiet. Fiat. Amen.*

3 (f. 273v). *Vaticinium sive prophetia s. Thomae Cantuariensis martyris, addita explicatione.* Inc. *Lilium in meliori parte manebit, id est rex Galliae felix erit.* Des. *quod olim intendebat s. Ludovicus rex Galliae. Fiat, fiat.*

Codicem Eberhardus Faber exaravit, ut docet inscriptio folii 1r, quae haec est: *Interpretatio Apocalypsis quam descripsit Eberhardus Faber Bommersheimensis p. t. Curatus in Bommersheim et concuratus in Oberursell, clericorum saecularium in commune viventium sacerdos anno 1715.* Chartarum enumeratio duplex est, antiqua per paginas, recens per folia; recentem secuti sumus. Ff. Iv. II. III. 1v. 236v-245. 275-276 vacua; margo inf. folii 1 resecta. In parte sup. f. Ir scriptum legimus: *Ad usum F. A. Eck p. t. parochi in Dietigheim 1790;* in marg. sup. f. 1r *Noll* et in parte inf. alia manu, *Ex haereditate supradicti A. R. D. Eberhardi Faber p. m. modo Joannis Georgij Wolff 1726.*

Integumentum ex charta spissata, membrana obducta.

10116. Saec. XVIII, chart., mm. 174 × 105, pp. II-534.

Disciplina ven. Seminarii Herbipolensis ad S. Kilianum exhibens modum honeste vivendi, pie meditandi, rite assistendi in sacris, bene administrandi sacramenta, fructuose concionandi et catechizandi, cui accedunt notabilia pro examine ordinandorum, sub gloriosissimis auspicijs... d. Friderici Caroli D. G. episcopi Bambergensis et Herbipolensis Franciae Orientalis ducis, sub suavissima directione... d. Joannis Caspari Barthel S. T. et U. J. D.... nec non d. Joannis Kiliani Vormberger S. T. D.... excepta et congesta a J. R. E. R. et C. P.'H. alumno clerico 1744. Inc. *Cum nihil sit, quod alios magis ad pietatem et Dei cultum assidue instruat.* Des. *Et talis est noster suffraganeus Herbipoli, qui se scribit episcopum Chrysopolitanum.*

Accedunt: [1] (p. 525) index; [2] (p. 531) notula de ⟨Joan. Valerio⟩ Vormberger, recentiori manu conscripta; [3] (p. 533) index regentium Seminarii Herbipolensis, ab an. 1656 ad an. 1816, variis manibus.

In pagina II chartula adglutinata est cum stemmate Friderici Caroli v. Schoenborn, episcopi Herbipolensis, impresso. Pagg. I et 532 vacuae. In parte posteriore prioris tabulae integumenti scriptum legimus: *Geiss*, et paulo inferius: *Ex LL. Ioannis Reüss / 16 Octob. 1758.*

Tegumentum ex charta spissata, corio castanei coloris obducta.

10117. Saec. XVIII-XIX ex., chart., mm. 186 × 115, ff. 302.

⟨Homiliae et sermones de tempore et de sanctis per anni circulum, teutonica lingua conscripta⟩. Homilia I (in Dominica I Adventus) praevio themate *Erunt signa in sole et luna et stellis*, etc., inc. *Mehrmalen scheinet mir die welt;* homilia II (in Dominica II Adventus), praeeunte themate *Tu es qui venturus es, an alium expectamus?*, inc. *Wie aus dem Raum abgelesenen Evangelio zu vernehmen.* Sermo ultimus, cui titulus *Exhortatio in via crucis,* praemisso themate *Christo in carne passo et vos eadem cogitatione armamini,* inc. *So stark und kräftig ist die tägliche gewohneit,* et des. *judicium enim sine misericordia illi qui non fecit misericordiam. Jacob c. 2. Ergo... Amen.* Sequitur (f. 294-301) index et summarium homiliarum et sermonum.

Codex currenti calamo scriptus. In angulo superiore externo complurium foliorum nota temporis quo homilia vel sermo habitus est. Foliorum enumeratio typis impressa. In parte interiore prioris tabulae tegumenti schedula Rulandiana.

Tegumentum ex charta spissata, cum dorso et angulis ex corio.

10118. An. 1794 (cf. p. 3), chart., mm. 172 × 107, pp. 78 (— pp. 1-2, nisi computetur folium integumento adglutinatum).

1 (p. 3). **Bartholomaei Holzhauser** Interpretatio Apocalypsis ab anonymo in compendium redacta anno 1794. Inc. *A versu 1° usque ad octavum innuitur quod Apocalypsis sit revelatio mysteriorum caelestium.* Des. *cum superstitibus Christianis jungendae proclamabunt.*

2 (p. 76). *Visiones et monstra d. Bartholomaei Holzhauser in vita sua conspicua.* Inc. *Bartholomaeus tenerae adhuc aetatis.* Des. *pecuniam non repoposcit, et usque huc non apparuit. Biographia pag. 119.*

Custodia ex charta spissata, umore maculata est. In tegumenti fronte titulus: *D. Bartholomaei Holzhauser Exegesis super Apocalypsin.*

10119. Saec. XVIII, chart., mm. 166 × 103, pp. IV-231 (— pp. 44, 166 omissis; + 55. 157 et 158 bis numeratis).

⟨Ioannis Molitoris Vita⟩. Inc. *Ioannes Molitor, Dettebaco, oppido ob miraculosam Deiparae Virginis statuam toti Franconiae celebri.* Des. *de nobis id pariter sperare possumus. Amen.*

Paginae II et IV vacuae. In aversa parte prioris tabulae tegumenti schedula Rulandiana.
In tegumento stemmata Pii X et Alphonsi Capecelatro card. bibliothecarii.

10120. Saec. XVIII, chart., mm. 146 × 97, ff. 73.

⟨Compendiolum theologiae moralis⟩. Agit de sacramentis paenitentiae et matrimonii, de praeceptis Ecclesiae et Dei, de duello, de ludo, de simonia, de censuris aliisque rebus. Inc. *De sacramentis Baptismi, Confirmationis, Extremae Unctionis et Ordinis pauca sunt quae necessario pertinent ad confessarium.* Des. *et propter delectationem faciendi eas.*

In parte versa folii anterioris custodiae nomen *Reuss*, manu saec. XVIII. Custodia ex membrana, in parte exteriore minio illita.

10121. Saec. XV, chart., mm. 216 × 146, ff. 14.

1 (f. 2). Passio ss. martyrum Abundii, Abundantii, Marciani et Ioannis (Bibliotheca hagiographica latina, Abundius etc., n. 1).

2 (f. 7v). ⟨Inventio et translatio eorundem ss. martyrum circa an. 1000⟩ (op. cit., loc. cit., n. 3).

Folia 11-12, manu Nicolai archipresbyteri ecclesiae ss. Vincentii et Anastasii castri Arignani exarata, continent notitias de Arignano deque ecclesiis ibidem fundatis *. Inc. *Mortua uero nobilissima Theodora Sabella romana predium suum, in quo ad presens est fundata terra Arignani.* Des. *per me presbiterum Nicolaum archipresbiterum dicte Ecclesie Sanctorum Vincentij et Anastasij de Arignano et de domo et familia Joannis Consoli de Arignano, qui has scripturas feci manu propria,* etc.

Titulus folii 2r minio; littera initialis eiusdem folii caeruleo colore illita rubrisque lineolis ornata; littera maior folii 5r caeruleo; quae vero in f. 7v occurrit, rubro colore depicta. Margo inferior folii 10 abscissa. Ff. 1r. 12v. 13. 14r vacua; ff. 11-14 tela tenuissima cooperta; f. 1v, praeter titulum Passionis ss. martyrum Abundii etc., priore manu exaratum, exhibet notulam: *Memorie de' ss. Martiri Abundio, Abundantio et Teodora stimati di Casa Sauelli,* saeculo XVIII perscriptam, atque sigillum bibliothecae Leonis Nardoni, saec. XIX impressum. F. 14v, manu saec. XVII: *Adriano pp. 4 nel ritorno di Oruieto a Roma mosse a Rignano loco dell'Illmo Lutio Sauello.*
In tegumento stemmata Pii X et Alphonsi Capecelatro card. bibliothecarii.

10122. Saec. XVI ex., chart., mm. 207 × 142, ff. 21.

Anonymi narratio, cui titulus *Morte dell'Ill.mo Sig.r Troilo Sauelli decapitato in Roma nel Castello di S. Angelo a dì 18 d'Aprile 1592.* Inc. *Erano 17 di*

* De castro Arignano, cf. Tomassetti, *Della Campagna romana*, in *Archivio della Società romana di storia patria*, vol. VII, p. 396 sqq.

Aprile alle hore 4 di notte intorno il Sabbato seguente. Fin. *Il giorno istesso a ponto che l'Ill.mo suo padre, esso non nato ancora, era di questa uita mancato li 18 d'Aprile 1574.* Auctor huius narrationis est confessarius capite damnati (cf. ff. 4v-5).

Fasciculus ipsius auctoris manu scriptus non est, nam lacunas nonnullorum verborum exhibet. Singulae paginae tela tenuissima coopertae.
In tegumento tesserae gentiliciae Pii X et Atphonsi Capecelatro card. bibliotecarii.

10123. Saec. XIV ex., chart., mm. 290 × 112, ff. 24.

⟨**Alberti de Saxonia** Super octo libros physicorum⟩ (prodiit Parisiis, an 1519, ut eruitur ex Quetif-Echard, Scriptores ordinis Praedicatorum, Lutetiae Parisiorum 1719, tom. I, p. 735; hanc tamen editionem ipsi non vidimus). Opus, valde mutilum tum in principio, tum in medio, tum in fine, inc. a verbis libri I *secundum numerum sunt tantum 3a*, et des. in v. libri V (?) *quorum unitate motus dicitur unus.*

Codex binis columnis minuto charactere compendiis referto exscriptus est. Litterae maximae desiderantur; maiores rubro depictae. Ad calcem libri I (f. 8) scriptum legimus: *Et sic est finis huius primi libri physicorum domini Alberti de Saxonia, etc.*
Tegumentum recens, cum dorso et angulis ex tela.

10124. An. 1859 (cf. f. 170), chart., mm. 379 × 272, ff. III-170.

Aloisii Chrysostomi Ferrucci *Pii VIIII Pont. Max. profectio in provincias eiusque Romam per Etruriam reditus intervallis VIIII... hexametro versu digestis.* In foliis versis lemmata italico sermone. Inc. *Jam decimi octavi superatis finibus aevi.* Des. *Perfugium sancto renovati foedere Christi.* Exordium inc. *Extremum hoc, Pie None, tibi jam suscipe donum;* et des. *Ambitione vacans, sed plenus numine sistam.* Opere absoluto, (f. 170) haec notula occurrit: *Alois. Chrysostomus Ferruccius musa ingenii cujuslibet mei mensibus novem compacta carmina exscripsi diebus novem, autographo, juxta annum aetatis meae LXII, satis probabili, nullius mercedis avidus, sed significatione constantis voluntatis erga Pium IX. Pont. Max., « nil ultra cupiens nisi dignus amore videri », anno M.D.CCC.LVIIII.*

Folia I-II. 170v vacua. Tegumentum ex tela rubri coloris, aureis ornamentis distincta; in fronte prioris tabulae tiara pontificia cum clavibus, auro impressa.

10125. An. 1818 (cf. f. 9r), chart., mm. 456 × 357, ff. 9.

Provinciae status pontificii a Petro Terzi in octo chartis depictae (in ms. *Stato pontificio diviso nelle sue provincie giusta il Moto Proprio sei Luglio 1816. Al sig.r Cavaliere Luigi Marini Direttor generale de Catastri dello Stato medesimo Pietro Terzi Bolognese perito agrimensore*

D. D. D.). Tituli chartarum hi sunt: *Marittima e Campagna; Patrimonio di S. Pietro e Sabina; Umbria; La Marca; Provincia d' Urbino; Provincia di Romagna; Legazioni di Bologna e Ferrara; Provincia di Benevento.*

In f. 1ʳ stemma Pii VII depictum; in margine inf. singularum chartarum nomen auctoris; in f. 9ʳ nota: *Pietro Terzi Bolognese publico perito rilevò l'anno 1818.*
Tegumentum ex charta spissata, aureis ornamentis distincta.

10126. Saec. XVIII ex. vel XIX, chart., mm. 310 × 212, pp. XII-236 (+ ff. 20ᵃ. 20ᵇ; — 199-200 omissis).

Causae contra Galileum Galilei, addito (p. 219-226) indice. Est exemplar celeberrimi illius codicis, qui, olim in Archivo S. Officii, nunc autem in Archivo Vaticano asservatus, typis editus est ab A. Favaro (*Il processo di Galileo, estratto dal volume XIX della Edizione Nazionale delle Opere di Galileo Galilei,* Firenze 1892, p. 27-133).

Documentorum ordo hic illic diversus ab editione quam supra laudavimus. Paginae I-X. XII. 20ᵃ. 20ᵇ. 218. 227-236 vacuae. In pag. XI scriptum legimus: *Florentin. Vol. 1181. / Ex Archivo S. Officii / Contra / Galileum Galilei Mathematicum.* Codicem ex quo Noster exscriptus est, prae ceteris, descripsit A. Favaro, *I documenti del processo di Galileo,* in *Atti del Reale Istituto veneto di scienze, lettere ed arti,* 1901-1902, LXI, par. II, 784 sqq.); Favaro tamen codicem nostrum ignoravit.
Tegumentum flexibile ex charta spissata, membrana obtecta.

10127. Saec. XVI, chart., mm. 369 × 252, ff. 191.

Stemmatum collectio, praesertim teutonicorum, germanica et interdum latina lingua descriptorum.

Stemmata magnam partem coloribus depicta; sed non raro atramento tantum delineata. Folia novis chartis recens refecta. Ff. 2ᵛ. 3ᵛ. 5ᵛ. 24ᵛ. 34ᵛ. 36ᵛ. 37ᵛ. 40ᵛ. 41ᵛ. 168ᵛ. 169ᵛ. 180ᵛ. 181ᵛ. 190ᵛ vacua. In foliis 87-91. 148-159ʳ indices. In angulo sup. externo folii 1ʳ nota: *III. F. 5. / 20.*
Tegumentum recens ex charta spissata, membrana contecta.

10128. Saec. XVI, chart., mm. 361 × 237, ff. 1-45.

Pauli Iovii Vita Sfortiae clarissimi ducis, praevia epistola ad Ascanium Sfortiam a Sancta Flora card. bis exscripta. Haec vita seorsum prodiit Romae an. 1553 et iterum an. 1559 (cf. Graesse, *Trésor de livres rares et précieux,* tom. III, p. 490), et simul cum aliis in libro qui inscribitur « Pauli Iovii... Vitae illustrium virorum, tomis duobus comprehensae et propriis imaginibus illustratae » (Basileae 1578, tom. I, f. 113-149).

Tituli, praeter primum, rubro colore exscripti; capitum numeri atramento. Quaterniones distinguuntur litteris A, B, C, D; et quattuor priora folia singulorum quaternionum

notis numeralibus 1, 2, 3, 4, pone litteram uniuscuiusque adscriptis. Foliorum enumeratio recens typis expressa. Ff. I. 1^v. 43^v-45^r vacua. In f. 1^r scriptum legimus: *Ex Codicibus / Jo: Jacobi / Abbatis / De Pastoribus / Genuensis / 1636;* in f. 45^v occurrit nota numeralis *7814* Indicis librorum emptorum a Vaticana Bibliotheca, ex quo eruitur Vincentium Piramidale Ianuae commorantem librum vendidisse eidem Bibliothecae an. 1908. In aversa parte prioris tabulae integumenti nota *1445;* in tegumenti dorso *3490.*

Tegumentum ex charta spissata, rubro corio signato saec. XVI obducta.

10129. Saec. XVII, chart., variae magnitudinis, ff. 48.

Miscellanea, partim typis impressa, partim manu scripta, de quaestione utrum possit card. Casimirus princeps Polonus titulos etiam ipsius genti debitos retinere.

1 (f. 1-2). Breve fragmentum decreti consistorialis Urbani VIII de titulis S. R. E. cardinalium. Romae, ex typographia Rev. Camerae Apostolicae 1630. 2 (f. 3-6). Fragmentum constitutionis Innocentii X super titulo et insignibus S. R. E. cardinalium. Romae, ibid., 1645. 3 (f. 7-8). De decreto Urbani VIII supra memorato. Fragmentum. Inc. *Quid ni ergo filios regum et Cardinales honoremus.* 4 (f. 9-10, eadem manu). De decretis Urbani VIII et Innocentii X supradictis. Fragmentum. Inc. *Quod statuitur a duobus pontificibus, Urbano et Innocentio.* 5 (f. 11-14, eadem manu). Epistula, dat. *Da Roma il p°. di Luglio 1646,* etc. Inc. *Hebbi l'honore dalli Ministri del S.^r Prencipe card. Cassimiro d'esser richiesto.* 6 (f. 15-16 et iterum 17-18). ⟨Argumenta, quibus card. Casimirus existimat se habere ius gestandi coronam in insignibus⟩. Inc. *Non può nè deue il Ser^mo S.^r Principe Card.^le di Polonia e di Suetia riceuer titolo d'Em^za, et lasciar di porre la corona nell'armi per le seguenti ragioni.* Des. *ma non sente già preiudicio d'accrescer l'altrui.* 7 (f. 19). Notula de privilegiis filiorum regum. Inc. *Regis filius dicitur rex.* Des. *nisi eo modo, quo deductum est.* Sequitur: *La scrittura però si manda in confidenza.* 8. Exempla duarum scidularum card. Casimiri. [1] (f. 20) inc. *Con la solita mia schiettezza;* des. *Un altra volta si contenti hàver più fede alle parole de Prencipi;* [2] (f. 21) inc. *Circa il decreto del titolo;* des. *e saluto V. Em^za.* 9 (f. 22-34). De titulo Altitudinis pro card. Casimiro. Inc. *Controversia de presenti orta.* Mutila des. (f. 32^v) *n. 74 et seg. Quare.* 10 (f. 36-48). Disputatio de dubio « An regum filii S. R. E. cardinales creati possint continuare usum coronę in eorum armis et antiquorum epitetorum, vel potius, solo pileolo rubeo et titulis Emi et Rmi debeant esse contenti, iuxta Bullam Smi D. N. (Innocentii XII) et decretum S. M. Urbani VIII ». Inc. *Dubium quod discutiendum proponitur est, An regum filij,* etc. *Et primo, ut aiunt, aspectu.* Des. *nihil honori, et prerogativę cardinalitiae detrahent.* Sequitur, alia

manu, nota cancellata: *Et ita jus esse existimo, salua semper melius sentientis censura. Ego Virgilius Crispoltus J. U. D. Reatinus, in Curia advocatus,* etc.

Codex variis manibus descriptus. Ff. 14ᵛ. 16ᵛ. 20ᵛ. 21ᵛ. 34ʳ. 35ʳ vacua. Complura folia novis chartis refecta: singuli fasciculi novis grandioribus foliis inserti.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Ioan. Baptistae Pitra card. bibliothecarii.

10130 (olim 10835). An. 1772 (cf. f. 1), chart., mm. 311 × 216, ff. III-212 (+ ff. 95ᵃ. 100ᵃ. 134ᵃ. 201ᵃ librarii oscitatione omissis).

⟨Ioannis Eliae Baldi⟩ *Medaglie pontificie in oro, argento e bronzo del Museo Vaticano, accresciute e continuate in perpetuo dalla Santità di Nostro Signore Papa Clemente XIV felicemente regnante l'anno 1772* (cf. Le Grelle, in *Le monete e le bolle plumbee pontificie del Medagliere Vaticano descritte ed illustrate da Camillo Serafini,* Milano 1910, p. XXXII, nota 1).

Codex eleganter scriptus est. Folia quamplurima scriptura carent. In tegumenti tabulis stemma Clementis XIV.

10131 (olim 10829). Saec. XVIII, chart., mm. 419×277, ff. I-131.

Inventario delle monete pontificie collocate nella Biblioteca Vaticana dalla Santità di Nostro Signore Papa Benedetto XIV, e disposte cronologicamente per ordine dell'eminentiss. e reverendiss. principe il sig. cardinale D. Girolamo Colonna, promaggiordomo di Nostro Signore (cf. Le Grelle, loc. cit., p. XXVIII, nota 2).

Codex currenti calamo exaratus notulas exhibet Iosephi Assemani in foliis 4ᵛ et 82ʳ. Innumera folia vacua relicta. In f. Iʳ notula *2. R.* (id est *2ª Raccolta* librorum, qui in Bibliotheca Vaticana adservantur); in f. 1ʳ titulus litteris capitalibus auro aut atramento exaratis; in parte superiore eiusdem folii stemma Benedicti XIV, in inferiore scutum Dominici Passionei card. bibliothecarii; in tegminis dorso nota numeralis *15372*, qua primitus liber distinctus fuit.
In tegumenti tabulis stemma Benedicti XIV.

10132 (olim 10830). Saec. XVIII, chart., mm. 419 × 277, ff. I-124 (+ ff. 10ᵃ. 63ᵃ. 84ᵃ librarii oscitatione omissis).

Inventario delle monete pontificie, omnino ut in cod. praecedente (cf. Le Grelle, loc. cit., p. XXVIII, nota 2).

Codex diligenter scriptus innumeris additamentis a Ioanne Elia Baldi usque ad diem XXXI Martii an. 1772 auctus fuit. In f. 80 scriptum legimus: *Si sono ricevute le sopradescritte monete pontificie e collocate nel Museo Cristiano, secondo il presente inventario, questo dì 31 Gennaro 1763. Fran.co Vettori, Prefetto e Curatore perpetuo.*

Folia quamplurima scriptura carent. In f. I[r] nota: *2ª R.* (id est *2ª Raccolta*); in f. 1[r], praeter titulum litteris maiusculis aureis et nigris descriptum, stemmata conspiciuntur Benedicti XIV et Dominici Passionei cardinalis bibliothecarii. In tegumenti tergo nota numeralis *15371*, qua primitus liber signatus fuit.

In tegminis tabulis scutum Benedicti XIV.

10133. An. 1806, chart., mm. 261 × 195, ff. II-83.

Le diverse / ed artificiose machine / del / capitano Agostino Ramelli / dal ponte della Treja etc., / ingegnere del cristianissimo / Rè di Francia e di Polonia, / nelle quali si contengono vari ed industriosi / monumenti, degni di grandissima specula/zione per cavarne beneficio infinito in / ogni sorte d'operazione, / tradotte, / disegnate ed accquarellate (!) / *da Gioacchino Ascenzy, fabro / al servizio di Nostro Signore Papa Pio VII, / in Roma nell'anno 1806, / l'originale stampato in Parigi in casa / dell' autore, con privilegio del Re, nel / anno / 1588.*

Codex, ut docet scidula prioris custodiae folio adglutinata, provenit emptionis titulo ex libraria Iosephi Migliorini, olim sita Romae in via Collegii Romani, n. 200. Ff. I-II. 28. 80-83, itemque altera pagina foliorum 29-79 vacua.

Tegumentum ex charta spissata, corio aureis ornamentis distincto obducta.

10134 (olim 10152). Saec. XV, chart., mm. 353 × 264, ff. I-165 (+ ff. 11ª et 45ª librarii neglegentia omissis).

Gabrii de Zamoreis Parmensis Sermones de virtutibus et vitiis (cf. M. Vattasso, *Del Petrarca e di alcuni suoi amici*, in *Studi e Testi*, n. 14, Roma 1904. p. 37-63). Inc. *Unam quidem esse omnium perfectissimam virtutem arbitrandum est hominibus.* Des. *videre possumus diuinam per Dei gratiam maiestatem: quod ille prestare dignetur, qui viuit et regnat in secula seculorum. Amen. Deo gracias. Amen. Expliciunt sermones domini Cabrij de Zamorreis de Parma, legum doctoris.* Praemittitur (f. 1) prologus, qui inc. *Eciam atque etiam mecum tacitus ipse consciderans*, et des. *Igitur ego Cabrius de Zamoreis Parmensis censui aliqua de virtutibus singulariter tractare, ponendo virtutem quamlibet et partes eius, et reducere in unam consonantiam vocum, prout Deus concesserit, aliquas auctoritates Veteris Testamenti et Noui, dicta sanctorum Patrum, et canones, et aliqua poetarum dicta, et cronicas et maxime jura ciuillia, super cuius* (!) *ciuilibus intendo latius insudare, et facere de qualibet virtute unum sermonem, et de quolibet vitio capitali unum. Incipiamus igitur de sermone justitie que quasi regina virtutum omnes alias antecedit, et eius vexillia* (!) *prius prodeant quam sororum.*

Codex binis columnis mendose descriptus. Initiales singulorum sermonum et prologi, itemque tituli desiderantur, spatiis tamen ad ea excipienda vacuis relictis. Exstant ad margines, usque ad f. 97[r], alphabeti litterae opportunae ad auctoris locos proferendos.

Notabilia, manu recentiore, raro in marginibus occurrunt. Ff. I. 163-165 vacua. Volumen, ut docet scidula folio Iᵛ codicis praecedentis adglutinata, provenit ex libraria Iosephi Migliorini. In parte interiore prioris tabulae tegumenti chartula adglutinata est, titulum non accuratum prae se ferens, pretium codicis aliaque parvi momenti.

Tegumenti tabulae ex charta spissata, folio membraneo codicis saec. XIV obducta.

10135 (olim 10153). Saec. XIV ex., membran., mm. 358 × 260, ff. II-118.

1 (f. 1). **S. Thomae de Aquino** Expositionis in libros ethicorum Aristotelis ad Nicomachum libri I-X (ed. Romae, 1570, tom. V, f. 1-142ᵛ).

2 (f. 87). **Anonymi** Quaestiones CXIV in Aristotelis libros de anima (in ms., f. 118, *Expliciunt questiones de anima super librum ipsius,* et manu saec. XV, *Beati Thomę de Aquino*). Quaestio I inc. *Queritur utrum scientia possit esse de anima.* Quaestio II inc. *Queritur utrum ista scientia sit practica uel speculatiua.* Quaestio CXIV inc. *Queritur circa illam partem, unicum etc. ubi philosophus comparat intellectum ad appetitus,* et des. *bene stat scientia in uniuersali; ideo, etc.*

3 (f. 118ᵛ, col. 1). ⟨**Aegidii Romani** in Aristotelis librum I sophisticorum elenchorum⟩, inde a v. *primo est rei simpliciter* cap. IV (alibi VI), usque ad v. *decipimur,* ⟨*uel*⟩ *possumus dicere* cap. V (alibi VII. Expositio Egidii Romani supra libros elenchorum Aristotelis, Venetiis 1500, f. 26ᵛ, col. *a,* lin. 10 ab imo - col. *b,* lin. 5 ab imo).

Codex binis columnis oscitanter descriptus. Litterae initiales rubro et caeruleo colore; maiores plerumque rubro tantum illitae. Correctiones idem librarius passim ad margines adposuit. Foliis I-II avulsis ex codice de iure canonico, binis columnis saec. XIII exarato, complures librarii usi sunt, quorum unus saec. XV indicem in folio Iᵛ digessit titulosque quaestionum de anima in f. 118 conscripsit, alter eiusdem fere aetatis in marg. sup. folii IIʳ adnotavit: *Fo de m. Francesco de Monsta* (?) *da Pesaro;* tertius in summo margine folii Iᵛ pretium codicis: *f. II* $^{1}/_{1}$*;* novissimus in margine dextro folii IIʳ notam: *R.to nu.o 10* adposuit. Media pars marginis inferioris folii I excisa: in folio 118ᵛ duae notulae erasae, et manu saec. XV: *beatus Thomas summe* (?) *pretij unius ducati.* In tegminis dorso: *B. Thomas super aethicam.*

Tegumentum flexibile ex charta spissata, membrana obtecta.

10136 (olim 10154). Saec. XIII ex., membran., mm. 299 × 210, ff. 215.

S. Thomae Aquinatis Prima pars Summae Theologiae (in ms. *Incipit summa de theologia edita a fratre Thoma de Aquino, ordinis fratrum Predicatorum.* Opera omnia iussu impensaque Leonis XIII P. M. edita, tom. IV-V, Romae 1888-1889), addito (ff. 211-215) indice quaestionum et articulorum.

Posteriori tegminis tabulae folium membran. olim interius adglutinatum fuit, ternis columnis saec. X-XI exaratum, quod continet ⟨I o s e p h i F l a v i i Antiq. Iud.

lib. 17, cap. 3 - 5>, a v. <*minimis*> *sane rebus sententia mutabatur* ad v. *et euocabantur quidem a patre, ueluti non ob alias,* <Rufino interprete> (Iosephi De antiquitatibus Iudaeorum libri X posteriores, Lugduni 1539, apud Seb. Gryphium, p. 327, lin. 11 - 335, lin. 4).

Codex binis columnis exscriptus. Tituli quaestionum minio; litterae initiales, praeter primam variis coloribus depictam, rubro et caeruleo colore alterne illitae ac lineolis viridibus et rubris alterna vice exornatae. Correctiones, variantes lectiones, notulae, tum ipsius scriptoris tum aliorum opera, in marginibus adiectae. Ff. 206ᵛ. 207ʳ. 208ᵛ vacua. In folio priori tegminis tabulae adglutinato, librarius saec. XV adnotavit: *Liber monasterii Sancti Jacobi Leodiensis* (cf. Gallia christiana, tom. III, Parisiis 1725, col. 980-987), et Ioannes Bollig, Bibliothecae Vaticanae Praefectus, addidit: *Donum Papae Leonis XIII*, et sese subscripsit. In marg. sup. folii 1ʳ nota codicis: *Q. 25*, praevio signo *H. I* cancellato.

Integumenti tabulae corio signato, nunc valde pessumdato, saec. XV obductae; dorsum saec. XVIII refectum; fibulae perierunt.

10137 (olim 10155). Saec. XIII ex., membran., mm. 373×264, ff. 210 (— ff. 131-139; + 162ᵃ. 168ᵃ. 179ᵃ. 184ᵃ. 187ᵃ. 199ᵃ librarii neglegentia omissis).

S. Thomae Aquinatis Prima secundae Summae Theologiae (in ms., f. 206ʳ, manu recentiore: *Explicit prima pars secundi libri summe editi a fratre Thoma de Alkino;* f. 206ᵛ, manu scriptoris: *Incipiunt capitula prime partis secundi libri summe edite a fratre Thoma de Aquino, ordinis fratrum Predicatorum;* f. 210ᵛ, fortasse aliá manu: *Expliciunt capitula prime partis secundi libri editi a fratre Thoma de Aquino, ordinis Predicatorum. Deo gratias.* Opera omnia iussu impensaque Leonis XIII P. M. edita, tom. VI-VII, Romae 1891-1892). Capitula, quae in editione proprio loco inveniuntur, hic occurrunt in ff. 206ᵛ-210.

Codex binis columnis descriptus. Tituli rubri; litterae initiales minio et caeruleo colore alterne, lineolis viridibus et rubris alterna vice depictae. Correctiones et notabilia ad margines non raro invenies. In marg. sup. folii 1ʳ, recentiore manu, nota codicis: *Q. 5*, dein *H. 2* cancellata; in f. 210ᵛ, libro expleto, librarius saec. XIV hos versiculos conscripsit: *Hoc opus est factum, / scriptor tenuit bene pactum, / non petit incaustum / set uini nobilis haustum.* In folio priori tegminis, tabulae interius adglutinato tres notulae, quarum tertia haec est: *Donum Papae Leonis XIII. / Ioh. Bollig, / Praefect. Bibl. Vat.;* in folio autem exterius adfixo tres lineae aliquantum evanidae, saec. XV exscriptae, quarum prima sic se habet: <*Tot*> *miracula Thomas habet, problemata quotquot.* Codicem recenserunt, eodemque usi sunt viri docti laudatae editionis (cf. tom. VI, p. I).

Integumenti tabulae saec. XV corio signato obtectae; dorsum saec. XVIII refectum; bullae fibulaeque perierunt.

10138 (olim 10156). Saec. XIII ex., membran., mm. 368×259, ff. II-251 (+ 15ᵃ. 48ᵃ. 173ᵃ librarii neglegentia omissis).

S. Thomae Aquinatis <Secunda secundae Summae Theologiae> (in ms., f. 250ᵛ: *Explicit ordo et signatio questionum secundi libri secunde partis fratris*

Thome de Aquino: ed. Romae, tom. VIII-IX [an. 1895-1899]), addito in foliis 246-250 indice **quaestionum et articulorum.**

Codex binis columnis exaratus paragraphos habet rubro et caeruleo colore depictas, itemque litteras initiales maiores et maximas, praeter paucas utroque colore exornatas. In marginibus superioribus cuiusque folii tituli atramento descripti. Correctiones tum ipsius scriptoris manu, tum alterius saec. XIV ad margines non raro adpositae. F. 251 vacuum. F. I^{v}, priori tegminis tabulae adglutinatum, et f. II^{r} continent tabulam quaestionum *secundum ordinem alphabeti*, manu saec. XIV conscriptam: f. II^{v} notulam praebet saec. XIV: *Liber Sancti Jacobi in Leodio* * (cui alia manus suppar addidit *et est secunda secunde sancti Thome de Akino*), et aliam notulam saec. XIX: *Donum Papae Leonis XIII. / Ioh. Bollig, Praef. Bibl. Vat.* In marg. sup. folii 1^{r} nota codicis, recentiore manu: *Q. 6*, dein *H. 3* cancellata. Codicem descripserunt, eodemque usi sunt viri docti laudatae editionis (cf. tom. VIII, p. IX).

Integumentum saec. XVIII, ex charta spissata, corio castanei coloris obtecta.

10139 (olim 10158). Saec. XIII ex., membran., mm. 321 × 233, ff. 207.

S. Thomae Aquinatis Summae de veritate catholicae fidei contra Gentiles libri I-IV (in ms. *Incipit liber de veritate catholice fidei contra errores infidelium, editus a fratre Thoma de Acquino, ordinis fratrum Predicatorum*). Singulis libris (ff. 2^{r}. 34^{v}. 79^{r}. 149^{v}) et capitum initiis eadem praemittuntur capitula, quae vel in textu vel in notis a Petro Antonio Uccelli edita fuerunt in opere, cui titulus S. Thomae Aquinatis... Summae de veritate catholicae fidei contra Gentiles quae supersunt ex codice autographo qui in Bibliotheca Vaticana adservatur, cetera vero ex probatissimis codd. et editionibus.... Romae, 1878. Sequitur (ff. 201^{v}-205) tabula rerum notabilium.

F. 206 et 207 (quod posteriori tegumenti tabulae adglutinatum est) ex quodam codice binis columnis saec. XIII exscripto avulsa fuerunt, et continent fragmenta libri III ⟨D e c r e t a l i u m G r e g o r i i I X⟩, cum scholiis ad margines conscriptis.

Codex binis columnis perscriptus litteras initiales singulorum librorum rubro, viridi, caeruleo colore depictas praebet, initiales vero capitum rubro et caeruleo colore alterne illitas atque lineolis viridibus et caeruleis alterna vice exornatas. Capitula singulis capitibus praefixa pariter atque capitulorum numeri minio; initiales capitulorum singulis libris praeeuntium, praeter primam, caeruleo et rubro colore alterne distinctae. Correctiones inter lineas et in marginibus non raro occurrunt. Folia nonnulla in codicis initio a tineis aliquantum corrosa. Foliorum enumeratio duplex est; antiqua in summo margine foliorum versorum, recens in imo margine foliorum rectorum adiecta. Codex quem Leo XIII dono dedit Bibliothecae Vaticanae, ut docet inscriptio manu Ioannis Bollig folio 1^{r} apposita, ad monasterium S. Iacobi Leodiensis (cf. codd. 10136 et 10138) olim pertinuit, ut eruitur tum ex notula, saec. fortasse XV, *Liber Sancti Iacobi in Leodio*, quae una cum titulo *Summa contra gentiles sancti Thome de Akino* folio 1^{v} adscripta

* Vid. Cod. Vat. 10136.

est, tum ex altera notula *Apud Sanctum Iacobum in Leodio*, quae occurrit in summo margine folii posteriori custodiae tabulae adglutinati. In margine folii 3^r duo bibliothecae signa, quorum alterum *H. II* litteram *H* cancellatam praebet, alterum est *Q. 24*.

Tegumenti tabulae saec. XV corio signato obductae, fibularum vestigia retinent; tegumenti dorsum saeculo XVIII refectum signum exhibet impressum *Q. 24*.

10140 (olim 10157). Saec. XIV, membran., mm. 307 × 210, ff. II-173 (+ f. 100^a librarii neglegentia omisso).

S. Thomae Aquinatis Tertia pars Summae Theologiae (ed. Romae, vol. XI-XII, 1903-1906): in ms., f. 168^v, manu paulo recentiore: *Explicit tercia pars summe fratris Thome de Aquino, quam perficere non potuit morte preuentus.* Sequuntur (f. 168^v-172), manu prioris librarii, tituli articulorum, et, manu alterius librarii paulo recentioris, tituli quaestionum.

Folia I-II *sunt supra distinctionem IX tertij libri Sententiarum* (inc. *etc. Alij enim dicunt*, etc. ⟨*A*⟩*d intellectum autem harum opinionum;* des. *de hijs que pertinent*).

Codicem binis columnis exaratum dono dedit Bibliothecae Vaticanae Leo XIII, ut docet notula Ioannis Bollig in folio II^v adscripta. Litterae initiales maximae rubro, caeruleo et viridi colore depictae; maiores caeruleo vel rubro illitae ac lineolis rubris et viridibus alterna vice exornatae; paragraphi rubro et caeruleo alternis delineatae. Quaestionum tituli in summo margine prioris paginae fere omnium foliorum inscripti sunt; correctiones in textu ipso vel ad margines, lemmata autem ad margines non raro occurrunt. Folia I-II ex codice saec. XIII-XIV binis columnis exscripto abstracta fuerunt: folium I^r tegminis tabulae adglutinatum est. Ad marginem dexterum folii II^v manus sat antiqua atramento scripsit: *Liber monasterij Sancti Jacobi* (cf. codd. 10136. 10138. 10139); in summo vero marg. eiusdem paginae manus saec. XIV rubro adnotavit: *Liber Sancti Iacobi in insula Leodij, et est tercia pars summe sancti Thome de Aquino, gloriosi doctoris, de ordine Predicatorum;* in marg. inf. folii 168^v eadem manus minio exaravit: *Hanc tertiam partem summe sancti Thome de Akino, gloriosi doctoris, de ordine fratrum Predicatorum, emit nonnus Philippus monachus et sacerdos monasterij Sancti Iacobi Apostoli, fratris Domini, in insula Leodij. Orate pro eo, fratres, Deum;* in marg. dextro folii 1^r notae codicis *H. 5* (sed *H* cancellatum est), *Q. 26*. F. 173^r vacuum; post f. 172 et 173 folium unum excisum et abstractum: in f. 172^v et 173^v notulae nonnullae. In parte inter. alterius tabulae integumenti chartula adglutinata est exhibens *uerba que gloriosus doctor, sanctus* (?) *Thomas de Aquino dicebat in extremis;* itemque aliae duae chartae (mm. 220 × 147) continentes *pulcerrima et deuota dicta sancti Thome de Aquino* (inc. *O benignissime et amorosissime Domine Ihesu Christe;* des. *et nomen tuum laudabile, gloriosum per infinita secula seculorum. Amen*). Codicem descripserunt, eodemque usi sunt laudatae editionis curatores (cf. vol. XI, p. VI).

Tegumenti tabulae saec. XV corio signato obductae; dorsum saec. XVIII refectum; fibulae perierunt.

10141. Saec. XIX, chart., mm. circiter 267 × 207, ff. 671.

⟨**Alberti Magni**⟩ (in ms. *S. Thomae Aquinatis*) Commentarius in librum pseudo-Dionysii Areopagitae De divinis nominibus. Liber exscriptus fuit ex cod. Vatic. lat. 712 et conlatus cum codicibus Vaticanis 175, 176, Regin. 263 et aliis,

opera et studio Antonii Uccelli. Praemittitur (f. 12 et sqq.) Antonii Uccelli praefatio, latine, et (f. 1) prima vel altera perscriptio cuiusdam dissertationis eiusdem scriptoris de scientia rerum physicarum s. Thomae, italice. Subnectuntur in fine (f. 605 et sqq.) schedulae variae, manu eiusdem Uccelli, ac tres tabulae scripturae s. Thomae, solis umbra expressae.

In tegumenti dorso stemmata Pii X et Alphonsi Capecelatro card. bibliothecarii.

10142. Saec. XIX, chart., mm. circiter 322 × 238, ff. I-288.

S. Thomae Aquinatis Commentum in tertium librum Sententiarum Magistri Petri Lombardi (ed. Parmae, vol. 7), addita conlatione complurium codicum, manu Antonii Uccelli. In f. I, olim custodiae, laudantur codices Vaticani 755, 756; cod. Urbin. 139 et codd. Ottobon. 190. 200. 640. Ff. 1-10 sunt paginae 401 et sqq. vol. III ephemeridis, quae inscribitur *Zeitschrift für kathol. Theologie.*

In tegumenti dorso stemmata Pii X et Alphonsi Capecelatro card. bibliothecarii.

10143. Saec. XIX, chart., mm. circiter 273 × 211, ff. 456.

S. Thomae Aquinatis (?) Sermones de tempore, exscripti ab Antonio Uccelli. In praefatione memorantur codices, ex quibus sermones deprompti fuerunt, scilicet codices Vaticani 812. 3989; Urbin. 215; Biblioth. Nation. Parisien. 15956 et S. Victoris 945; Biblioth. civicae Basileensis 13. 7. 9, etc. Praeter praefationem, praemittuntur duae tabulae scripturae codicis saec. XIII, solis umbra expressae, schedulae variae, epistulae quattuor (quarum I, f. 6, Alberti Le Marchand, dat. *Angers, 23 Juillet 1875;* II, f. 8, fr. Fidelis a Fanna, Min. Reform., dat. *Venezia, la Vigna, 5-7-71;* III, f. 10, Antonii Anselmi, procuratoris typographiae Fiaccadori, dat. *Parma, 24 Febbraio 1880;* IV, f. 11, fr. Basilii a Rovinio, Min. Reform., dat. *Milano, 17 Giugno 1872*), exemplaria quorumdam sermonum ad Antonium Uccelli transmissa. In fine (f. 455) occurrit epistula Ioan. Bapt. Lotti ad quemdam a secretis cuiusdam cardinalis, dat. *S. Lorenzo presso Sedegliano, li 30 Gennajo 1871.*

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii X et Alphonsi Capecelatro card. bibliothecarii.

10144. Saec. XIX, chart., mm. 269 × 199, ff. 385.

S. Remigii Rhemensis Commentaria in Evangelium s. Matthaei, manu Antonii Uccelli exarata. In margine folii 1 laudantur codices Vatic. Regin. 2098, Urbin. 89, Ottobon. 3294 et Vatic. 648.

In tegumenti dorso stemmata Pii X et Alphonsi Capecelatro card. bibliothecarii.

10145. Saec. XIX, chart., mm. 314 × 217, ff. II-254.

S. Thomae Aquinatis Summae de veritate catholicae fidei contra Gentiles quae supersunt ex codice autographo qui in Bibliotheca Vaticana adservatur, manu Antonii Uccelli (hoc exemplari usus est A. Uccelli pro sua editione « Summae... contra Gentiles », quae prodiit Romae an. 1878).

Sequuntur duo exemplaria, typis expressa, litterarum Leonis XIII ad Antonium Uccelli, dat. die 7 Dec. 1878; tria folia, in quibus notitia codicis autographi exhibetur, et schedulae nonnullae.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii X et Alphonsi Capecelatro card. bibliothecarii.

10146. Saec. XIX, chart., variae magnitudinis, ff. 169.

Antonii Uccelli scidulae et notae s. Thomam Aquinatem praesertim respicientes.

1 (f. 1). Excerpta ex Niceta, latine et graece, et schedulae variae de s. Thoma, s. Dionysio Areopagita, Ioanne Bona et aliis. **2** (f. 50). De duabus Missis antiquis in honorem s. Thomae. **3** (f. 69v). Excerpta ex cod. Vat. Reg. 880. **4** (f. 79). Scidulae de s. Thoma et scholiis Gotifredi. **5** (f. 96). Notulae de operibus s. Thomae. **6** (f. 104). Index codicum s. Thomae, qui in Italia et Gallia adservantur.

Sequuntur scidulae, notae variae et recensio sex codicum Bibliothecae Basileensis, quorum quattuor priores signantur: O, IV, 34; B, IV, 18; B, VI, 7; A, VI, 24; ceteri nullis notis distinguuntur.

In tegumento stemmata Pii X et Alphonsi Capecelatro card. bibliothecarii.

10147. Saec. XIX, chart., variae magnitudinis, ff. 435.

1. **S. Thomae Aquinatis** opuscula Parmae typis impressa a Petro Fiaccadori, additis codicum conlatione et multis schedulis Antonii Uccelli. Opuscula, notis adspersa manu A. Uccelli, haec sunt: [1] (f. 47) Opusculum III. In duo praecepta caritatis et in decem legis praecepta, expositio; [2] (f. 56) Opusculum IV. In articulos fidei et sacramenta Ecclesiae, expositio; [3] (f. 75) Opusculum V. In Orationem Dominicam, videlicet Pater Noster, expositio; [4] (f. 120) Opusculum VII. In symbolum Apostolorum, scilicet Credo in Deum, expositio; [5] (f. 252) Opuscula duo contra errores Graecorum.

2 (f. 276). *Exscriptum libelli contra Graecos una cum eruditis notis undequaque excerptis, a cl. D. Antonio Uccellio in confuso derelictum, atque a R*

fratre Vincentio Ligier, Ord. Praed., denuo ad codicem Vaticanum collatum, emendatum quantum licuit, atque tandem qualitercumque typis editum. **Ita titulus, recentiore manu; sed in hoc volumine editio Vincentii Ligier desideratur.**

In tegumento stemmata Pii X et Alphonsi Capecelatro card. bibliothecarii.

10148. Saec. XIX, chart., variae magnitudinis, ff. 293.

Antonii Uccelli opuscula, transcriptiones, schedulae variae.

1 (f. 1). *Dell'iconografia di san Tommaso d'Aquino. Lettera ... estratta dalla raccolta « La Scienza e la Fede »*, vol. LXVI, fasc. 396 (Napoli, 1867), correctionibus notisque referta, et schedulis imaginibusque in initio instructa. **2** (f. 91). S. Thomae Aquinatis Summae contra Gentiles loca quaedam interlinita hactenus anecdota prodeunt ex autographis cura Petri Antonii Uccelli S.T.D. in specimen editionis. Mediolani 1847. Sequuntur multae schedulae manu scriptae. **3** (f. 139). ⟨Exemplar quodlibeti Ioannis Pekami ex codice Vatic. Ottob. 196⟩. **4** (f. 157). ⟨S. Thomae Aquinatis tractatus, in quo principalius beatitudo sistat increata in actu intellectus vel voluntatis⟩, transcriptus ex cod. Vat. 784. **5** (f. 169). Eiusdem Officium de festo Corporis Christi, cum praefatione, notis et schedulis. **6** (f. 235). Chronaca fr. Ludovici de Valle Oleti anno Domini MCCCCXIIII ex archivo generalis Magistri FF. PP., p. 339. Chronographia de vita s. Thomae de Aquino. Sequuntur: [1] (f. 246') notae variae; [2] (f. 249') Missa in solemnitate Corporis Christi; [3] (f. 250) Sequentia in festo SS. Trinitatis: *Profitentes Unitatem, / Veneremur Trinitatem.* **7** (f. 253). Sermo factus coram Sacro Collegio revendissimorum dominorum Cardinalium per... reverendissimum episcopum Ovetensem in die beati Thomae de Aquino, ordinis Praedicatorum (ex cod. Vat. 4881). **8** (f. 267). S. Thomae Aquinatis Officium in festo b. Augustini ep. et conf., notis A. Uccelli refertum. **9** (f. 290). *Breve relazione d'una Tavola dove si rappresenta s. Tommaso d'Aquino* (dall'« *Araldo di Lucca* »).

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii X et Alphonsi Capecelatro card. biblioth.

10149. Saec. XIX, chart., variae magnitudinis, ff. 243.

Antonii Uccelli opuscula, transcriptiones, schedulae variae.

1 (f. 4). *Delle superstizioni praticate nella Diocesi di Bergamo. Dissertazione storica.* Praemittitur schedula A. Ademollo. **2** (f. 67). *Dell'eresia in Bergamo nel XVI secolo, e di frate Michele Ghislieri, inquisitore in detta città, indi col nome di Pio V Pontefice Massimo e santo. Ricerche storiche.* Est altera recensio correcta et aucta opusculi quod typis prodiit in *Scuola Cattolica,* anno III, vol. V, Quad. XXVII

et sqq. **3** (f. 154). *Nuntii Regazzoni hortatio ad Regem Christianissimum pro abrogando edicto contra ecclesiasticam libertatem promulgatum* (!) *ac Tridentini Concilii in regno Franciae publicatione.* Est exemplar exscriptum ex cod. Ottob. 2423. **4.** Ioan. Antonij Guarnerij, can.ci Bergomatis [1] (f. 165) *de diuorum Bergomatum translatione et Caroli Borromei visitatione commentarius;* - [2] (f. 173) *de visitatione Caroli Borromei cardinalis et translatione ss. Firmi, Rustici et Proculi commentarius secundus.* Utrique commentarii exscripti fuerunt ex cod. Pauli Vimercati Sozzi, qui in Bergomi bibliotheca adservatur, ut declaravit (f. 183) Antonius Tiraboschi, eiusdem bibliotheca praefectus, die 19 Iulii 1878. Accedunt: [1] (f. 184) epistula Pauli Vimercati Sozzi ad Antonium Uccelli, dat. *Bergamo, 31 Maggio 1879,* cum exemplari epistulae Antonii Tiraboschi ad Paulum Vimercati Sozzi, dat. *Bergamo, 30 Maggio 1879;* [2] (f. 187-194) schedulae variae, manu A. Uccelli. **5** (f. 198). *Quaedam pertinentia ad historiam coenobii S. Stephani, quod et S. Dominici, Bergomi.* **6** (f. 207). ⟨Dissertatio card. Angeli Mai de S. Scriptura, exscripta ex cod. Vat. 9530⟩. **7** (f. 223). ⟨Variantes lectiones spectantes commentarium in librum pseudo-Dionysii Areopagitae De divinis nominibus (cf. cod. 10141) et commentarium in epistulas pseudo-dionysianas⟩. Accedunt tres schedulae.

In tegumento stemmata Pii X et Alphonsi Capecelatro card. bibliothecarii.

10150. Saec. XIX, chart., variae magnitudinis, ff. 245.

1 (f. 1). **Antonii Uccelli** prima perscriptio epistulae ad anonymum, sine loco et anno. Inc. *Ho letto nell'Ami de la* (in ms. *della*) *Religion* (*N. 88. 14 Giugno 1869*) *l'interessante articolo che voi avete creduto di publicare sopra la Somma di S. Tomaso contro a Gentili.*

2. Epistulae ad Antonium Uccelli. [1] (f. 2). ⟨Anonymi⟩ nota ex Palatio episcopi Bellicii (*Belley*), sine anno (inc. *La question au sujet de laquelle*). [2] (f. 4). P. Caroli Bertani: *14 xbre 1877, dal Collegio de' Padri Missionarii. Rho, presso Milano.* [3] (f. 6). Stephani Boroša: *Zlatar, 28 Agosto 1878.* [4] (f. 8). H. Breslau: *Berlin, 15 Mai 74.* [5] (f. 10). Dominici Carutti: *Roma, 18 9^{bre} 1874.* [6] (f. 12). Iosephi Ceruti: *Gorno, 15 Luglio 1861.* [7] (f. 14). M. Limbourg, S. I. (latine): ... *28 Nov. 1877.* [8] (f. 16). Iosephi Dankoi, canonici: *Strigonii, 1, II, 75.* [9] (f. 18). C. Del......(?): *Lille, le 7 avril 1877.* [10]) Emmanuelis d'Alzog, *des Augustins de l'Assomption:* (f. 19) *Nimes, 8 fevrier 79;* - (f. 21) *Nimes, 8 mars 79.* [11]) Fr. Fidelis a Fanna: (f. 23) *Venezia, S. Francesco della Vigna, li 12 Giugno 1871;* - (f. 26) *li 22 Maggio 1871;* - (f. 27) *Venezia, la Vigna, 25/4/72.* [12]) Petri Fiaccadori, typographi: (f. 29) *Parma, 15 Marzo 1869;* - (f. 31) *19 Maggio 1869;* -

(f. 33) *3 Giugno 1869;* - (f. 35) *9 Giugno 1869;* - (f. 37) *28 Giugno 1869;* - (f. 38) *7 Luglio 1869;* - (f. 40) *14 Luglio 1869;* - (f. 42) *9 ⟨Sette⟩mbre 1869;* - (f. 44) *21 Ottobre 1869.* [13]) typographiae Fiaccadori, scilicet: - (f. 46) Iulii Gai, deputati: *Parma, 11 Febbrajo 1870;* - (f. 48) Antonii Anselmi, procuratoris: *Parma, 22 Giugno 187⟨1⟩,* - (f. 50) *6 Luglio 1871,* - (f. 54) *11 Dic.*[br] *1871,* - (f. 56) *6 Aprile 1872,* - (f. 57) *18 Gennaio 1875,* - (f. 59) *21 Gennaio 1875,* - (f. 61) *10 Febbraio 1875,* - (f. 63) *19 Febbraio 1875,* - (f. 65) *3 Maggio 1875,* - (f. 67) *10 Giugno 1875,* - (f. 69) *8/2/76,* - (f. 70) *26 Maggio 76,* - (f. 71) *4 8*[bre] *75,* - (f. 72) *4 Dicembre 1876,* - (f. 74) *18 Dicembre 1876,* - (f. 76) *16 Maggio 1877,* - (f. 78) *24 Maggio 1877,* - (f. 80) *27 Settembre 1877,* - (f. 82) *26 Ottobre 1877,* - (f. 84) *10 Dicembre 1877,* - (f. 86) *20 Dicembre 1877,* - (f. 88) *15 Marzo 1880.* [14] (f. 90). Ioan. Finazzi, canonici: *Bergamo, li 7 Giugno 75.* [15] (f. 92). Fr. Andreae Frühwirth, Ord. Praed. (latine): *Convento de' Domenicani a Gratz, li 15 Agosto 1872.* [16] (f. 94). I. Garnier: *Amiens, le 16 Aout 1879.* [17] (f. 96) P. V.[i] M.[ae] Gatti, Ord. Praed.: *⟨Roma⟩, 4 Marzo 79.* [18]) Fr. Guermon....: - (f. 98) *Lille, le 19 fevrier 1877;* - (f. 100) *Lille, 9 avril 77.* [19]) Iosephi Hergenroether, postea card.: - (f. 101) *Wirzburgo in Baviera, 18 maggio 1871;* - (f. 102) *li 13 giugno 1871;* - (f. 103) *9 agosto 1871;* (f. 105) *Wirceburgi in Bavaria, XII a. Kal. Dec. MDCCCLXXI die S. Felicis Conf.;* - (f. 106) *die VII. Kal. Mart. MDCCCLXII;* - (f. 108) *Non. Iul. 1872;* - (f. 110) *die 20 Iul. 1872;* - (f. 112) *Wirzburgo, li 22 Luglio 1872.* [20]) Leopoldi Hervieux, advocati: - (f. 114) *Paris, le 6 Mars 1871;* - (f. 116) *le 19 Juin 1871;* - (f. 118) *le 14 Juillet 1871;* - (f. 120) *le 29 Juillet 1871;* - (f. 122) *le 30 Septembre 1871;* - (f. 124) *le 16 Octobre 1871;* - (f. 126) *le 30 Octobre 1871.* [21]) H. Hurter, S. I.: - (f. 128) *Oeniponti, 10 Oct. 78;* - (f. 130) sine notis loci et temporis, inc. *In literis d. d. 9 Nov. significavit;* - (f. 132) *Innsbruck, 8/12/78;* - (f. 134) *Oeniponti, 14 Febr. 79;* - (f. 136) *Oeniponti, 9 M. 79.* [22] (f. 138). *Fr. Hurter'sche Buchhandlung: Schaffhausen, den 14 Juni 1871* (teutonice). [23] (f. 139). Laurent (?): *Paris, le 28 8*[bre] *1871.* [24] (f. 140). ..., syndici Viterbii: *Viterbo, li 22 Dicembre 1878.* [25] (f. 142) Petri Marietti, typographi: *Roma, li 18 marzo 1870* (accedit prima perscriptio contractus cum Antonio Uccelli de edendo commentario in librum De divinis nominibus; cf. cod. 10141). [26] (f. 148). P. Martinucci: *⟨Roma⟩, Li 15 Luglio 1873.* [27] (f. 150). Fr. Henrici Antonii M(?)eins: *Couvent de N. D. de le Sarthe, le 2 fev. 68.* [28]) Benedicti Minichini: - (f. 151) *Napoli, li 20 Dicembre 1872;* - (f. 153) *5 Gennaio 1874;* - (f. 155) *25 Marzo 1878;* - (f. 157) *6 Marzo 1880.* [29] (f. 159). Camilli Minieri Riccio: *Napoli, 4 Giugno 1878.* [30] (f. 161). Francisci Morgott, canonici et professoris: *Eichstaett (Baviera), 11/VI/78,* [31] (f. 163).

Henrici Narducci: ⟨*Roma*⟩, *12 giugno 1874.* [32]) Alexandri Pidal: - (f. 165) *Madrid, 26 de Marzo de 1874;* - (f. 167) *Madrid, 15 de Junio de 1875.* [33]) Fr. Pustet: - (f. 169) *Ratisbonne, le 4/12/70;* - (f. 171) *Roma, le 4 Mai 1870;* - (f. 173) *Ratisbonne, le 18/11/1870;* - (f. 175) *Ratisbonne, le 5/12/1871* (omnes epistulae gallica lingua). [34] (f. 177). H. Ramière: *Toulouse, 1 Nov. 79* (italice). [35] (f. 179). Mariani Rampolla, nunc card.: *Madrid, 16 Giugno 1876.* [36] (f. 181)..... Mariae Richard: *Arras* (*abbaye de S.t Vaast*), *le 14 mars 1877.* [37]) Reinholdi Roehricht: - (f. 185v) *Berolini, 1 Febr. 1875;* - (f. 187) *26 Febr. 1875;* - (f. 189) *17 die Martis 1875;* - (f. 191) *14 Aprili 1875;* - (f. 193) *30 Mai 1875.* [38] (f. 195). ⟨Anonymi⟩ bibliothecarii: *Strasbourg, le 23 Mai 1856.* [39] (f. 197). *Torello Sala: ... S. Trinità, 24 Settembre 1875.* [40] (f. 198). Aloysii Tosti: *Monte Cassino, 25 marzo 74.* [41] (f. 203) Varenne, S. I.: *Avignon, 4 Aout 1867.* [42]) Augusti Vernarecci: - (f. 204) *Fossombrone* (*Marche*), *dalla Biblioteca Passionei, l'ultimo del 1879;* - (f. 206) *4 Gennaio 1880.* [43] (f. 208). Dominici Villa, episc. Parm.: *Parma, 22 Ottobre 78.* [44] (f. 210). P. E. Visconti: *li 12 Gennaro 1876.*

3 (f. 212). ⟨Ioachim Monti⟩ *Pro-Memoria per sua Em. Rm̃a Il Sig.r Card. D. Ambrogio Biachi, protettore della Ven.e Archiconfraternita dei SS.i Ambrogio e Carlo.*

4 (f. 215-242). *Permessi ottenuti dall'ab. Uccelli di poter avere in Roma codici riguardanti S. Tommaso d'Aquino, esistenti in diverse biblioteche d'Italia e fuori.*

5 (f. 243-244). Fr. Fidelis a Fanna, O. S. Fr., epistula typis Petri Marietti Taurini impressa an. 1871, de operibus s. Bonaventurae. Sequitur (f. 245) pars huius epistulae manu exscripta.

In tegumento stemmata Pii X et Alphonsi Capecelatro card. bibliothecarii.

10151 (olim 10170). Saec. XIV ex., membran. (sed ff. I. II. 108. 109 chart.), mm. 282 × 214, ff. III-109 (— ff. 3. 28. 75. 95. 101 barbara manu avulsis; + f. 17a).

1 (f. 4). ⟨**Raimundi Capuani**⟩ Vita s. Catharinae Senensis, tribus partibus (Biblioth. hagiographica latina, s. Catharina Senensis, n. 1). Praemittuntur (ff. 1-2) capitula. Foliis 3, 28 et 75 rescissis, prologus I initio mutilus inc. a v. *mirandis donis Altissimi* (f. 4); pars II inc. a v. *in tantum quod proponebas* (f. 29), et pars III inc. a v. *non in contemptum eius, sed in expressionem sexus* (f. 76).

2 (f. 96). ⟨**Iacobi Scalza**⟩ Vita b. Iohannae Urbevetanae, a v. *ne inhiabat totis affectibus interesse. Set quoniam anima,* ad v. *Vannes Nuti nomine de contrata sancte Marie Noue, uulneratus le:..* (Biblioth. hagiographica latina, b. Iohanna v.

Urbevetana). Praemittuntur (f. 94ᵛ) capitula, quibus expletis, haec nota manu saec. XIX scripta est: *Hanc legendam compilavit Ven. P. Fr. Jacobus Scalza Urbevetanus de parrochia S. Martini Urbevet. magnae famae et litteraturae, Ordinis Praedicatorum: qui convixit cum ipsa beata Ioanna et vir fuit fide dignissimus. Prior etiam extitit hujus Conventus, sub cujus tempore facta fuit cisterna magni prati secundi claustri. Desunt hujus legendae priora... capitula, in quorum initium erat imago Beatae Ioannae, quae, tempore invasionis Francorum et Napoleonis, abrusa et abstracta fuit ab indiscreta manu. Quod dolendum est, cum et liber et imago magnae fuerit auctoritatis pro beatificatione b. Ioannae, ut videre in ejus sumario N° 6, pag. 10.*

3 (f. 102). ⟨Vita b. Margaritae virginis de Civitate Castelli, sororis tertii Ordinis de paenitentia sancti Dominici⟩. Folio 101 rescisso, legenda initio mutila est, et inc. a v. cap. IV *superiori in oratione de sero permaneret subito.* Des. *que mulier ad ecclesiam veniens cum testibus hoc miraculum coram fratribus narrauit* (Analecta Bollandiana, tom. 19, Bruxellis, 1900, p. 25-36). Sequuntur (f. 106) eadem capitula quae suo proprio loco in editione laudata occurrunt.

Codex binis columnis exaratus. Litterarum maximarum, foliis abstractis, una tantum superest (f. 8), auro et coloribus depicta; litterae maiores rubro et caeruleo colore distinctae; tituli et capitula minio. Correctiones et additiones ad vitam s. Catharinae passim in marginibus occurrunt, manu praesertim fratris Stephani, ordinis Cartusiensis, qui cum ipsa s. Catharina familiaritate coniunctus fuit (cf. ff. 59ᵛ. 92ᵛ). Ff. I. 2ᵛ. 94ʳ. 106ᵛ. 107ʳ. 109ᵛ vacua. Ff. II et 108 ex libro typis impresso opera s. Hieronymi continente avulsa fuerunt. In margine inf. folii IIʳ, si codicem vertas, leges, *Acquisto Ciccolini. E(nrico) S(tevenson);* et in margine dextro f. IIᵛ, manu saec. XVI, scriptum est: *Costa... dodicj, s. diecj, c'è di gabella quj a Pisa s. sei*, etc. F. II, avulsum ex codice liturgico binis columnis saec. XII descripto, nomen exhibet *frater Nicolaus*, manu recentiore adiectum. De hoc codice mentio fit in Anal. Bolland., loc. cit., p. 23.

Tegumenti tabulae corio castanei coloris saec. XV vel XVI obductae, bullis, et olim quoque fibulis, instructae.

10152 (olim 10171). Saec. XIV-XV, chart., mm. 240 × 148, ff. 186 (+ ff. 62ᵃ. 76ᵃ. 97ᵃ librarii oscitatione omissis).

Theodorici de Appoldia Vita s. Dominici in octo partes distributa, inde a verbis prologi I ⟨*patien*⟩*tes annuntient, quoniam rectus Dominus Deus noster*, addito in fine capite XXXIV (Acta SS., Aug. tom. I, p. 562, F. 8-632; cf. Biblioth. hagiogr. latina, s. Dominicus, n. 17). Singulis partibus capita praemittuntur.

Subnectuntur: ¹ (f. 176) ⟨epistula Iordanis de Saxonia de translatione s. Dominici an. 1233 (Biblioth. hagiogr., loc. cit., n. 3. II); ² (f. 179ᵛ) ⟨bulla

Gregorii IX⟩ Tancredo, arcidiacono Bononiensi, Thomae, priori S. Mariae de Rheno, et fratri Palmerio, canonico ecclesiae SS. Trinitatis, dat. *Laterani, tertio ydus iulij, pontificatus... an. septimo* **(Potthast, Reg. Pont. n. 9259);** [3] **(f. 181) ⟨epistula praedictorum Tancredi, Thomae et Palmerii ad inquisitores Tolosanos (inc.** *Nuper uenerabilis pater Henricus, Bononie episcopus,* **des.** *facimus roborari. Dat. Bononia XIIII° die exeunte Augusto*); [4] **(f. 182ʳ) ⟨epistula inquisitorum Tolosanorum ad praedictos Tancredum, Thomam et Palmerium⟩ (Biblioth. hagiogr., loc. cit., n. 2);** [5] **(f. 186) ⟨de forma beati Dominici⟩ (inc.** *Soror Cecilia,* **des.** *paucis canis respersam. Circa finem uite sue fuit aliquantulum caluus, sicut habetur in uitis fratrum.* **Cf. Melloni,** *Atti o memorie degli uomini illustri in santità nati o morti in Bologna,* **I, vol. 2, Bologna 1788, p. 403).**

Codex charactere gothico-rotundo exaratus est. Litterae maximae et maiores, vel auro aut argento illitae et uno vel duobus coloribus ornatae; vel rubro et caeruleo; vel minio tantum depictae; tituli rubri. Pars inferior fere omnium foliorum umore maculata; folia 179. 180. 184-186 male refecta. F. 186ᵛ, ipsius librarii manu: *Qui legit in isto libro oret Deum pro illo / qui scripsit, et ad minus dicat unum Aue / Maria. / Qui scrisit* (alia manus correxit: *scripsit*), *scribat, semper cum Domino uiuat; / Viuat in celis Jacobus cum Domino felix. Amen. / Explicit liber. / Deo gratias. Amen.*

Tegumenti tabulae corio nigri coloris recens obductae, fibulis bullisque instructae.

10153 (olim 10169). Saec. XV, membran., mm. 291 × 208, ff. 78.

1 (f. 1ʳ). ⟨Guillelmi de Thoco⟩ Vita s. Thomae Aquinatis usque ad cap. XI exclusive, praeviis capitulis n. 65 (Act. SS., Mart. I, col. 657-679).

2 (f. 28ʳ). *Privilegium canoniçationis gloriosi doctoris sancti Thome de Aquino, ordinis fratrum Predicatorum* **(est bulla Ioannis XXII. Bullarum, privilegiorum ac diplomatum Romanorum pontificum amplissima collectio, opera et studio C. Cocquelines, vol. III, Romae 1741, p. 186-190).**

3 (f. 33). ⟨In festo s. Thomae lectiones novem⟩. Prima inc. *Beatus Thomas de Aquino, ordinis fratrum Predicatorum, doctor egregius, de illustri prosapia.* **Ultima des.** *et ego ipsum in pontificali ordinis dignitate* **(cf. Biblioth. hagiographica latina, s. Thomas de Aquino, n. 3).**

4 (f. 34). In translatione eiusdem s. Thomae lectiones novem. Est historia translationis Tolosam an. 1368 et translationis brachii Parisios an. 1369 (Biblioth. hagiographica latina, s. Thomas de Aquino, n. 10).

5. S. Thomae Aquinatis: [1] **(f. 36ʳ). In festo gloriosissimi corporis Christi lectiones novem (in ms. nomen auctoris desideratur). Prima inc.** *Immensa diuine largitatis beneficia.* **Nona des.** *idest genuit filium habentem uitam in semetipso* **(tom. XVII**

d. Thomae Aquinatis, doctoris Angelici, Romae, 1570, [par. II], f. 40ᵛ-41ʳ). ³ (f. 37ᵛ). Historia de corpore Christi (in ms. *Incipit ystoria... edita a uenerabilei et egregie* (!) *doctoris* (!) *sacrosancte Romane ecclesie, sancti* (!) *Thome* (!) *de Aquino, ordinis fratrum Predicatorum, de mandato Urbani pape quarti*). Inc. (f. 39ᵛ) *Huius sacramenti figura precessit.* Des. *ipse satietas et exultatio quiescentium beatorum. Ad quem* (!) *nos bona perducat*, etc. Praemittitur prologus, seu bulla Urbani IV (Bullarum collectio, ed. cit., tom. III, Romae 1740, p. 414-416). ³ (f. 41ᵛ). *Sermo* de festo corporis Christi. Inc. *Hodierne festiuitatis siue celebritatis, fratres karissimi, memoria letabunda nos admonet.* Des. *et panem in regno Patris gustaturus. Prestante Domino nostro Iesu Christo, cuius uirtus et imperium permanet sine fine in secula seculorum. Amen.* ⁴ (f. 43ᵛ). ⟨Officium Missae⟩ pretiosi corporis et sanguinis D. N. Iesu Christi; abrumpitur in v. sequentiae: *In hac mensa noui regis, nouum pa⟨scha⟩* (tom. XVII ed. cit. s. Thomae Aquinatis, [p. II] f. 42ᵛ; in ms. nomen auctoris omissum fuit).

6 (f. 45). ⟨Lectionarium suppletivum de tempore et de sanctis⟩. Inc. *In natiuitate Domini, ad matutinum lectio IIII. Saluator noster, dilectissimi, hodie natus est; gaudeamus.* Des. *non humane deuotionis, sed diuine dignationis.*

7 (f. 69ᵛ). Vita s. Euphrasiae virginis (Biblioth. hagiographica latina, s. Euphrasia, n. 1).

Codex ante medium saec. XV charactere gothico-rotundo exscriptus. Tituli rubri; litterae maiores et maximae rubro et caeruleo colore depictae. Post f. 43 duo saltem folia avulsa fuerunt; f. 44 vacuum; folii 78 lacinia tantum superest; quod sequebatur folium excisum et avulsum. F. 2ʳ, manu recentiore, titulus: *Incipit uita egregij et angelici doctoris*, etc. In tegumenti dorso, aureis litteris: *De Tono / legenda / S. Thomae.*

Tegumenti tabulae corio nigri coloris recens obductae, bullis fibulisque, quarum una periit, instructae sunt.

10154. Saec. XIV, membran., mm. 264 × 190, ff. 87.

⟨**S. Ioannis Climaci** Scala Paradisi a b. Gentile Fulginiensi in italicum idioma translata⟩ (in ms. manu recentiore: *Io. Abbas De perfectione spirituali*). Textus abrumpitur in v. *De le otto malitie, li spiriti, li cinque combateno con li quiescenti* (ed. A. Ceruti, *La scala del Paradiso di s. Giovanni Climaco*, Bologna 1874, p. 19, lin. 15 - 444, 17).

Codex charactere gothico-rotundo binis columnis diligenter exaratus est. Tituli et paragraphi minio depicti; litterae maiores et maximae item minio, sed interdum flavo colore ornatae; reliquae initiales atramento exscriptae et flavo tactae colore.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Placidi Mariae Schiaffino card. bibliothecarii.

10155 (olim 10174). Saec. XV, membran., mm. 260 × 171, ff. 72.

S. Gregorii Nazianzeni orationes complures, ⟨Rufino interprete⟩ (edita est haec versio Argentinae an. 1508 per Ioannem Knobluc).

1 (f. 1). De natali Domini. Inc. *Christus nascitur, gloriamini.* Des. *Videas Deum, ut uideri possibile est, Deum, quem in trinitate ueneramur,* etc. (cf. Migne, Patr. Graec. 36, 312-334). 2 (f. 9). De luminibus. Inc. *Iterum Yhesus.* Des. *ut clarius et inlustrius lux uestra fulgeat coram hominibus,* etc. (cf. M. ibid., 336-360). 3 (f. 19). ⟨In seipsum⟩ cum de agro reverteretur. Inc. *Desiderabam uos, o filij, quia et pari mensura desiderabar.* Des. *qui te recte hic quesierunt uita et fide probabili,* etc. (cf. M. ibid., 35, 1228-1252). 4 (f. 28). ⟨Ad cives Nazianzenos⟩ de dictis Hieremiae prophetae, ante imperatorem. Inc. *Ventrem meum, uentrem meum doleo.* Des. *et in presenti et in futuro misericordiam speramus,* etc. (cf. M. ibid., 964-981). 5 (f. 33ᵛ). De Pentecoste et de Spiritu sancto. Inc. *De sollempnitate huius diei pauca dicenda sunt.* Des. *qui est uera et uiua festiuitas et exultatio sanctorum, cum quo est Deo Patri gloria et potestas cum Spiritu Sancto,* etc. (cf. M. ibid., 36, 428-452). 6 (f. 42). De reconciliatione et unitate monachorum. Inc. *Linguam nostram soluit alacritas.* Des. *Pax autem Dei, que superat omnem mentem, custodiat corda uestra in Christo Yhesu Domino nostro,* etc. (cf. M. ibid., 35, 721-752). 7 (f. 52). De grandinis vastatione. Inc. *Quid laudabilem soluitis ordinem.* Des. *quem fructificauit primo in Christo Yhesu Domino nostro,* etc. (cf. M. ibid., 933-964). 8 (f. 61ᵛ). De fide ⟨Nicaena⟩. Inc. *Fides conscripta apud Niceam recte credentibus episcopis. ccc.xviij. Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, uisibilium factorem.* Des. *Hunc enim tractatum scimus contra omnes hereses inuicta ueritate oppositum. Amen* (maxima pars edita est in Spicilegio Casinensi, I, p. 1-12).

Codex initio mutilus, si inscriptioni folii 1 fidem adhibemus, quae haec est: *Explicit Appologeticum. Incipit liber II de natali Domini* (sequitur, alia manu et in rasura, *Gregorii Nazianzeni*). Scriptura usque ad folium 9ʳ gothico-rotunda calligraphica; inde a folio 9ᵛ fere currenti calamo exarata. Tituli minio; litterae initiales auro illitae, frondibus pro ingenio intextis distinctae. Ornamentum tripartitum, auro variisque coloribus folio 1ʳ adpictum, in media parte inferiore scutum praebet (gallus in pagina flava); in ventre primae initialis divinus infans depictus cernitur; in margine sup. eiusdem folii nota numeralis *29* plumbo exarata, et nota *10174*, qua olim codex signatus fuit. F. 72ᵛ vacuum.

In tegumento tesserae gentiliciae Leonis XIII et Placidi Mariae Schiaffino card. bibliothecarii.

10156 (olim 10175). Saec. XIV-XV, membran., mm. 239 × 172, ff. 49.

S. Hieronymi opera duo.

1 (f. 1). ⟨Liber de viris inlustribus⟩, capitulis post prologum omissis additoque (ff. 30-31[r]) indice nominum, litterarum ordine digesto (ed. Richardson, p. 2-56). Des. *et ad Panmachium apologeticum et epitaphium.* 2 (f. 32). Vita s. Hilarionis abbatis (Biblioth. hagiogr. lat., s. Hilarion, n. 1).

Codex rescriptus est; sed antiquioris scripturae pauca tantum vestigia supersunt, ut, ex. gr., in foliis 46[v] et 48[v]. Tituli desiderantur, itemque graeca verba, spatiis ad ea excipienda vacuis relictis. Littera initialis prima auro illita et coloribus distincta; ceterae, rubro et caeruleo colore alternis depictae, violaceis et rubris lineolis alterna vice exornatae sunt. F. 31[v] vacuum. In marg. inf. folii 1[r], manu paulo recentiore, nomen *Fortunatus;* in marg. autem sup., manu recenti, nota numeralis *30* plumbo exarata, et, alia manu, nota *10175*, qua codex olim signatus fuit.

In tegumento tesserae gentiliciae Leonis XIII et Placidi Mariae Schiaffino card. bibliothecarii.

10157. Saec. XVII, chart., mm. 201 × 151, pp. VI-148.

Historia della vera vita di Giulio Mazarini Card., descritta da persona sua domestica che l'ha conuersato da fanciullo alla morte. Inc. *Quanto difficile sia portare al racconto d'un soggetto inalzato dalla fortuna alla notitia d'ogn'uno, ogni intendente se lo può imaginare.* Des. *Prega il Parlamento a mantenere questa sua ultima uolontà contro li contrafacenti al detto suo uolere, etc.*

Paginae I. II. IV. VI. 148 vacuae. In priore tegumenti tabula calami probationes; nomen *Don Pietro Faccio da Treuiso;* et in chartula adglutinata nomen Angeli Da Re, sacerdotis dioecesis Tarvisinae, qui librum Pio X dono dedit.

Integumentum ex charta spissata, obtecta membrana.

10158 (olim 10184). Saec. XVII-XVIII, chart., mm. 190 × 140, ff. 55.

⟨Anonymi⟩ *La mina sventata, overo gl'artifici della Francia scoperti.* Inc. *Mi hauete addimandato un gran saggio della nostra commune amicitia, ricercandomi con ansietà che io ui dichi* (!) *cosa crede la Polonia delle guerre, che hormai uedonsi pronte a scoppiare nella uicina Ungheria.* Des. *Alla quale risolutione del Re bisognerà che ubbidisca senza niuna appellatione.* Inseruntur varia documenta, quorum index sequitur: [1] (f. 34) *Discorso del Residente Cesareo Zierouischi pronuntiato in publica audientia in presenza del Ser.[mo] Re di Polonia, presenti li ministri del Re Christianissimo e degli altri Prencipi, a Jacoroua 6 Ottobre 1683;* [2] (f. 37[r]) *Memoriale del Residente Cesareo Zierouischi presentato a S. M. e letto in publica audienza a Jacoroua VI Ottobre M.D.LXXXII;* [3] (f. 48[v]) *Lettera del Techeli a Du Vernay,* dat. *Dal Campo di Flech, 18 7[bre] 1682;*

[4] (f. 51v) *Lettera di Pietro Saiel, Comandante di Cassonia, a Du Vernay,* dat. *Cassonia, 27 Sett. 1682.*

Ff. Iv. 33v. 44v vacua. In tegumenti fronte nomen Angeli Da Re, ut in cod. praecedenti. Tegumentum ex charta spissata.

10159 (olim 10178). An. 1468 (cf. f. 68), chart., mm. 215 × 139, ff. III-73.

L. Annaei Flori Epitomae de Tito Livio bellorum omnium annorum DCC libri I-II (in ms. *L. Anei Flori de hystoria Romana*). Opus in quattuor libros divisum est, quorum II inc. a I, 3; III a I, 18; IV a II).

Ff. 68v-71 a quodam Petrarchae imitatore conscripta carmen italice continent, vulgo « *canzone* », quod inc. *Io uo pensando, e nel penser m'assale / dolor sì graue in me del stato mio,* et des. *chi de sua libertà se stesso spoglia.*

Foliis I-IV. 71v-73 haec insunt: [1] (ff. I-II. 71v-73r) ⟨carmen versibus octonis undecim syllabarum in laudem Francisci Venier, Venetorum ducis, an. 1554-1556⟩ (inc. *Nanti al vostro conspetto in ch'io pur spero,* des. *dil ben fatta* (?) *Vinetia eterna...*); [2] (f. IIIr) epistula cuiusdam P. Antonii P. (inc. *La vera fede,* des. *di casa agli 20 Maio del 50,* scil. 1550); [3] (ff. IIIv-IVv) prologus in repraesentationem s. Catharinae, soluta oratione, saec. XVI conscriptus (inc. *Deuotione. Celebrino li infedeli le favole de falsi Dei, cantino li mondani le uittorie del mondo... Voi, anime donate a Dio, uoi, vergini consacrate al Signore, rapresentateui nanti alli occhi sempre in uarij modi le corone,* des. *Quelli atti, che si possono con bon modo introdure, tutti li uedrete, e quelli che non si possono farui uedere ui seranno recitati: non ui dirò altro: ascoltate con diligenza e devotione, che Dio ui benedica*); [4] (f. 71v) prima perscriptio epistulae, quae inc. *Si ad te omnes undique tanquam ad oraculum in rebus dubijs.*

Codex fere currenti calamo, sed diligenter exscriptus. Tituli violaceo colore; litterae initiales, praeter primam variis coloribus ornatam, rubro et caeruleo colore alterna vice depictae. Folium I priori tabulae tegumenti adglutinatum; f. 73 posteriori. In marg. folii IIr, Henricus Stevenson iunior adnotavit: *Codice trovato da me fralle carte dei Maurini; non pare che abbia nulla che vedere con quelle. 5 Giugno 1885. E. S.;* in marg. folii IVv, manu saec. XVI, notula: *Patauij pro 20 R;* in margine folii 1r stemma erasum, in quo conspiciuntur vestigia duarum alarum, quarum altera rubra et altera caerulea.

Tegumentum flexibile ex membrana.

10160 (olim 10179). Saec. XVIII, chart., mm. 235 × 165, pp. XIV-191 (+ 8a. 8b. 32a. 32b 34a. 34b. 42a. 42b. 70a. 70b. 76a. 76b. 86a. 86b. 120a. 120b. 126a. 126b. 138a. 138b. 176a. 176b).

Volumen fere totum impressum continet **Iosephi Garampi** dissertationem de nummo argenteo Benedicti III Pont. Max., quae Romae edita fuit anno 1749.

Exstant in marginibus et in schedulis quae compluribus interiectis foliis adglutinatae sunt correctiones notulaeque ipsius auctoris manu. Praemittuntur (p. V-VIII) P. Rusteni Heer epistula ad I. Garampi, data Crozinga, die VII Aug. 1762 (inc. *Quanto laetitiae sensu*) et (p. XI-XIV) excerptum recensionis, quam de Garampi opere scripsit Ioh. David Koehler (*Historische Münzbelustigungen*, XX, p. 311). Libro expleto, subnectuntur (p. 179-181) Alexii Mazzocchi epistula ad Garampi, data Neapoli, die XV Martii 1760 (inc. *Il raffreddore lunghissimo da me sofferto*), et (p. 184-187) epistula cuiusdam fratris Laurentii Bononiensis ad Franciscum Mariam Riccardi ab epistulis visitationis Apostolicae, data *Rimini, le Grazie, 18 7^{bre} 1748* (inc. *Oltre le Messe trenta votive*).

Foliorum interpositorum paginae complures vacuae. Pag. III schedulam praebet impressam: *Ex Bibliotheca Josephi Garampii;* p. V notulam; pp. 182. 184. 188. 190 notabilia continent, quae in eodem Garampi opere occurrunt.

Tegumentum ex charta spissata, membrana obtecta.

10161. Saec. XVII, chart., mm. 274 × 198, ff.

⟨**Anonymi**, facile **Caroli Carafa** episcopi Aversani et nuntii Apostolici apud Imperatorem Ferdinandum II, ab an. 1621 ad 1628, De imperio occidentis notitiae variae⟩, praevio indice. Inc. *Lo stato dell' Imperio circa li suoi confini ha hauuto in diuersi tempi uariatione grande d'augumento e decremento.* Des. *perché Sua Maestà ha saputo cose di gran rilieuo, e sono state ritenute lettere che conteneuano particolari di gran conseguenza.*

Folium primum et ultimum vacua. In marg. infer. folii 2^r stemma nescio cuius praelati sigillo expressum. Tegumentum flexibile ex charta, membrana obtecta.

10162 (olim 10182). Saec. XVI ex., chart., mm. 260 × 202, ff. 542.

⟨**Ioannis Burchardi**⟩ Diarium ab anno 1492 ad annum 1503 (in ms. *Vita et facinora Alexandri 6*). Inc. *Dominica prima aduentus secunda die Xmbris.* Des. *corpus dicti Cardinalis defuncti paratum* (ed. Thuasne, Iohannis Burchardi Argentinensis capelle pontificie sacrorum rituum magistri Diarium sive rerum urbanarum commentarii, Paris, 1883-1885, vol. 2, p. 8 - vol. 3, p. 238).

Sequuntur: [1] (f. 527^v) Alexandri VI litterae adversus Hieronymum Savonarolam (ed. ap. Raynaldum, Annales ecclesiastici, tom. XI, Lucae 1754, p. 286-287); [2] (f. 530) eiusdem Alexandri VI litterae ad Hieron. Savonarolam (loc. cit., p. 287); [3] (f. 531^v) responsio Savonarolae ad Alexandrum VI (loc. cit., p. 287-291).

Inseruntur initio codicis: [4] (f. 1) epistula Antonii Felicis Zondadari cardinalis ad Angelum Mai, data *Siena, 2 7mbre 1822,* addito elencho nonnullorum

codicum ad card. Zondadari olim spectactium; [b] (f. 4r) prima perscriptio epistulae Angeli Mai ad anonymum card., data *10 7bre 1822.*

Duplex foliorum enumeratio; recentem typis expressam secuti sumus. Ff. Iv. 296v. 393 vacua. Foliorum margines lemmatis conspersi; in f. Ir, manu A. Mai: *5632. A. Ex dono Eñi Card. Zondadarii Archiepiscopi Senensis anno MDCCCXX;* in priori tegumenti tabula nota numeralis *10261*, qua liber post A. Mai signatus fuit.

In tegumenti dorso stemmata Pii X et Alphonsi Capecelatro card. bibliothecarii.

10163. Saec. XIX, chart., mm. 246 × 180, ff. 128.

<Angeli Mai Adversaria, in quibus occurrunt notulae de codicibus Bibliothecarum Vaticanae, Vallicellanae et Chisianae, variantes lectiones, prima perscriptio nonnullarum epistularum>, etc.

Codex autographus. Paginae complures vacuae. Tegumentum ex charta spissata, cum dorso ex corio.

10164 (olim 10164). Saec. XVIII in., chart., mm. 197 × 137, pp. I-117.

Epiphanii Davanzati Collectio inscriptionum ecclesiarum urbis Romae, quarum index sequitur: **Sancta Praxedes** (p. 1-37); **S. Antonius** (p. 38-40); **S. Vitus** (p. 40-42); **S. Eusebius** (p. 43-45); **Sancta Bibiana** (p. 46-51); **S. Martinus** (p. 51-54); **S. Silvester et S. Martinus** (p. 55-72); **Sancta Crux** (p. 73, 74-76); **Sancta Lucia in Silice** (p. 84); **S. Petrus ad Vincula** (p. 85-98); **S. Franciscus de Paula** (p. 99-103); **Purificatio** (p. 104); **S. Laurentius in Panisperna** (p. 105-106); **S. Bernardinus** (p. 106-107); **Sancta Agatha** (p. 107-110); **SS. Dominicus et Sixtus** (p. 109-110); **Sancta Maria Maior** (p. 111-114). Titulus codicis est: *Nota inscriptionum tum ueterum, tum modernarum, quę in Ecclesijs Almę Urbis Romę reperiuntur, incepta anno 1703 circa finem Augusti a P. D. Epiphanio Dauanzati Florentino monacho Vallumbrosano, collegij S. Praxedis magistro, prosequenda, et fortassis etiam terminanda illa temporis breuitate, quam sibi permittet studij theologię scholasticę quotidianum exercitium.*

Inter paginam 73 et 74 folium insertum est, in quo duae inscriptiones ecclesiae S. Eusebii alia manu exscriptae sunt. Paginae 77-83 vacuae. In parte inf. paginae I possessoris nomen: *D. Benigni Dauanzati Abb. Vallis Umbrosę / Fratris carnalis eiusdem scriptoris, ut supra,* et nota *9926* cancellata, qua primitus codex signatus fuit.

Tegumentum flexibile ex charta, membrana obtecta.

10165 (olim 10180). Saec. XIX, chart., mm. 312 × 225, ff. 16.

Descrizione di una tavola lapidea contenente una collezione di marmi antichi rinvenuti negli scavi del Monte Palatino, e dedicata alla Santità di Nostro Signore Papa Pio IX.

F. 16v vacuum. In tegumenti tabulis stemma Pii IX, cui hoc exemplar oblatum fuit.

10166 (olim 10181). Saec. XIX, chart., mm. 462 × 310.

Species tabulae, de qua in codice praecedenti.

In tegumento stemma Pii IX, ut in cod. praecedenti.

10167 (olim 10186). Saec. XIX, chart., mm. 272 × 202, pp. 566.

Memorie romane del beatissimo Prencipe degli Apostoli S. Pietro devise in tre parti. Nella prima si tratta de' luoghi resi venerabili in Roma dalla sua presenza. Nelle altre due di molte notizie spettanti all' istesso Apostolo, dove si spiegano molte e divote, sacre e recondite erudizioni, di F(rancesco) M(aria) T(orrigio) R(omano).

Volumen exscriptum fuit ex autographo Vat. 10185. Tegumentum ex charta spissata, cum dorso et angulis membraneis.

10168 (olim 10188). An. 1874, chart., mm. 272 × 203, pp. XII-154.

All'opuscolo intitolato « È stato mai a Roma l'Apostolo Pietro? 2ª edizione » Risposta, con la confutazione della dottrina degli Evangelici, per Gio. Prof. Gatti Romano. Con approvazione ecclesiastica. Roma, 1874.

In altero custodiae folio scriptum legimus: *Donato alla pontificia biblioteca Vaticana. Roma, 18 Aprile 1883. Gio. Gatti;* in pag. 154 nota temporis, quo liber ad finem deductus fuit: *25 9mbre 1874,* et paulo inferius: *N. B. Le correzioni e note sparse per l'opuscolo sono state fatte nel 1887. Gio. Gatti.*
Tegumentum ex charta spissata, cum dorso ex corio rubri coloris.

10169 (olim 10189). Saec. XIX, chart., mm. 336 × 216, ff. VI-311.

Index carminum Francisci Cancellieri (in tegumenti dorso: *Manoscritti in versi autografi ed inediti dell'abbate F. Cancellieri*). Sunt schedulae numero 6167; in unaquaque schedula, si ultimam excipias, titulus et initium unius carminis.

In summo margine folii I^{r} nota numeralis *33*, plumbo exarata; in marg. inf. f. VI^{r}: *Trovato nella casa del Profes. Tessieri.* Tegumentum ex charta spissata, membrana obducta.

10170 (olim 10190). Saec. XVII, chart., mm. 270 × 199, pp. XII-96.

Felicis Contelorii Vita Martini Quinti (ex hoc cod. auctor ipse, paucis mutatis, opus typis mandavit Romae an. 1641).

Codex correctionibus refertus, manu ipsius auctoris. Inter paginam 74 et 75 charta inserta est, nulla enumeratione distincta. Paginae I. II. XII. 84. 90. 94-96 vacuae. In marg. inf. p. III card. A. Mai adnotavit: *Stampata in Roma 1641.*
Tegumentum flexibile ex charta, membrana obducta.

10171 (olim 10191). Saec. XIX, chart., mm. 254 × 184, ff. XVII-351.

Descendentiae Capituli sacrosanctae Vaticanae Basilicae, quomodo unus alteri successit a temporibus Sixti IV an. MCDLXXX fideliter accurateque collectae per Jacobum Grimaldi, olim dictae Basilicae archivistam et clericum beneficiatum, quas Josephus Costerrenus, eiusdem Basilicae beneficiatus, transcripsit anno MDCCCXXIX et continuavit ad an. MDCCC... Praemittuntur: [1] (f. III) *Cathalogus Cardinalium Archipresbyterorum Basilicę S. Petri, ab origine ipsorum sub Benedicto IX* (an. 1035) ad an. 1843*;* [2] (f. VII) *Nomina Revendissimorum Vicariorum Basilicę S. Petri,* ab an. 1531 ad annum 1853 [3] (f. IX) *Nomina S. R. E. Cardinalium, qui Canonici fuerunt, ab anno circiter 1476* ad an. 1868; [3] (f. XII) *Nomina Episcoporum, qui Canonici fuerunt, in hoc libro contenta, ab anno 1470* ad an. 1893.

Hic illic additamenta, manu praesertim Henrici Debellini, qui, an. 1852 (cf. f. 177ʳ), in ordinem Beneficiariorum cooptatus fuit. Multae paginae vacuae. In folio Iʳ: *Emptum ex libris R. D. Henrici Debellini;* in priori tegumenti tabula nota numeralis *9911*, qua volumen primitus signatum fuit.

Tegumentum ex charta spissata, cum dorso et angulis membraneis.

10172 (olim 10192). Saec. XVIII, chart., mm. 255 × 188, ff. V-301.

Memorie istoriche de fatti più notabili succeduti in Roma nell anni 1708 e 1709 circa le note emergenze nelle corti di Roma, Vienna, Barcellona e Napoli, registrate dall'abbate Antonio Fiocca di Catanzaro, aiutante di studio dell'Emo S.ʳ Card. Bichi, dedicate al merito impareggiabile di Monsignore Albani, nipote degnissimo di Nrõ Sig.ʳᵉ Papa Clemente XI, destinato Nunzio straordinario a Principi Cattolici. Parte prima con l'indice o sia ristretto in fine di tutte le materie contenute nel libro fino al 10 7bre 1709. Inc. *Due sono (come si ua discorrendo) le cause.* Des. *con atti di singolarissima stima e particolarissime finezze.* Praemittitur (f. IV) epistula nuncupatoria, dat. *Roma, 10 Sett. 1709.*

Ff. Iʳ-II. IIIᵛ. Vᵛ. 288ᵛ. 298-301 vacua. In tegumenti dorso nota numeralis *39*, qua codex olim quoque signatus fuit.

Tegumentum ex charta spissata, membrana obducta.

10173. Saec. XVII, chart., mm. 298 × 211, ff. II-255 (+ 33ᵃ).

⟨**Anonymi** Conclave seu historica narratio de Alexandri VIII, Ottoboni, electione⟩. Opus in tres partes distributum. Pars prima inc. (f. 38) *Era succeduta dopo lungo e lento male la morte di papa Innocenzo Undecimo.* Pars tertia des. *la viua e vera idea del Romano Pontefice nel Vaticano.* Singulis partibus

argumenta praemittuntur. Praeeunt: [1] (f. 1) *Dedicazione dell'opera all'Emo e Rmo Sig^r il Signor Cardinal' Otthoboni* (inc. *Quest'opera se non in dono a Vostr'Eminenza*); [2] (f. 9) *Discorso a lettori* (inc. *A colui che trattando la penna invece d'inchiostro*); [3] (f. 34) *Introduzione e divisione dell'opera* (inc. *Ne' due ultimi precedenti conclaui anno auuto luogo*).

Codex satis accurate ab uno librario exscriptus, praeter ff. 175-178, 186-188 veterum foliorum frustulis adglutinata (cf. ff. 174, 179). Correctiones et additamenta nonnulla inter lineas et in marginibus, alia manu eiusdem aetatis, sed currenti calamo. Tituli et litterae initiales olim aurata; auri tamen nonnisi vestigia exstant. Singularum partium argumenta et cardinalium nomina, praesertim Ottoboni familiae, litteris maioribus erectis exarata sunt. Margines superiores ff. 1-172 madore pessumdati, sed accurate refecti. In summo margine f. 1 n. *352* plumbo signatum leges, et inferius litteras *A . S.* consertas; in imo margine eiusdem f. 1, manu saec. XVIII: *MSS Di C. 260* et sigillum card. Xaverii Gentili. Foliorum enumeratio duplex, recentiorem in imis marginibus typis impressam secuti sumus. Ff. I-II, 8, 33^v, 99, 149, 252^v, 255 vacua.
Integumentum chart. recens refectum obductum est corio castaneo aureis ornamentis distincto.

10174 (olim 10195). Saec. XVII-XVIII, chart., mm. 304 × 216, pp. X-626.

⟨Anonymi⟩ *De iurisdictione ecclesiastica et saeculari in regno Neapolitano,* **italice. Inc.** *Il sacrosanto Sinodo et ecumenico Concilio tridentino in molte sessioni e capi d'esso dispose.* Des. *delle quali esattioni il regio fisco non partecipa in questo regno cosa alcuna.* Liber facile concinnatus fuit ex codicum collectione Bartholomaei Chioccarello regiam iurisdictionem in regno Neapolitano respicientium (cf. ⟨Gio. Carlo Chino⟩, *Archivio della reggia giurisdizione del regno di Napoli ristretto in codice compendioso,* In Venezia, 1721); idemque sexdecim constat capitibus, quorum tituli: [1] de Concilio Tridentino, [2] de stauritis, [3] de cappellano maiori, [4] de collectis, [5] de concubinatu, [6] de decimis in foro saeculari petendis, [7] de literis hortatoriis ad episcopos, [8] de iure patronatus, [9] de casibus mixtis, [10] de contributionibus clericorum, [11] de Bulla in Coena Domini, [12] de regio exequatur, [13] de spoliis, [14] de ritibus Vicariae, [15] de decimis realibus, [16] de fabrica S. Petri.

Paginae I. II. IV. VI. VIII-X. 624-626 vacuae; III exhibet stemma impressum Iosephi Vallemani, card. († 1725); V capitum indicem. In tegumenti dorso, praeter titulum, nota numeralis, qua olim liber signatus fuit.
Tegumentum ex charta spissata, membrana obtecta.

10175 (olim 10196). An. 1788 (cf. p. III), chart., mm. 284 × 198, pp. VII-167.

⟨F. M. F. A.⟩ *Compendio delle scritture dell archivio della reale giurisdizione del regno di Napoli, già di commissione regia, raccolte ed in più volumi*

distribuite da Bartolomeo Chioccarello, sopra la materia risguardante le investiture del detto regno, con una serie per ordine cronologico delle medesime e con un discorso preliminare umiliato alla Santità di N. Signore Papa Pio VI felicemente regnante nell'anno MDCCLXXXVIII (cf. Gio. Carlo Chino, *Archivio* cit.). Liber in tres partes distinctus; prima inscribitur *Discorso preliminare*, agit de codicum collectione Bartholomaei Chioccarello deque iuribus apostolicae Sedis in regnum Neapolitanum, inc. (p. 18) *Una delle maggiori premure*, et des. *deve publicamente e solennemente effettuarsi*; altera, praevio titulo *Compendio delle divisate scritture contenute nel tomo primo intitolato delle investiture del regno di Napoli fatte da romani pontefici*, inc. (p. 58) *Onorio PP. IV con Bolla in data li 18 Ottobre 1285*, et des. *e tutte le altre contenute nella Bolla dell'investitura data precedentemente da Giulio II (Fog.° 346 ter. a 349)*; tertia, praefixo titulo *Serie per ordine cronologico delle investiture del regno di Napoli fatte da romani pontefici tanto col titolo di ducato di Puglia e di Calabria, quanto col titolo di regno, risultanti dalle scritture dell'archivio della reale giurisdizione del detto regno, già di commissione regia raccolte da Bartolomeo Chioccarello e poi publicate con indice impresso in Venezia nell'anno 1721*, inc. (p. 146) *Roberto Guiscardo fu investito nel 1059 col titolo di duca di Puglia*, et des. *e condizioni nelle solite forme*. Praemittuntur (p. V) epistula nuncupatoria Pio VI (quae inc. *Li presenti fogli* et in qua auctor se subscribit initialibus tantum *F. M. F. A.*) et (p. 1-16) contentorum index.

Codex illud ipsum est exemplar quod Pio VI oblatum fuit: id eruitur ex stemmate eiusdem Pontificis, quod occurrit tum in paginis III et 58, tum in tabulis tegumenti. Paginae I. II. IV. 17. 57. 145. 165-167 vacuae.

Tegumentum ex corio aureis ornamentis distinctum.

10176 (olim 10197). Saec. XVII, chart., mm. 270 × 200, pp. VI-482.

Scritture sopra la pretesa monarchia di Sicilia (cf. *Istoria della pretesa monarchia di Sicilia*, Roma 1715). Inc. *Perché nel regno di Sicilia la maestà del Re cattolico*. Des. *che li suoi humili e fedeli scrittori desiano*. Codex, inter alia, continet: **1** (p. 14). *Scrittura prima data al marchese* ⟨*de las Navas Pietro di Avila*⟩ (inc. *Sanctissimus Dominus noster ad nominationem serenissimi Regis Catholici*; des. *ac si facta non fuisset*). **2** (p. 16). *Risposta data dal marchese alla sopradetta scrittura* (inc. *Quoad 1*[m] *caput ser.*[mus] *Rex Catholicus permittet*; des. *quę in nota iam exhibita continentur*). **3** (p. 23). *Della monarchia di Sicilia e della giurisditione ecclesiastica nel regno di Napoli nostro* (inc. *Monarchia principatus dicitur unius in omnes*; des. *et ne dum ipse Martinus iurisdictionem*, etc.).

4 (p. 35). ⟨Preces ad pontificem ut cleri iurisdictionem defendat in regno Neapolitano⟩ (inc. *Beatiss.^{mo} e Santiss.^{mo} Padre, Si supplica la S.^{tà} Vostra che uoglia hauer a memoria di prouedere;* des. *secondo la dispositione delle cose che trouasse*). **5** (p. 47). ⟨Emmanuelis de Quelo, ep. Cephaludensis⟩, *De iudice et ordine procedendi in tribunali quod vocant monarchiam regni Siciliȩ* (inc. *El tribunal della monarchia de Sicilia y lo que e nel se truba* (!) *es lo seguiente;* des. *era abuses en este tribunal*). **6** (p. 58). Leonardi Fassar⟩ *De prȩeminentijs ecclesiasticis regni Siciliȩ* (inc. *Scripturus mandato Ill.^{mi} et Excell.^{mi} M. Antonij Colummij;* des. [p. 219] *in glossa magna*). Praemittitur (p. 56) epistula Lucae Sifonti de Heredia, magni tribunalis iustitiae praesidi (inc. *Etsi laude est quisque dignus;* des. *et in me radicem tuȩ charitatis emittere placeat. Vale meique memento*). **7** (p. 231). ⟨Leges quas M. Antonius Columna Regis vices gerens observandas statuit in tribunali regiae monarchiae⟩ (inc. *Sogliono alle volte nel tribunale della regia monarchia;* des. *Li soprascritti ordini si haueranno da osseruare insino ad altr'ordine di Sua Maestà e si registrino all'offitio di protonotario. In Palermo alli 22 di Giugno, X inditione 1583. Marco Antonio Colonna. Ant. Xibecca Prot.*, etc.). **8** (p. 239). ⟨Gulielmi de Centuaria⟩ Tractatus de monarchia mundi (in ms. ... *de iure monarchiȩ*. Inc. *Veritatem et disciplinam meditatum est guttur meum;* des. *a Summo Pontifice, quantum ad hoc Imperatori concessa. Explicatur tractatus de iure monarchiȩ ȩditus a domino fratre Guillelmo de Cremona, ordinis Minorum, sacrȩ theologiȩ doctore Parisiensi famosissimo, episcopo Papiensi;* cf. Sbaralea, Supplementum et castigatio ad scriptores trium ordinum S. Francisci a Waddingo aliisque descriptos, Romae 1806, pag. 319). Sequitur (p. 393) epilogus operis, qui inc. *Prȩcedentis opusculi prima conclusio est*, et des. *et sic quantum ad huiusmodi monarcatum Imperatorem esse subordinatum illi.* **9** (p. 402). *Pragmatica contra tomum XI Annalium Cȩsaris cardinalis Baronii* (inc. *Locum tenens in regno Siciliȩ illustribus, spectabilibus;* des. *se la gratia di sua Maestà si tien cara. Datum Panormi die 17 decembris, indictione 9, 1610. El cardinal Janitin Doria dominus locum tenens generalis mandauit mihi Vincentio Lanfruco M. N. Visa per Ioannem de Vega conseruatorem*). **10** (p. 410). *Relatione in lingua spagnola del Vicerè di Sicilia a S. R. C. M. sopra gl'abusi che si ritrouano nella monarchia di esso regno, per causa di quello che ha mandato alla stampa il cardinal Baronio, e delli rimedij di essi* (inc. *S. R. C. M.; Havemos entendido todo lo que pretiende el cardinal Baronio;* des. *y la Christianidad ha menester. En Paliermo*). **11** (f. 447). *Relatione italiana del presidente nel regno di Sicilia a sua Cattolica Maestà sopra la monarchia di esso regno e delli abusi e rimedij di essi* (inc. *Sacra Cat-*

tolica Real Maestà, La giurisditione ed autorità quale V. Ma.[tà] *usa;* des. *che li suoi humili e fedeli seruitori desiano*).

Paginae I. II. IV-VI. 480-482 vacuae. In pag. III titulus codicis, manu recentiore, et scutum Iosephi Vallemani, card. (cf. cod. 10174); in tegumenti dorso titulus et vetus codicis nota *8440*.

Tegumentum flexibile ex charta spissata, membrana obtecta.

10177 (olim 10198). Saec. XVIII in., chart., mm. 258 × 197, pp. IV-291 (+ 1[a]).

Trattato apologetico dell' interdetto ecclesiastico, nel quale colla storia ecclesiastica, co' sacri canoni e coll'autorità de S. Padri, de teologi e de canonisti si dimostra l'antichità e la giustizia di questa censura, l'obligo di osseruarla ancora quando sourasti dannò grauissimo a chi l'osserua e la necessità di sodisfare alla Chiesa prima d'ottenere l'assoluzione contro molte scritture composte sopra gl'interdetti fulminati da più vescovi nelle loro Diocesi e particolarmente contro una lettera scritta da un teologo sopra l'interdetto della Diocesi di Lecce. Inc. *Comincio col riflettere sopra il sentimento.* Des. *inde in peccatis suis veraciter ligent.* Praemittuntur: [1] (p. 1) excerpta ex Ierem. V, 30-31 et ex lib. IV, cap. 14 operis s. Augustini de doctrina christiana a v. *Auertat Deus* ad v. *audiantur* (cf. M. 34, 102, lin. 19 sqq.); [2] (p. 2) *Argomenti delle riflessioni nelle quali si diuide il trattato;* [3] (p. 8) *Proemio* (inc. *Tra le calamità, che hanno renduto funesto così alla Chiesa, come alla republica il principio di questo secolo;* des. *per manifestare la verità, come a que' popoli per intenderla et approfittarsene*).

Paginae I. II. IV. 1[a]. 287-291 vacuae. In margine inf. paginae III stemma impressum card. Iosephi Vallemani (cf. codd. 10174 et 10176); in tegumenti dorso vetus codicis nota *8447* et titulus *Trattat(o) d. mater(ia) d(ell') interdet(to)*.

Tegumentum flexibile ex charta spissata, membrana obtecta.

10178 (olim 10199). Saec. XVII, chart., mm. 261 × 191, pp. II-140.

Breue relatione del dominio spirituale e temporale del Sommo Pontefice, in sexdecim capita divisa. Inc. *Due* (corr. ex *Tre*) *sono i modi, con i quali si possa considerare il Romano Pontefice, o come prencipe spirituale o come temporale insieme.* Des. *e uanno dal cardinal camerlengo per presentarli il giuramento della fedeltà nel insegnare dogmi approuati dalla Chiesa Cattolica Romana.*

Paginae I. II. 132. 139. 140 vacuae. In tegumenti dorso titulus *Domin(io) spirit(uale) e tempor(ale) del Sommo Pontef(ice)*.

Tegumentum ex charta spissata, membrana obducta.

10179. Saec. XVII, chart., mm. 284 × 205, ff. IV-233 (+ f. 144ª omisso).

⟨**Gasparis Paluzzi**, collectoris sanctae Sedis in Lusitania, Registrum epistularum ab an. 1609 ad an. 1611⟩, italice et hispanice. Epistula prima, ad card. Borghese, dat. *Di Lisbona, adì 2 di 8bre 1609,* inc. *Dal Sig.ʳ D. Ferran Martines Mascarenas;* ultima, ad D. Duarte, dat. *Di Lisbona, X di luglio,* des. *et prego da Dio suprema felicità.*

Ff. I-IV additicia continent tres epistulas sine auctoris nomine, quarum prima ad reginam Britanniae inc. *È uno special presaggio di prosperità alla Gran Brettagna, che Dio abbia conceduto a V. M.ᵗᵃ il partorirle un Principe;* altera ad regem ⟨Iacobum II⟩, dat. *17 Lug.º 88* (scil. 1688), inc. *Il Cielo e la terra sono in giubilo per il principe nato;* tertia, *Alla Regina Doueriera d'Inghilterra,* inc. *So che niuna cosa è stata più a core di V. M.ᵗᵃ*.

Textus ipsius auctoris manu conscriptus et correctionibus auctus: folia I-IV una manus scripsit et alia correxit. Ff. II. IV. 232-233 vacua. Initio inest epistula I. M. Pallotta Francisco Camillo Angelini, dat. *Camerino, 16 Giugno 1856,* in qua mentio fit de codice card. Ioan. Baptistae Pallotta. In parte inter. prioris tabulae tegumenti notula emptionis: *Vendita Pieri, 28 / II 1905,* etc. In tegumenti dorso littera *G*, et, manu recentiore, nota numeralis *59,* quam sequitur titulus *Minute / di Lettere / M. S.;* in fronte: *Registrum literarum.*

Tegumentum flexibile ex membrana.

10180. An. 1470 (cf. f. 111ᵛ), chart., mm. 215 × 143, ff. 114.

⟨**Bartholomaei**⟩ **Platinae** De principe libri I-III (ed. Francofurt, 1608). Liber I inc. *⟨L⟩ycurgus ille Lacedęmonius, cuius tanta fuit auctoritas.* Liber III des. *quam omni ex parte faustam et felicem volumus.* Praemittitur (f. 1) prooemium ad Federicum Gonzaga, quod inc. *Cum essem in Albano uitandi ęstus* et des. *quod ut facias tua ac mea causa te rogo.*

Codex diligenter transcriptus fuit Romae anno MCCCCLXX a Quirico de Prato et emendatus ab ipso Platina, ut docet subscriptio quae haec est: *Platynae liber III et ultimus de Principe transcriptus per me Quiricum de Prato Romę an.º MºCCCCLXXº et emendatus fuit a Platyna propria manu* (verba *Platynae – MºCCCCLXXº* litteris capitalibus rubris; quae autem sequuntur litteris capitalibus nigris adiecta). Tituli minio depicti; litterae initiales librorum et capitum desiderantur, spatiis ad eas excipiendas vacuis relictis. In marginibus passim notabilia rubro colore. Ff. I-IV. 112ᵛ-114 vacua; in f. 112ʳ ratiunculae.

Libri custodia membranacea titulum praefert notamque *8.22* (?).

10181 (olim 10202). Saec. XVII, chart., mm. 200 × 135, ff. II-424 (– f. 414 omisso).

1 (f. 1). ⟨**Anonymi** (fortasse **Angelici Veralli**)⟩ *Lectiones in septem psalmos David* (ita in ms., sed textus medio et fine mutilus respicit tantum psalmos paenitentiales 1-4, vers. 6). Lectio I per modum prooemii inc. *Psallite Deo nostro,* etc.

In questo breue sì, ma ad ogni modo altretanto pieno et misterioso uerso del psalmo 46. Lectio ultima, quae est LV, des. *salutiamola donque tutti, et diciamo Aue Maria.* Lectiones XLI. LII. LIV desiderantur.

2 (f. 335). *Expositio in modum lectionum super librum Sapientię Salomonis fratris Angelici Veralli Romani, cępta enucleataque ad populum in die Ascensionis D. N. et per totum annum 1604 in Ara cęli, discedente ad(modum) Reu. P. fratre Marco ab Antico. Lectio prima per modum prefationis et excusationis* inc. *Stauasi il S.to Moise spensierato.* Lectio XIV, quae et ultima est, des. (f. 413) *non hauea ancora in questa opera da resplendere la bontà?... Vidit cuncta que fecerat Deus, erant ualde bona,* etc.

3 (p. 399). ⟨**Anonymi** (fortasse **Angelici Veralli**)⟩ *Lettioni sopra l'Apocalipse.* Lect. I inc. *Apocalipsis Iesu Christi ... In ogni espositione concorrono cinque cose.* Lectio II, quae et ultima est, des. (f. 397v) *facciamo pur noi dadouero, che senz'altro la sentiremo. Amen.*

Paginae multae vacuae; singula folia umore maculata. Foliorum ordo turbatus sic restituendus: 390. 416-417. 407-415. 399-406. 391-398. 418. F. Ir nomen proprietarii: *Ego Franciscus Bellomus;* IIr *tabula lectionum,* non integra. In tegumenti dorso, manu saec. XVII: *F. A. Lectiones in Psalm. et Sapi(entiam),* et manu recentiore: *Bellomo, manoscritto.*

Tegumentum flexibile ex charta, membrana obtecta.

10182 (olim 10203). Saec. XVII, chart., mm. 209×150, pp. II-300 (+ pp. 140a. 158a).

⟨**Anonymi**⟩ *Chirurgiae rationalis praelectiones,* quinque libris. Liber primus agit (p. 8) de tumoribus, alter (p. 184) de vulneribus, tertius (p. 240) de ulceribus, quartus (p. 256) de fracturis, quintus denique (p. 274) de luxationibus. Liber I inc. *Inter morbos externos primum sibi vindicat locum tumor, utpote qui interdum solus nascitur, sepissime reliquas comitatur affectiones.* Liber V des. *Quapropter jam satis de luxationibus, nec non de tota synopsi chirurgica, et Deo ter optimo Maximo Creatoris Deipareque sit laus, honor et gloria.* ⟨Prooemium⟩ inc. *Chirurgia, medicinę pars prestantissima, vetustissimis temporibus celebrata fuit,* et des. *qui tumores, vulnera, ulcera, luxationes et fracturas complectuntur. Sit igitur.* In paginis 266-298 index, seu *Ordo librorum et capitum.*

Paginae II et 300 vacuae. In pagina I nomen *Mascagni.* In tegumenti dorso stemmata Pii X et Alphonsi Capecelatro card. bibliothecarii.

10183. An. 1685, chart., mm. 190×128, ff. 273.

In universam Aristotelis logicam disputationes ⟨scriptae *ab* Ignatio Adriano, anno 1685⟩. Inc. *Quamuis inuestigare naturam et essentiam logicę non pertineat ad ipsam logicam.* Des. *veluti si consideraretur circulus aureus, uel albus, uel niger. Atque hęc de logica.*

Codex currenti calamo et minuto charactere scriptus. Folia quamplurima tela tenuissima refecta sunt. Foliorum enumeratio duplex; recentem typis expressam secuti sumus. Ff. 33^{v} et 134^{r} vacua. Folii 122 lacinia tantum superest. Folio 1^{r} *Ego Ignatius Adrianus mea manu propria. Anno 1685;* 1^{v} *Io Ignatio Adriano manu propria, feci la presente l'anno 1685, che io haueuo compiti anni venti, etc.*

In tegumenti dorso stemmata Pii X et Alphonsi Capecelatro card. bibliothecarii.

10184 (olim 10205). An. 1811, chart., mm. 196 × 135, ff. I-127.

Institutiones medicinę praticę acceptę a Dm.° Giovanelli anno 1811 a ... Petro Sterbini. Caput I, de morbis capitis, inc. *Inter humani corporis partes nobilissimam caput esse adeo clare patet ut nemo possit id inficiari.* Caput XII, de Tarantismo, mutilum des. *Duo uero admirationis digna in hoc morbo occurrunt: primum quidem est, quod etiam si per efficaciora remedia abundantissime promoueantur sudores, nequaquam per sudores emissos ęger sanatur, qui sudoribus per saltationes promotis liberaretur.*

Codex a Petro Sterbini exscriptus. Ff. I^{v} et 127^{v} vacua. F. I^{r} titulus, notula: *Questo Sterbini fu uno de' più accaniti Repubblicani del 1849. Nacque a Vico d'Alatri,* calami probationes, nomen proprietarii *Domenico Freggiatti;* 126^{v}. 127^{r} quaedam nullius momenti.

In tegumenti dorso stemmata Pii X et Alphonsi Capecelatro card. bibliothecarii.

10185. Saec. XVII, chart., mm. circiter 202 × 153, pp. II-417 (+ 1^{a}-^{b}. 10^{a}. 12^{a}. 14^{a}-^{b}. 26^{a}. 32^{a}. 34^{a}. 46^{a}. 48^{a}. 58^{a}. 66^{a}. 68^{a}. 70^{a}. 72^{a}-^{b}. 74^{a}. 76^{a}. 78^{a}. 92^{a}. 102^{a}. 106^{a}. 108^{a}-^{b}. 130^{a}. 138^{a}-^{b}. 144^{a}. 146^{a}. 156^{a}. 184^{a}-^{c}. 192^{a}. 198^{a}. 206^{a}. 208^{a}. 242^{a}. 250^{a}. 252^{a}. 264^{a}. 268^{a}-^{b}. 272^{a}. 286^{a}. 292^{a}. 296^{a}-^{d}; pp. 330-339).

Memorie romane del beatissimo Principe degli Apostoli S. Pietro deuise in tre parti. Nella prima si tratta de' luoghi resi venerabili in Roma dalla sua presenza. Nelle altre due di ... materie spettanti all'istesso Apostolo, dove si contengono molte e diverse sacre e recondite eruditioni, di F(rancesco) M(aria) T(orrigio) R(omano). Pars I (pp. 7-65), haud multis mutatis, edita fuit Romae anno 1644, hoc praefixo titulo: *I sacri trofei romani del trionfante Prencipe degli Apostoli San Pietro gloriosissimo, di Francesco Maria Torrigio Romano* (p. 1-135). Pars. II (p. 65) inc. *Scriuendo nelle croniche S. Antonino.* Pars III des. *et fructum consequamur.* Praemittuntur (p. 1^{a}) index capitum et (p. 3) monitus ad lectorem (in ms. *Auuertimento*), qui inc. *Varij sono i fini di coloro che leggono.*

Codex recens refectus ipsius Torrigii manu maxima ex parte minuto charactere scriptus est. Paginae complures cancellatae; quas vero dixtinximus litterulis a b c d, exceptis paginis 1^{a}. 1^{b}. 138^{a}. 138^{b}, constant ex laciniis novis chartis adglutinatis. Paginae II. 1^{a}. 6. 320. 356 vacuae; pars superior paginarum 61. 62. 405. 406 pessum-

data. P. I, manu saec. XIX, *Turrigio, Memorie romane;* in parte inferiore paginae 1 *Imprimatur, si uidebitur Rev.*^{mo} *Magistro S. P. A. / I*(*oan.*) *B*(*apt.*) ⟨*Altieri*⟩, *episcopus Camer., Vicesger.*, et in marg. inf. nota numeralis *47*. Paginae 417 lacinia adglutinata est, quae olim fuit pars folii 98 codicis saec. XVI exarati.

In tegumenti dorso stemmata Leonis XIII et Placidi Mariae Schiaffino card. bibliothecarii.

Vat. **10186.** Saec. XVII, chart., mm. 287 × 210, ff. 128.

⟨**Arcangeli Albertini** (?) Chronicon Forolivii⟩. Inc. *De edificatione Forliuij. Forliuio città magna e nobilissima nelle parte della Italia et luoghi di Romagna, posta in la via Flaminia tra il fiume Vitis e Montone, et fu edificata da nobilissimi Romani, il cui nome Liuio.* Mutilum des. *Et mandò* [*il card. Legato*] *un bando; chi amazaua bandito, portando la testa, sa*⟨*ria*⟩.... (cf. G. Mazzatinti, *I mss. delle cronache Forlivesi*, in *Archivio Muratoriano*, N. 3, Città di Castello 1906, p. 130-133).

Codex, qui deperditus habebatur, currenti nimium calamo ipsius auctoris manu scriptus est. Foliorum enumeratio plerumque triplex; prima et novissima per folia; altera per paginas; novissimam secuti sumus. Ex antiqua enumeratione eruitur folia olim signata 2-3, 112-120 excidisse et 85-130 praetermissa fuisse. Singulae paginae tela tenuissima, ut reficerentur, coopertae fuerunt, duabus postremis exceptis. F. 128^v vacuum, charta perlucida resartum est; 128^r fragmentum continet, alia, ut videtur, manu perscriptum.

Tegumentum recens, ex charta spissata, cum dorso et angulis membraneis.

10187 (olim 10618). Saec. XIV, membran., mm. 257 × 182, ff. 284.

1 (f. 1). ⟨**Iacobi de Voragine** Legenda aurea⟩ (in ms., f. 271^v, *Expliciunt legende sanctorum*), a v. vitae S. Andreae *tante eloquentie uenustatem placida et benigna uoce respondit* usque ad sermonem de dedicatione Ecclesiae (ed. Grässe, t. 62, pag. 394 sqq.).

2 (f. 271^v). ⟨**Anonymi** (fratris **Christophori de Parma** ?)⟩ *uita ac legenda beati Johacini confessoris de nobili ciuitate Senarum, ordinis fratrum Seruorum sancte Marie Virginis* (ex apographo huius codicis, qui olim in conventu Servorum Sancti Iacobi Fulginei adservabatur et nunc deperditus credebatur, ed. Soulier, Anal. Bolland., tom. XIII, p. 386-397).

3 (f. 276^v). ⟨Fratris **Christophori de Parma**⟩ *Legenda beati Francisci confessoris de Senis, ordinis fratrum Seruorum sancte Marie Virginis*, usque ad v. *inutilis seruus et ingratus* (ex eodem apographo ed. Soulier, Anal. Bolland., tom. XIV, p. 174-194, lin. 14).

Codex, ut supra dixi, idem est qui olim in conventu Servorum S. Iacobi Fulginei adservabatur et deperditus habebatur; recensio enim quae in Anal. Bolland., tom. XIV, p. 167-168 legitur omnino huic nostro codici convenit. Desunt quidem sexternio in prin-

cipio et complura folia in fine, sed haec omnia consulto abstracta fuerunt, ne indebitus possessor facile deprehenderetur. Codicem binis columnis charactere gothico-rotundo duo scripserunt librarii, quorum priori maxima pars debetur, alteri folium 271^{v}, col. 2, lin. 14 et sqq. Tituli minio depicti; litterae initiales aut rubro et viridi, aut caeruleo et rubro, aut variis coloribus, aut rubro tantum distinctae. Angulus externus inferior quamplurium foliorum a muribus aliquantum ambesus; alia autem folia complura plus minusve madore maculata. In margine inferiore ultimi folii versi singulorum sexternionum primae voces vel litterae sexternionis sequentis adnotatae sunt. Margo inferior folii 1^{r} hanc notulam recentem exhibet: *N° 280 / E. S.*

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Alphonsi Capecelatro card. bibliothecarii.

10188 (olim 10617). Saec. XIV, membran., mm. 225 × 163, ff. 316.

⟨**Iacobi de Voragine** Legenda aurea⟩ (in ms., f. 313, *Expliciunt legende sanctorum . Deo gratias, Amen*), usque ad sermonem *In dedicatione Ecclesie*, inclusive (ed. Grässe, t. 62, pp. 394 sqq.). Praefationi index subicitur.

Folia 314^{v}-315^{r} continent tabellam temporum et festorum mobilium ab anno MCCXC ad annum MCCCL. F. 315^{v} *Diffinitiones Capituli generalis apud Argentinam, anno Domini MCCLXXII.* Inc. *Primo* (?) *diffinit et ordinat.* Des. *Item in festo sancti Johannis ante Portam Latinam et in decollatione beati Io. Bapt. In festis / / / / / / / / / et sancte Elisabet / fiant* (?) *officia* (?) / / / / / / . F. 316, abstractum ex Breviario saec. XIV binis columnis exscripto, partem exhibet officii in festo purificationis B. Mariae Virginis.

Codex binis columnis exscriptus. Tituli minio depicti; initiales rubro et caeruleo colore distinctae; paragraphi rubro aut caeruleo. Foliorum enumeratio usque ad f. 140 duplex, scilicet antiqua et recens; inde a f. 141 recens tantum. Folia complura in fine codicis a tineis aliquantum corrosa. In ff. 313-314^{r} notabilia; in marg. inf. folii 315^{v}, si codicem vertas, leges *Zassius* (?) *de Garda* (?); in marginibus sup. et inf. folii 316^{r} notulae duae desperatae lectionis, quarum altera inc. *fratres* (?) *de sancto Benedicto.* Ff. 1. 2. 313-316 refecta.

In tegumenti dorso stemmata Pii X et Alphonsi Capecelatro card. bibliothecarii.

10189 (olim 10209). Saec. XV in., membran., mm. 249 × 180, ff. I-05.

Missale.

1. Missae de tempore et de sanctis, hoc ordine dispositae: (f. 1) in Nativitate Domini; (f. 4) in Epiphania Domini; (f. 6) in Purificatione B. Mariae Virginis; (f. 8^{v}) in Annuntiatione; (f. 10^{v}) in Coena Domini; (f. 13) in Dominica Resurrectionis Domini; (f. 15) in Ascensione Domini; (f. 17^{v}) in die festo Pentecostes; (f. 19^{v}) in nativitate s. Ioannis Baptistae; (f. 22^{v}) in festo Apostolorum Petri et Pauli; (f. 24) in Assumptione B. Virginis Mariae; (f. 26) in Nativitate B. Mariae Virginis; (f. 29^{v}) in honore Sanctissimae Trinitatis. Sequun-

tur (f. 32) toni hymni *Gloria in excelsis.* **2** (f. 33). Commune sanctorum. **3** (f. 45). Missae pro defunctis. **4** (f. 48ᵛ). Ordo Missae. **5** (f. 50). Praefationes, notis musicis quadratis instructae. **6** (f. 58). Canon, usque ad v. *laudans inuocabo Dominum, et ab inimicis.*

F. 1ᵛ orationes *pro uno defuncto,* manu saec. XV; 32ᵛ *Gloria in excelsis,* eadem manu; 65ᵛ versiculi et oratio pro benedictione populi cum aqua benedicta diebus Dominicis impertienda, alia manu saec. XV.

Scriptura gothico-rotunda. Rubricae quae dicuntur minio exscriptae; litterae maximae auro et coloribus distinctae; litterae maiores caeruleo et rubro colore alternis illitae lineolisque rubris et caeruleis alterna vice exornatae; ante Canonem (f. 57ᵛ) pictura tabularis imagines exhibens Iesu cruci adfixi, Mariae Virginis et Ioannis apostoli et evangelistae. Post f. 64 complura folia perierunt. F. 1ʳ quaedam abrasa, dein nota proprietarii *Episcopi Suanensis*, manu, ut videtur, saec. XVI; 1ᵛ documentum erasum; 65ʳ notula cancellata. In parte posteriore prioris tabulae integumenti notae, quibus codex signatus et alia nullius momenti.

Tabulae integumenti saec. XV corio castanei coloris obductae et bullis fibulisque instructae; fibulae ex parte perierunt.

10190. Saec. XIX, chart., mm. 208×153, pp. II-370.

Ioannis Mariae Mastai Ferretti, postea Papae **Pii IX,** *Breve relazione del viaggio fatto al Chile* (3 Iulii 1823 - 7 Iulii 1825). Inc. (p. 23) *Stava io occupandomi in Roma con qualche impegno nella educazione della gioventù.* Des. *la mattina del 5* (*Giugno*) *Domenica fra l'ottava del Corpus Domini alle ore 5 e mezzo si giunse felicemente nel porto di Genova, ove dovevamo fare 15 giorni di quarantena.* Praemittitur eiusdem auctoris epistula ad quendam Cardinalem, quae inc. (p. 1) *Prima di partirmi da quella Capitale del mondo cattolico.* Subnectuntur: ¹ (p. 335) eiusdem epistula ad Carolum Odescalchi, cardinalem, dat. *Santiago del Chile, 27 Aprile 1824;* ² (p. 349) epistula responsiva card. Caroli Odescalchi, dat. *Roma, li 17 Gennaro 1830;* ³ (p. 351) epistula eiusdem Ioan. Mariae Mastai ad Iosephum Mariam Graziosi, dat. *Santiago dal Chile, 1º Maggio 1824.*

Codex ipsius auctoris manu scriptus non est. Paginae I-II. 366-370 vacuae. Tegumentum ex charta spissata, cum dorso et angulis membraneis.

10191 (olim 10424). Saec. XV, chart., mm. 217 × 156, ff. 131 (+ f. 34ᵃ).

1 (f. 1). ⟨De imitatione Christi lib. I⟩, usque ad v. cap. XX *Claude super te ostium tuum, et uoca.*

2 (f. 12). Kalendarium liturgicum, inde a mense Februario. Inter sanctos: *Santo Faustino e Iouita. Festa del Bresano* (d. XV Febr.); *Santo Cali-*

mero da santo Floriano. Festa de devotione. Sequuntur (f. 17^{v}) nota de diebus ieiunii, vulgari lingua, et psalmus *Iudica me, Deus.*

3. Piae cantiones, lingua vulgari. [1] (f. 18) inc. *O uoy zente, che state nel mondo, / Aperiti li ochi a mi segurato* (cf. Feist, *Mittheilungen aus älteren Sammlungen italienischer geistlicher Lieder*, in *Zeitschrift für romanische Philologie*, XIII, 1889, p. 168, n. 1027); [2] (f. 18^{v}) inc. *Como denanci a Cristo fusiray, / Anima cecha* (cf. Feist, p. 131, n. 249); [3] (f. 19^{v}) inc. *Credo in un solo omnipotente Dio, / Padre eterno* (cf. Feist, p. 132, n. 280); [4] (f. 20^{v}) inc. *Per humilità che in ti, Maria, trouay / La incarnation* (cf. Feist, p. 170, n. 1063); [5] (f. 21) inc. *Audite matta pacia / De la matta uita mia* (cf. Feist, p. 180-181, n. 1289); cantio, propter folia deperdita, abrumpitur versiculo: *Per la mia lengua mordace* (*Le poesie spirituali del B. Iacopone da Todi,* ed. Tresatti, in Venetia 1617, pag. 30).

4 (f. 23). ⟨*I fioretti di sancto Franciescho*⟩ (ed. Aloysius Manzoni, Romae 1902).

5. Carmina, vulgari lingua. [1] (f. 123) inc. *Aymè doloroso che a Dio ò offeso;* [2] (f. 123^{v}) inc. *O intemerata vergine polcella, / Regina benedicta in eterno;* [3] (f. 125^{v}) inc. *Laudemo Yhesù, fiolo de Maria, / Cum tutti i sancti in soa compagnia* (cf. Feist, p. 148, n. 620); [4] (f. 127) inc. *Regina potentissima, sopra il ciel exaltata / Sopra la vita angelica;* [5] (f. 128) inc. *O sancto sangue iusto e benedetto / De quella sancta circoncisione;* [6] (f. 129^{v}) inc. *Ave, virgine sempre sancta, / Tu sola degna sì nel Spirito Sancto* (in ms. Danti Aligherio tributum).

6 (f. 130^{v}). *Distinctio seu expositio sanctissime orationis, videlicet orationis dominicalis, que est « Pater noster ».* Inc. *Sciendum est quod « Pater noster » continet septem petitiones.* Mutila, propter folium abscissum, des. *videlicet saturitatem bonorum eternorum.*

Codicem tres manus scripserunt, quarum prima ff. 1-11^{v}, altera 12-21^{v}, tertia 22-131. Post ff. 11. 21. 28 folia complura perierunt; post 131 folium unum abstractum fuit. Litterae initiales rubro aut caeruleo colore depictae. In marg. inf. folii 1^{r} notula, manu saec. XVI: *Memoria come adì 24 de agosto 1537 Baptista garzone de noi monache de Santo Stefano andò alla fiera de Santo Jemini con Pier Benedetto de Monte Castrilli,* etc.; in folio 22^{r} quaedam superstitiosa ad rem furtivam inveniendam et tempestatem avertendam. F. 22^{v} vacuum. Codicem descripsit et partim edidit L. F. Fè d'Ostiani *Di un laudario Bresciano-Vaticano,* Brescia, 1893.

Tegumenti tabulae corio signato obtectae crucem prae se ferunt; bullae et fibulae perierunt.

10192. Saec. XVII in., chart., mm. 198 × 130, ff. 127.

1 (f. 1). ⟨**Anonymi**⟩ *Tragedia di S. Eustachio,* tribus actibus. Prologus in quo auctor Victoriam loquentem inducit, inc. (f. 4) *Io che risueglio al seno / di gene-*

roso ardor fauille accese, et des. *quanto sourasti alla menzogna il uero.* Actus I inc. (f. 5) *Adriano: Se di Gioue l'aita / gioua mai sempre a chi deuoto adora;* actus III des. *gode il trionfo in Ciel chi uinse in terra.* Personae: *S. Eustachio; Adriano, imperatore; Leontio, console; Alerico; Nicandro; Angelo; Teopiste; Agabito e Teopisto; Eufrasia; Sagarte; Niceto; Nuntio; Choro di soldati.*

2 (f. 38). ⟨**Anonymi**⟩ *Tragedia ouero Tragicomedia di S. Bonifatio*, tribus actibus. Praemittuntur duo prologi; prior inc. (f. 41) *Calliope: Non infiammi un nobil petto / finto saggio di beltà*, et des. *Urania: Seguo i suoi cenni, e già m'accingo all'opra;* alter inc. (f. 42ᵛ) *Non di uil mirto o di caduchi allori*, et des. *hor d'altro heroe latino ascolta i uanti.* Actus I inc. (f. 44) *Aglae: Alli scherzi, ai diletti, ai balli, ai canti;* actus III des. *alla speme, al ualor spieghi le uele.* Personae: *Calliope; Urania; Aglae; Bonifacio; Asteria; Farfallino; Penitenza; Fagotto, seruitore del Capitano; Capitano-Draconi uampa, spara parapiglia; Pinarto, seruitore di Bonifatio; Demonio; Angelo Custode; Lucindo; Cicalino; Simplicio, proconsole; Innocenzo; Coro de soldati, Chiesa militante; Chiesa trionfante.*

Codex ex bibliotheca gentis Columnae proveniens, ut docet sigillum eiusdem bibliothecae rubro impressum in foliis 1ʳ. 66ʳ. 126ᵛ, primum in Archivo Vaticanae bibliothecae adservatus fuit, dein anno 1903 inter Vaticanos manu scriptos relatus. Folia quamplurima plus minusve madore maculata; ff. 1ᵛ. 2ᵛ. 3ᵛ. 37ᵛ. 38ᵛ. 39. 40ᵛ. 126ᵛ. 127 scriptura carent.

Tegumentum ex charta spissata notulam numeralem *129* in dorso praebet.

10193 (olim 10213). An. 1808, chart., mm. 217 × 147, pp. 91.

Lettera di **Francesco Cancellieri** *al Sig. abate don Nicola Saverio Dormi... sopra l'origine delle parole Dominus e Domnus e del titolo di Don che suol darsi ai sacerdoti, ai monaci ed a molti regolari.* In Roma, MDCCCVIII. Presso Francesco Bourlié.

Liber ad novam editionem paratus plurima exhibet additamenta et correctiones in marginibus et inter lineas tum impressa, tum manu auctoris. Exstant hic illic inter folia multae schedulae chart. et ipsae auctoris manu, foliis adglutinatae vel solutae et plumbo saepius enumeratae, quarum nonnullae avulsae ex epistulis ad eundem Fr. Cancellieri missis.

Integumentum chartaceum.

10194. Saec. XVIII, chart., mm. circiter 275 × 203, ff. 225.

Francisci Cancellieri *De Secretariis Basilicae Vaticanae veteris ac novae.* Romae, MDCCLXXXVI, ex officina Salviniana. Praeunt [1] (f. 2) auctoris epistulae ad Pium VI fragmentum, quod inc. *Iam inde quum templum vaticanum;*

[2] (f. 5) elegiae *De Sacrario Novo* nonnulli versus (Cancellierii De Secretariis etc. I, p. XXI); [3] (f. 7) rerum capitumque indices.

Codex saepissime ab impresso libro discrepat, multisque foliis hic illic caret. In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii X et Alphonsi Capecelatro card. bibliothecarii.

10195. Saec. XVII, chart., mm. 270 × 205, ff. 348.

1 (f. 1). **Instrumenta varia acta in terra Montis Bodii ab an. 1630 ad an. 1662.** **2** (f. 133). **Instrumentum actum Roccae Contratae an. 1652.** **3** (f. 251). **Instrumenta duo acta Aesii an. 1630 atque an. 1652.**

In dorso tesserae gentiliciae Pii X et Alphonsi Capecelatro card. bibliothecarii.

10196. Partes I et II. Saec. XVII-XVIII, chart., mm. 270 × 195, ff. 426.

1 (f. 1). **Instrumenta varia acta in terra Montis Bodii ab an. 1633 ad an. 1711.** **2** (f. 405). **Instrumentum actum Musciani an. 1651.** **3** (f. 412). **Instrumentum actum Senogalliae an. 1662.** **4** (f. 417). **Instrumenta duo acta in terra Contralti an. 1620 et an. 1644.**

In dorso tesserae gentiliciae Pii X et Alphonsi Capecelatro card. bibliothecarii.

10197. Saec. XVII-XVIII, chart., mm. 260 × 210, ff. 247.

1 (f. 1). **Exemplar inventarii rerum D. Anastasii de Anastasiis de M. Bodio, descripti an. 1663 ab Alexandro de Alexandris, publico notario.** **2** (f. 15). **Liber rationum D. Anastasii de Anastasiis de M. Bodio, redactus a Camilla Baldassini, uxore eius, ab an. 1655 ad an. 1701.** **3** (f. 99). **Liber rationum ab an. 1655 ad an. 1673, redactus a Camilla Baldassini de M. Bodio, uxore quondam Anastasii de Anastasiis.** **4** (f. 232). **Liber rationum fratrum Aemilii Fabii et Petri Tutii an. 1690.**

In f. 92v et 93 remedia quaedam; in ff. 93-96 scriptura perversa est. In dorso tesserae gentiliciae Pii X et Alphonsi Capecelatro card. bibliothecarii.

10198. Saec. XIX, chart., mm. 261 × 237, ff. 20 (in ms. 30).

Canon seu *codex canonum Romanae Ecclesiae, tribus dissertationibus expositus; quarum prima quaelibet antiqua collectio canonum ab Apostolica Sede avertitur; altera exhibetur codex canonum Romanae Ecclesiae, cujus rudimenta quaedam, petuntur ab S. Zacharia circa dimidium octavi saeculi; tertia pseudo-Isidorianae collectionis origo, consarcinatores, usus patefiunt. Opera et studio Cajetani Cenni.* Dissertatio I inc. (f. 16)... *De variis canonum et decretorum Apostolicae Sedis collectionibus doctissimi viri, post ven. card. Baronium,... disputarunt.* Dissertatio III des. *doctissimis iureconsultis relinqui oportet.*

Praemittuntur (f. 1) praefatio (inc. *Dionisianam collectionem, P. Sirmondo auspice, scriptores plurimi,* des. *quibus ex Maria et Natali ius novum inhaeret, passim respuuntur*) et (f. 4) summarium rerum contentarum.

Codex ex exemplari archivi municipii S. Marcelli in dioecesi Pistoriensi descriptus fuit, ut fidem facit testimonium Sac. Iacobi Mastripieri, parochi S. Marcelli, in calce appositum die 23 Novembris, 1887. Ff. I^v. 183^v-188 vacua.

Tegumentum ex charta, dorsum ex tela nigri coloris.

10249 (olim 10239). Saec. XVIII in., chart., mm. 315×223, ff. 88 (— f. 85 librarii oscitatione omisso).

Miscellanea.

1 (f. 1). *Edictum illustrissimorum et reverendissimorum dominorum Cardinalium contra hęreticam prauitatem generalium inquisitorum.* Inc. *Cum circumferatur perniciosus libellus sermonis Italici, tituli sequentis, videlicet: Risposta d'un Dottore in Theologia ad una lettera scrittagli da un Reuerendo suo amico,* etc. Des. *Ac sanctissimę Inquisitionis curs*⟨*orem*⟩. *Romę, ex Typographia Reu. Camerę Apostolicę, MDCVI.*

2. ⟨**Quaedam ad Tridentinum concilium spectantia**⟩. [1] (f. 2). *Comparatio oratorum reipublicę Venetorum die vigesima quinta Aprilis MDLXII litterę reip. Venet. ad sacrum Concilium exhibite, ab eius oratoribus, die XXV April. MDLXII in congregationi generali et in sessione tertia, die XIIII May.* Inc. *Cum Pio quarto, digna Dei prouidentia.* Des. *coramque loqueremur adhiberetis. Datę in nostro Ducali Palatio die XI Aprilis, indictione V, MDLXII.* [2] (ibid.). *Mandatum Reipublicę Venetiarum in persona suorum oratorum exhibitum in sessione 3, 14 May MDLVII.* Inc. *Cum Sanctissimus et Beatissimus in Christo Pater et Dominus noster, Dominus Pius IIII.* Des. *et nostri soliti sigilli, quo in similibus utimur, appensione muniri. Datę in nostro Ducali Palatio die XI Aprilis, indictione quinta, MDLXII.* [3] (f. 2^{v}). *Responsum Sanctę Synodi in admissione Reipublicę Venet. die 25 Aprilis MDLXII et in sessione 3^{a}, 14 May.* Inc. *Non potest sancta Synodus non incredibilem lętitiam.* Des. *atque optimo iure existimat.*

3. *Ordini di procedere contra gli heretici* ⟨*nella repubblica di Venezia*⟩. [1] (f. 4). *Franciscus Donato Dux N. N. Francisco Venerio potestati et Hieronymo Grimano capitanio et successoribus ...* Inc. *Hauendo noi essistimato cosa equa.* Des. *ui succederanno a effetto di tale osseruanza. Datę in nostro Ducali palatio die 4 Novembris 1550.* [2] (ibid.). *Franciscus Donato nob. Stephano Theupolo et Philippo Trono capitanio Paduę.* Inc. *Vi scriuessimo alli tre del mese passato.* Des. *secondo le lettere nostre sopradette. Datę die 29 Decembre 1550.* Sequitur post-scriptum quod inc. *Per le alligate ui scriuemo,* et des. *e consegnate alli successori suoi di tempo in tempo. Datę die 29 Decembris 1550.* [3] (f. 4^{v}). *Laurentius Priolus Dux Nob. Nicolao Marcello Potestati et Andreaę Cornelio Capitanio Bergomi, et successoribus.* Inc. *Hauemo deliberato col consiglio nostro di X.* Des. *facendo registrare le presenti in quella cancellaria a memoria dei successori. Datę die 4 Februarij 1558.* [4] (ibid.). *Hieronymus Priolus Dux Nob. Iacobo Salomono potestati et Bernardo Theupolo Capitanio Bergomi et successoribus.* Inc. *Facessimo intendere alli predecessori nostri.* Des. *che dànno questo carico. Datę die 15 Maij 1563.* [5] (f. 5). *Hieronymus Priolus Dux rectoribus Veronę et successoribus.* Inc. *Hauemo deliberato col consiglio nostro de X.* Des. *et acciò che l'habbiamo ad osseruare. Datę die 30 Decembris 1563.* [6] (f. 5^{v}). *Parte presa nell'Ecc^{mo} consiglio di X e zonta contra heretici, 1564, 7 aprile.* Inc. *Alcuna cosa non può essere più grata a Nostro Sig.^{r} Giesù Xp̄o.* Des. *e banditi, ut supra, che si trouassero nelli castelli delli loro territorij, giusto l'ordine sopradetto.* [7] (f. 6^{v}). *Hieronymus Priolus Dux rectoribus Veronę.* Inc. *Desiderando noi che la città nostra di Venetia.* Des. *e religione uostra farete. Has*

autem registrari facite. Datę die XJ Iunij 1564. [8] (f. 7). *1568, XIJ Aprilis, in consilio X cum additione.* Inc. *Riceua la qualità de tempi.* Des. *se li parerà così per giustitia ricercare li demeriti loro* etc. [9] (f. 7'). *Rectoribus Bergomi Laurentius Priolus Dux.* Inc. *Si sono grauati auanti li capi del nostro consiglio.* Des. *e che siano sopra ciò osseruati gli ordini nostri. Has autem etc. Datę die ultimo Iunij 1568.* [10] (f. 8). *Parti dell'Ecc.mo consiglio di X e zonta che gli heretici si possano mettere in Gallia. 1568, 5 Novembre.* Inc. *Perchè sotto li 3 febraro 1558.* Des. *dou'è l'Inquisitione.* [11] (ibid.). *Hęreticorum bona confiscari non possunt. Petrus Lauredanus Dux rectoribus Brixię.* Inc. *Vi significhiamo, hoggi nel consiglio nostro di X.* Des. *che dobbiate osseruare inuiolabilmente e registrare ... Datę die 8 Nouenbris 1568.* [12] (f. 8'). *Petrus Lauredanus Dux rectoribus Padué et successoribus. Eadem cum superiore* (!). *1568, X Novenbris.* [13] (ibid.). *Aloysius Grimano Dux rectoribus Vincentię et successoribus.* Inc. *Voi sapete qual sia la constantissima uolontà nostra.* Des. *sia osseruata questa nostra uolontà. Datę die 20 Iunij, indictione XV, 1572.* [14] (ibid.) *Marinus Grimano Dux rectoribus Paduę.* Inc. *Acciò che sappiate l'intentione nostra.* Des. *e perchè anco da loro debbano essere di tempo in tempo essequire* (!) *intieramente. Datę 23 Augusti 1597.* [15] (f. 9). *Marinus Grimano Dux al prouedditore e capitano di Pordenon.* Inc. *Le operationi di quella donna.* Des. *e dell'essecutione ci darete auuiso. Datę die X Octobris 1598.* [16] (f. 9). *Leonardus Donato Dux rectoribus Vincentię et successoribus.* Inc. *Perchè conosciamo che li reuerendi inquisitori.* Des. *alli quali lasciarete le presenti. Datę die X Septembris 1609.* [17] (f. 9'). *Leonardus Donato Dux rectoribus Vincentię etc.* Inc. *Intendendo noi, che seguono degl'inconuenienti.* Des. *che tanto debba esser osseruato nell'auuenire. Datę die 21 Iunij 1610. Giacomo Girardi secretario.* [18] (f. 10). *Franciscus Foscari Dux rectoribus Bergomi.* Inc. *Scripsimus quod Reu.mus Dominus episcopus Bergomensis.* Des. *et conueniri faciat. Datę die 4 Februarij 1431.* [19] (ibid.). *Hęreticorum bona confiscari non possint. Laurentius Priolus Dux rectoribus Bergomi.* Inc. *Per le uostre lettere dei tre del presente.* Des. *sì che sia osseruata questa nostra intentione. Datę 12 Augusti 1557.* [20] (f. 10'). *Rectores papalistę non si* (!) *impediant* (!) *in offitio inquisitionum. 9 Iulij 1574 in concilio X cum additione.* Inc. *Sicome in questa città.* Des. *che haueua maggior età.* [21] (ibid.). *Leonardus Donato Dux potestati et capitanio Taruisij.* Inc. *Il pontefice ha detto all'ambasciator nostro in Roma.* Des. *operando diuersamente. Datę die 12 Ianuarij 1607. Marco Ottobon. Segretario.* [22] (f. 11). *Cognitio falsitatis laici examinati in causa hęresis spectat inquisitionum* (!) *sancti officij.* Sunt duae

epistulae, Francisci Pisani advocati concistorialis, quarum prior, XI Sept. 1570, inc. *Expositum nobis fuit* et des. *et iuxta legum dispositionem congruus sit iustitię locus;* altera, 27 Sept. 1570, inc. *Visis spect. V. litteris diei 18 instantis* et des. *ac si minime umquam scriptę fuissent.* 23 (f. 11v). *Blasfemi hęreticales corriguntur in foro conscientię per Sanctum Officium, postmodum puniantur in foro sęculari 1595, 12 Augusti in Senactu. Marinus Grimanus Dux rectoribus Brixię.* Inc. *Per risposta delle uostre lettere.* Des. *che ui parerà per giustizia.* Sequitur consilium doctorum Bartholomei Salvadego, Erasmi Gratiano Cornelii Frangipani, quod inc. *Nel caso mandato da Brescia del bestemiatore* et des. *il che tutto sia detto riuerentemente a corretione della molta prudenza dell'EE. VV.* 24 (f. 12v). *Exequutio suprascriptę scripturę in alio blasphematore 1595, 11 Nov. in Senatu. Marinus Grimano Dux rectoribus Brixię.* Inc. *Per risposta delle uostre in proposito dell' inquisito per bestemmia.* Des. *dandocine particolare auiso.* 25 (ibid.). ⟨Sententia in Antonium Reveri⟩ an. 1595, 12 Dec. Brixiae. Inc. *Noi Gio. Battista Podestà di Brescia ... sententiamo, condanniamo come segue: Antonio Reueri quondam Bortolamio d'Arzignano territorio Vicentino.* Des. *come in processo in quello scritto sententialmente condanniamo.* 26 (f. 13v). *Processus formatus in causa hęresis sine assistentia sit nullus. Paschalis Ciconia Dux rectoribus Bergomi.* Inc. *Ci è stato oltre modo graue.* Des. *e dignità del nostro gouerno. Datę 18 Iunij 1594.* 27 (f. 14). *Die 23 Februarij 1595 in episcopatu Bergomi.* Inc. *Illmus et Reumus D. Episcopus et R. P. Inquisitor pro obseruatione.* Des. *et ita annottari iusserunt.* 28 (f. 14). *Marcus Antonius Memo Dux rectoribus Tarvisij et successoribus.* Inc. *Vi deuono esser noti gli ordini.* Des. *e ci auuiserete la riceuuta. Datę die 13 octobris 1612. Giacomo Ghirardi secretario.* 29 (f. 14v). *Leonardus Donato Dux rectoribus Vincentię.* Inc. *N'è parso nuoua e pernitiosa introdotione.* Des. *et informatione particolare del successo. Datę die 3 Septembris 1610. Giacomo Ghirardi secretario.* 30 (ibid.). ⟨Rectores Vicetiae Leonardo Donato Duci⟩. Inc. *Hieri sera solamente ci furono presentate le lettere.* Des. *douerà anco seruire per quest'istesso Genoino. Datę Vicenza li 10 Settembre 1610.* 31 (f. 15v). *Ordo Illmi concilij X cum adiunctis servandus in procedendo pro imputatione heresis. Franciscus Donato Dux rectoribus Feltri et successoribus.* Inc. *Hauendo la Santità del Pontefice.* Des. *che hanno questo carico. Datę die 26 Settembris 1551.* 32 (f. 16v). *Capitoli tratti dalle deliberationi publiche in diuersi tempi prese, che doueranno esser inuiolabilmente osseruati dalli Rettori e loro assessori assistenti all'Offitio dell'Inquisitione sopra l'heresia nelle città del dominio, giusta la parte presa in Senato 1613, 9 ottobre.* Cap. I inc. *Si come in*

Venetia per publica et antica deliberatione. Cap. XXXIX inc. *Appartiene al giuditio dell' inquisitore il punire il calumniatore.* Praemittitur ⟨prooemium⟩ quod inc. (f. 16) *1613. adì 19 ottobre in Pregadi. È così utile et gioueuole per il publico seruitio* et des. *et essequire di tempo in tempo sotto pena di priuatione del carico loro.* Post capitulum XXXIX sequitur nota Pauli Sarpi, quae inc. (f. 20) *Oltre all'haver ridotto a questi trentanoue capi,* et des. *fosse giudicata cosa di publico seruitio.* 33) Processus contra blasphemos Christophorum Segapalli et Michaelem Barretta. a (f. 20v). ⟨Laurentii Giustinian epistulae duae ad Iohannem Bembo Ducem⟩, quarum prior inc. *Il mese d'Ottobre passato il R. P. Inquisitore* et des. *ma non resterà però pregiudicato punto a gl' interessi di Vostra Ser.tà Gratia. Di Bergamo li 14 Gen. 1617,* et altera inc. (f. 21v) *Il Padre inquisitore è uenuto a trouarmi* et des. *tuttauia attenderò il prudentissimo suo commando. Bergamo li 18 Gen. 1617.* b (f. 22). *Ioannes Bembo Dux Laurentio Zustiniano capitanio Bergomi.* Inc. *In risposta delle uostre lettere dei 14 et 18 del corrente.* Des. *ci darete auiso. Datę die 28 Iannuarij 1617. Marco Ottobon secretario.* c (f. 22v). ⟨Pauli Sarpi et Servilii Treo epistula ad Ducem⟩. Inc. *L'Illm̃o Sig.r cap.o di Bergamo ha diffeso pienamente.* Des. *essequendo il commandamento della Ser.tà Vostra Gratia etc.* d (f. 23). ⟨Laurentii Giustinian epistula ad Ducem⟩. Inc. *A quei scelerati bestemiatori.* Des. *se non col commandamento di Vostra Ser.tà Gratia etc. Bergamo, li 18 Febraro 1617.* e (ibid.). ⟨Sententia in blasphemos⟩. Inc. *In sententiis latis.* Des. *per anni dodici alla galera.* Sequitur subscriptio notarii. f (f. 23v). *Copia tratta dall'arrengo dell'Illm̃o Sig.r Lorenzo Giustinian ... a' 12 Febraro 1617.* Inc. *Christoforo Segapalli officiale di Campagna.* Des. *Adì 16 Febraro 1617. Fu essequita la sodetta sentenza.* g (f. 24). *Ioannes Bembo Dux pręfecto capitanio Bergomi.* Inc. *L'essecutione da uoi fatta.* Des. *scritteci in questo proposito. Datę die 23 Februarij 1617. Marco Ottobon secretario.*

4 (f. 24v). *Utrum indices librorum prohibitorum et prohibitiones illos tenendi et legendi obligent subditos Serenissimę Reipublicę Venetę.* Inc. *Supponendum primo pęnes episcopos et inquisitores.* Des. *licet libri post illius promulgationem prodierint.* Sequuntur (f. 31) *Dichiarationi delle Regole dell'Indice dei libri prohibiti nuouamente publicato per ordine della Santità di N. S. Clemente ottauo da osseruarsi nel stato della Serenissima Signoria di Venetia, fatti dagl'Illm̃i e Reum̃i Sig.ri Cardinale Priuli Patriarca di Venetia et vescouo di Amelia Nontio Apostolico per commissione di Sua Beatitudine, come per lettere dell'Illm̃o e Revm̃o Sig.r Cardinale San Giorgio sotto li 24 Agosto 1596.* Inc. *Primo. Li libri sospesi dal nuouo Indice.* Des. *e luoghi sudditi al detto serenissimo Dominio. In quorum fidem etc. Datum ex Palatio Patriarchali Vene-*

tiarum die 14 Septembris 1596. Lorenzo cardinali Priuli..., Anton Mar. Vescouo d'Armelia nuncio, Fracter Vincentius Brexiensis Inquisitor G. Venetus.

5 (f. 33). *Discorso se nello stato de' correnti affari sia espediente alla Serenissima Republica di Venetia collegarsi con la Corona di Francia.* Inc. *Dura impresa a discorrere e molto più malagevole.* Des. *e disappassionata inclinatione.*

6 (f. 49). *Ludovici Heliani Vercellensis... De bello suscipiendo aduersus Venetos et Turcas Oratio Maximiliano Augusto in conuentu presulum principum electorum et ciuitatum Romani imperij dicta in Augusta Vindelica 4° Idus Aprilis anno a portu Virginis 1510.* Transcripta est haec oratio ex edit. Augustae Vindelicorum per Ioannem Othmur, MDX die XII maij. Inc. *Bene et religiose fecissent Venetiani.* Des. *tuam miris tormentorum exemplis excarnificandam tradidisti?* Praeit epistula Iacobi Bannicii, a Caesaris secretis, Stephano Poncherio Parisiensi episcopo, quae inc. *Ludouicus Helianus* et des. *bene uale. Ex Augusta Vindelica Kalendis maij 1510.*

7 (f. 58). Excerptum *ex libro secundo historiarum Galcerani Cepelli.* Inc. *Postquam toties de Venetis mentio facta est ipsique solum contra tot principes bellum sustinuere sustinentque originem et situm splendidissimę ciuitatis, paucis referre decreui.* Des. *sed de tanta urbe hęc pauca narrasse sufficiat, et ad historiam reuertamur.*

8 (f. 60). *Il caso dell' Orsino, seguì l'anno 1585.* Inc. *L'Illmo et Reumo cardinal Montalto, così nominato dalla sua patria, l'anno 1585 per la morte di papa Gregorio XIII, fu creato sommo pontefice nominato Sisto Quinto. Nel tempo, ch'era cardinale hebbe un nepote marito dell'Illma Sig.ra Vittoria Corronbona, il quale di notte fu ucciso, et era rimaritata con l'Illmo Sig.r Paul Giordano Orsino.* Des. *Francesco Lisonio francese sguataro.* Sequuntur (f. 70) octo versus in laudem Victoriae Corrombona, quorum primus: *Mentre empia mano tenta* et ultimus *Al nemico d'infamia eterna gloria.*

9 (f. 71). Devotiones variae ex editis descriptae.

10 (f. 74v). *Cittatione contro il Duca di Mantoa e suoi ministri di comando della Sacra Cesarea Maestà propria* (cf. f. 76). Inc. ... *Ogn'uno certamente de vassalli.* Des. *et impressione del nostro sigillo cesareo. Datę in Lassemburgo* (!), *li 20 del mese di Maggio l'anno 1701...*

11. Facete dicta quibus Roma, Imperator, rex Románorum et alii loquentes inducuntur. [1] (f. 77). Inc. *Roma: Hora est iam nos de somno surgere.* Des. *Venetia: Mergimur omnes: Domine, succurre nobis.* [2] (f. 77v). Inc. *Ratio status: Ratione Testamenti ac diuisione Hispana.* Des. *Imperator: Si exurgat aduersus me prę́lium in hoc ego sperabo.* [3] (f. 78v). Inc. *Roma*: *Iam tempus*

est a somno surgere. Des. *Gran Turco: Anima mea turbata est ualde usquequo.*

Codex olim *Bibliothecę PP. Carmelitarum Discalceatorum S. Hieronymi Vicentię* (f. II^{v}) inter libros impressos Bibliothecae Vaticanae an. 1885 inventus fuit et inter manu scriptos codices translatus (cf. f. I^{r}). Ff. I^{v}. II^{r}. 32^{v}. 44^{v}-48. 57^{v}. 59^{v}. 70^{v}. 80-88 vacua. Folium 84 avulsum. In parte aversa prioris operculi nota *I/y/24*, qua codex olim signatus fuit.

Tegumentum ex corio subobscuri coloris.

10250. Saec. IX-X, membran., mm. 275 × 200, ff. 53 (+ 6^{a}. 17^{a}. 29^{a}).

⟨S. Eusebii Hieronymi Commentarii in Ezechielem prophetam liber X et (f. 17^{a}) liber XI⟩. Liber X inc. mutilus (f. 1) v. *quasi cedrus siue ciparissus*. Liber XI des. *nihil quam parum dicere* (M. 25, coll. 311. l. 4-312 l. 29. 317 l. 23-318 l. 30. 319 l. 35-332 l. 9. 334. l. 25-386).

Subiciuntur duo responsoria neumatibus instructa, quorum prius (f. 53^{v}) *Cornelius centurio uir religiosus*, manu saec. X ex.; alterum (ibid.) *Hii sunt almi uiri pretiosi*, manu saec. XI.

Codex accurate excriptus, decem et octo quaternionibus olim constabat, quorum decem priores periere, undecimus chartas tantum primam et septimam, duodecimus chartas 1-3. 6-8 praebet. Quaterniones in margine inferiore ultimae singulorum paginae distinguuntur numeris romanis qui, foliis resectis, omnino vel partim ceciderunt (cf. f. 9^{v}. 37^{v}. 45^{v} ubi exarati sunt nn. XII. XVI. XVII; ff. 15^{v}. 29^{a} *verso* ubi vestigia tantum nn. XIII. XV supersunt). Pars fere dimidia f. 1 excisa non sine textus detrimento, et recentiore membrana vacua suppleta. F. 34 frustulum avulsum; f. 46 inferius refectum. In textu et in marginibus correctiones et additamenta perpauca, prima manu. Capitulorum initia siglis *hb* plerumque notantur. Verba nonnulla ff. 31. 33 apicibus signisque variis et (f. 45^{v} l. 9) neumatibus praedita. In marginibus ff. 46^{v}. 50^{v}. 52^{v}. 53. 53^{v} calami probationes et neumata, manu saec. XIV. Exstant etiam in marginibus imagunculae et ornamenta sicco stilo delineata (cf. f. 40^{v}. 44^{v}). Libri X finis et XI initium litteris uncialibus et capitalibus atramento et minio descripta; in ff. 36^{v}. 46^{v} litterae initiales caeruleo colore illitae. F. 53^{v} haec exarata praebet, eadem manu qua primum responsorium *Videbat sanctus euspic⟨ius⟩ uiro* (?) *dei;* et, inferius, manu saec. XIV. *Iste liber est ecc⟨lesi⟩e* repetitum; calami probationes difficillimae lectu et nullius momenti. In parte aversa anterioris operculi plumbo caeruleo scriptum leges *37* et litteras *A. S* consertas.

Integumentum chart. membrana saec. XIX obtectum.

10251. Saec. XVIII, chart., mm. 274 × 216, ff. 89.

Supplica alla Maestà del Re nostro signore[1] *di D. Ottauio Falces, ⟨perchè non sia dato ai Padri Gesuiti il permesso di erigere un nuovo collegio in Brindisi⟩*. Inc. *S. R. M. Signore, Non già il dilatato impero, le accresciute provincie*

[1] Carolus IV, Neapolis et Siciliae Rex, annis 1735-1759.

ed i superbi trionfi de' nemici vinti. Des. *ma chinando la fronte ai piedi vostri, possa dir col Profeta, audiui vocem tuam et tacui.*

Foliorum enumeratio duplex; vetus summis, recens imis marginibus adposita: ex vetere eruimus chartas 384 excidisse; primum enim folium, iuxta veterem enumerationem, numero 385 distinctum est. Ff. 85ᵛ-89 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliae Leonis XIII et Placidi Mariae Schiaffino card. bibliothecarii.

10252. Saec. XIX ex., chart., mm. 319 × 219, pp. 283. 325.

Iulii Cordarae De suis ac suorum rebus, aliisque suorum temporum usque ad occasum Societatis Iesu Commentarii ad Franciscum Fratrem comitem Calamandranae, libris XVI comprehensi (ab an. 1704 ad an. 1779). Liber I. inc. *Post eversam Pontificis Maximi decreto Societatem eam quae mihi carior meis oculis erat.* Liber XVI des. *Illud pro certo sumo, cautiores nobis futuros, qui sequentur, Iesuitas, uti qui nostrae calamitatis exemplo discent non nimium efferre se supra ceteros religiosos, sed intra modestiae circulum perpetuo se continere.* Ex hac historia varia excerpta edita sunt, ut videre est apud Sommervogel, *Bibliothèque de la compagnie de Jésus*, vol. 2, col. 1428.

Codex duos tomos complectitur, in unum volumen compactos: tomus primus paginis constat 283, alter paginis 326. Paginae 2. 283. 2. 326 vacuae.

In tegumenti dorso stemma Leonis XIII.

10253. Saec. XVI, chart., mm. 210 × 155, ff. 27.

Documentorum collectio.

1 (f. 1). Epistula S. R. E. Cardinalium ad Laurentium Campegio card. tit. S. Anastasiae Nurembergae legatum pontificium. *Datum Romae sub sigillis trium nostrorum in ordine prior., sexto idus Aprilis M. D. XXIIIJ.* Inc. *Reddite nobis fuere his diebus.*

2. Clementis VII bullae et constitutiones quattuor. [1] (f. 3) *Bulla ... transumpta per R. P. D. episcopum Vigorniensem* <*Hieronymum de Ghinutiis*> *auditorem Camerae Apostolicae generalem super indictionem anni iubilei proximi ... Datum Romae apud S. Petrum anno incarnat. Dominicae MDXXIIIJ, XIIIJ cal. Maii Pontificatus nostri anno 1.* Inc. (f. 3ᵛ). *Si pastores ouium pro gregis.* Praeit (f. 3) ipsius Hieronymi de Ghinutiis testimonium de accurata bullae transcriptione. Subiciuntur (f. 8) Clementis VII constitutio de fide bullae compendio adhibenda, dat. an. MDXXIIII, die X mensis iunii; et Ioannis Bernardi, magistri cursorum, declaratio ex qua eruitur bullam affixam fuisse valvis basilicarum Principis Apostolorum de Urbe et S. Ioannis Lateranensis, die XI iunii an. MDXXIII. [2] (f. 8ᵛ).

« Motu proprio » ad declaranda dubia quae e bulla de triduano ieiunio (de qua inferius sub n. 3) oriri possunt. Inc. ... *Cum in bulla triduani ieiunii.* [3] (p. 11) *Bulla per quam S. D. N. Clemens Papa VII monet et hortatur omnes Christi fideles ad Deum, quem peccando ad iracundiam prouocauerunt, placandum poenitentia uidelicet et triduano ieiunio ac elemosinis cum facultate eligendi confessorem qui eos ab omnibus reseruatis casibus et in bulla coene domini contentis absoluere possit ... Datum Romae apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicae MDXXIIII, quarto idus iunii.* Inc. (f. 11ᵛ) *Pastoralis curae solicitudo quam, Domino uolente, suscepimus.* [4] (f. 15). *Bulla Clementis PP. VII de electione futuri Pontificis, occurrente eius obitu ante suam liberationem ... Datum Romae, in arce Sancti Angeli, anno incarnationis Dominice MDXXVII, di* (lege *id.*) *iulii, Pontif. nostri anno quarto.* Inc. *Cum nos qui beati Petri, quem Iesus Christus.* In margine interno f. 15 adnotatur, prima manu: *copia.* Subicitur (f. 16ᵛ) « Motu proprio » eiusdem Clementis VII ad Franciscum Armellini Cardinalem qui bullam ad notitiam omnium perveniendam curaret. Inc. *Cum nuper de fratrum nostrorum consilio* (A. Ciacconii Vitae et res gestae Pontificum rom. ..., Romae 1677, III, 454-455).

3 (f. 17). *Bulla* Ioannis XXIII *super emphiteosi perpetua castrorum Hostiliae Velimpentae, Pauleti etc. concessa Io. Francisco Gonzagae marchioni Mantuae Pº ... Datum Bononiae IX calen. Decembris Pontˢ Nostri anno quarto.* Inc. *Eximiae deuotionis affectus quem ad nos* (cf. Volta L. C. *Compendio cronologico critico della storia di Mantova* etc., Mantova, 1827, II, 97).

4 (f. 19). *Bulla sanctissimi Domini nostri Domini* Clementis *divina prouidentia papae VII, in qua decernitur ne ullo pacto aut quouis quesito colore spurii succedere possint in beneficiis cuiuscumque generis parentum suorum sacerdotum,* typis impressa *Romae, in campo Florae apud Antonium Bladum de Asula. Anno Domini MDXXX* (cf. Bullarum, diplomatum et privilegiorum Sanctorum Romanorum Pontificum Taurinensis ed. ..., VI, p. 143 sqq.).

5 (f. 21) ⟨Pauli III epistula Carolo V imperatori scribenda, an. 1544, post recessum Spirensem⟩ (Steph. Ehses Concilii Tridentinii actorum pars I ... in opere quod inscribitur: Concilium Tridentinum, t. IV, p. 374 sq., n. 277).

Documenta in hoc volumine collecta, olim adsuta fuerunt cuidam libro impresso bibliothecae Vaticanae et anno 1889 inter codd. mss. translata. At folia typis impressa una cum vetere integumento sedi suae nunc restituta et inter libros impressos sub n. *I. IV. 2057* inveniri possunt. Notae antiquiores aliaque ad notitiam codicis spectantia in parte aversa prioris operculi veteris integumenti exarata leguntur. Foliorum enumeratio triplex; recentem secuti sumus plumbo imis marginibus signatam.

Integumentum recens tela coopertum praeter dorsum et angulos membran.

10254 (olim 10253). Saec. XIX, chart., mm. 260×180, ff. III. 281.

Storia di Subiaco e suo distretto abbaziale per servire di meditazione sul Medio-Evo e sull'epoca feudale dei Baroni di T. Livio Mariani da Oricola cittadino sublacense. Inc. (f. 10) *Cap. I ... È l'Abbadia sublacense un piccolo distretto composto da una città.* Des. *Forse essa dispiacerà a qualcuno; ma certo del publico voto rispondo aver scritto pregato da molti per vantaggio di tutti.* Praemittuntur: [1] (f. 3) epistula Aloysio I, Bavariae regi (inc. *Ardisco presentare;* des. *e prego ad avermi buona grazia ... Di Subiaco il 1 Aprile 1834*); [2] (f. 4) praefatio (inc. ... *Sono dolenti una gran parte di letterati,* des. *ed esser contenti in gran parte delle istituzioni, che abbiamo*). Sequitur (f. 254-277) appendix documentorum quae in libro laudantur et alphabeti litteris A-R distinguuntur.

Codex ipsum est exemplar quod typis tradendum fuit. Ff. I. II^v. III. 2. 8. 9. 29-31. 76^v. 93^v. 94. 112. 113. 127^v. 128. 141. 142. 149^v. 150. 151. 183. 213. 214. 252^v. 253. 277^v-281 vacua. In parte posteriore prioris tabulae integumenti, praeter nomen Quintilini Can. Mariani *di Marano Equo,* quod nomen etiam in altera tegumenti tabula occurrit; nota exscripta est, ex qua eruitur librum pro Vaticana Bibliotheca acceptum fuisse mense Maio an. 1889.

Integumentum ex charta coarctata membrana contectum.

10255. An. 1689 (cf. ff. IX et 1), chart., mm. 273×202, ff. IX. pp. 176.

Inuentarium librorum manuscriptorum Reginae Alexandrae Christinae confectum anno 1689 ⟨a num. 1 ad n. 2125⟩. Inc. (p. 1) *Libri manuscripti 1. Biblia septuaginta interpretum.* Des. *quali non s'intendono tra piccoli e grandi.*

P. 176. ⟨Additamentum de nonnullis voluminibus in indice omissis⟩. Inc. *Libri fuori della scanzia. Quattro libri di comedie.* Des. *strapati e rouinati.*

Volumen a duobus librariis exaratum quorum prior codices 1-2111, alter paulo recentior, eiusdem tamen aetatis, codd. 2112-2125 et additamenta descripsit. Hic illic correctiones et notabilia perpauca. In marg. superiore p. 1 alter librarius notavit *Die 9 Aug^{ti} 1689 de mane.* Opusculi titulus, manu saec. XVIII in primo operculo exaratus est: *Inventarium librorum mss^{orum} Alexandrae Christinę Svecorum Reginę nunc in Vaticana Bibliotheca;* alterum titulum quem supra rettulimus, in f. IX reperies. In priore operculo averso plumbo rubro scriptum est *41 / H. S.*

Hoc inventarium forsitan a notario Laurentio Belli confectum (cf. C. Serafini et S. Le Grelle *Le monete e le bolle plumbee pontificie del medagliere vaticano* ..... Milano, 1910, I, p. XXXIX, n. 3) plane differt ab illo quo hodie utuntur homines studiosi bibliothecam Vaticanam adeuntes; idem vero est ac inventarium in cod. Vat. Lat. 7138, f. 40 sqq., eademque manu exaratum (de quo cf. G. Monticolo *Intorno al cod. Barberini XXXII, 25* et *Intorno ad alcuni antichi cataloghi della bibblioteca manoscritta di Cristina ...* in *Archivio d. R. Società Romana di storia patria,* vol. XVI, pp. 586 sqq., vol. XVII, pp. 197 sqq.).

Integumentum ex charta cinerea.

10256. An. 1788, chart., mm. 200 × 110, pp. 143.

Francisci Cancellieri *Descrizione della basilica Vaticana con una biblioteca degli autori che ne hanno trattato. Roma, MDCCLXXXVIII. Nella stamperia Vaticana.*

Liber impressus, sed quamplurimas exhibet scidulas manu ipsius Francisci Cancellieri exaratas, ut cod. Vat. 10193. Exstant etiam adnotationes in marginibus et inter lineas.

Integumentum chart. coopertum corio nigro aureis ornamentis distincto. In dorso tessella chart. cum n. *42;* inferius operis titulus et nota *MSS.* ex auro impressa.

10257. Saec. XVII, chart., mm. 263 × 190, ff. I. 342.

Lettere di **Pietro Nores** *scritte a diversi.*

1. Ad Vincentium Pinelli. [1] (f. 2). *Roma, 12 Dicembre 1591.* [2] (f. 7v). *Roma, 4 Gennaro 1592.*

2. Ad Iulium Forlì, Patavii. [1] (f. 10). *Roma, 14 Gennaro 1592.* [2] (f. 22v). *Roma, 11 Gennaro 1592.*

3. Ad Vincentium Pinelli, an. 1592. [1] (f. 26). Epist. Patavium missa. *Roma, primo Febbraro.* [2] (f. 28). *Roma 22 Febbraro.* [3] (f. 30). *Di Bologna, 12 Aprile.* [4] (f. 32). *Bologna, 9 Maggio detto* ⟨1592⟩. [5] (f. 43). *Di Roma, a 2 di Marzo.* [6] (f. 65). *Roma, 13 Marzo.*

4. Ad Card. Petrum Gondi. [1] (f. 72). *Roma, 28 Marzo 1592.* Praemittuntur [a] (f. 66v). Epist. fr. Alexandri Franceschi ad card. Petrum Gondi sine loci et anni nota, inc. *Quello che io ho esposto a V. S. Illma e Reuma;* [b] (f. 68) *Risposta del card. Gondi* ut sopra, inc. (f. 68v) *Il cardle ha negato in fatti tutto che si contiene.* [2] (f. 74). *Di Roma, 3 Luglio 1593.* [3] (f. 76). *Roma, 11 Gennaro 1593.* Subnectitur (f. 78) *Ristretto della guerra Turchesca, l'anno 1593.* Inc. *I progressi della guerra Turchesca quest'anno.* Des. *se ne resero gratie a Dio.* [4] (f. 83v). *Roma, 24 Gennaro 1594.*

5. Ad Vincentium Pinelli. [1] (f. 88) Epist. Patavium missa. *Roma, 22 Gennaro 1594.* [2] (f. 92v). *Di Roma, 15 Marzo 1595* (haec epist., partim, edita fuit ab A. Solerti *Vita di T. Tasso,* 1895, II, 353 sqq.). Subiciuntur T. Tasso cantiunculae duae, vulgo « Sonetti » [a] (f. 98) *Al Papa Clemente Ottavo,* inc. *Mentre fulmina il Trace e i monti e i campi;* [b] (f. 98v) *Sopra l'incoronatione del Santismo Papa Clemente Ottauo,* inc. *Ecco l'alba, ecco il dì che in sè ritorna* (cf. A. Solerti op. cit., I, 802). [3] (f. 99). *Roma, 25 Marzo 1595.*

6. (f. 100). *Al Sigr N. N., in Venetia, Di Roma, a 20 di Maggio 1595.*

7. (f. 102v). *A Monsigr. Minutio* ⟨Minutius de Minutiis, an. 1596 archiep. Za-

rensis⟩ ***intimo** segretario di Nostro Signore, a Capranica. **Di Roma**, 15 Gennaro 1595.*

8. Ad Vincentium Pinelli, an. 1595. [1] (f. 107). Epist. Patavium missa. *Roma, 30 Luglio.* [2] (f. 111). *Roma 29 Agosto.*

9. (f. 112). *Al Sig^{r}. N. N. in Venetia. Di Roma, lì 28 di Settembre 1595.*

10. Ad Card. Ludovicum Nogaret de la Valletta (in ms. *Al Sig^{r} Card. della Valletta* aut *Al card. Patrone*). [1] (f. 115). *A 22 Febbraro 1629.* [2] (f. 117^{v}). *A 11 Aprile 1529* (sic pro 1629).

11. (f. 120). *A Monsig^{r} Talon* ⟨*Giacomo*⟩. *Lì 15 Aprile 1629.*

12. Ad Card. L. Nogaret de la Vallette, an. 1629. [1] (f. 124). *All'ultimo di Aprile* ⟨1629⟩. [2] (f. 128). *A dì 13 Maggio.* [3] (f. 128^{v}). *P^{o} di Giugno.* [3] (f. 130^{v}). *A 2 Giugno.* [4] (f. 135^{v}). *A dì 15 Giugno* ⟨1629⟩. [5] (f. 138^{v}). *All'ultimo di Giugno.* [6] (f. 142^{v}). *A dì 13 Luglio.* [7] (f. 143). Sine temporis nota et loci. Inc. *Nè le cose pubbliche, nè le nostre qui di Roma.* [8] (f. 144^{v}). *A 28 Luglio.* [9] (f. 147). *Alli 11 di Agosto* ⟨1629⟩. [10] (f. 151). *Alli 27 di Agosto.* Subicitur (f. 154^{v}) additamentum quod inc. *In questo punto che io stauo per chiudere le lettere.* [11] (f. 155^{v}). *A dì 11 Settembre* ⟨1629⟩.

13. (f. 158^{v}). *Al Sig^{r} Tallon. Alli 11 Settembre 1629.*

14. Ad Card. L. Nogaret de la Vallette. [1] (f. 160). *A dì 9 Ottobre* sine anni et loci nota, forsitan an. 1629. Inc. *Per quello che scrissi a V. S. Ill^{ma} con le precedenti.* [2] (f. 163). *Alli 25 di Ottobre*, ut supra., inc. (f. 163^{v}). *Dall'ingiunti auuisi V. S. Illma intenderà.* [3] (f. 166). Epist. sine ulla temporis nota. Inc. *Tra i negotii a' quali ho dato mano.* [4] (f. 167^{v}). *Lì 12 Novembre*, ut s. Inc. *Non mando altri auuisi di Milano.*

15. (f. 171^{v}). Al Sig^{r} Tallon. *Li 12 Novembre 1629.*

16. (f. 172). Ad anonymum, forsitan ad card. L. Nogaret de la Vallette, sine temporis et loci nota. Inc. (f. 172^{v}) ... *Tanto ho indugiato a rispondere.*

17. Ad Card. L. Nogaret de la Vallette, an. 1630. [1] (f. 187). *Li 14 Gennaro.* [2] (f. 196^{v}). *Lì 17 Gennaro.* [3] (f. 200). *A dì 20 Febraro.* [4] (f. 204^{v}). *A 2 di Marzo.* [5] (f. 207^{v}). *A dì 15 Maggio.*

18. (f. 211). *A Mons^{r} Tallon. A dì 24 di Ottobre* ⟨1630⟩.

19. (f. 212^{v}). Ad Card. L. Nogaret de la Vallette. *A dì 5 Nouembre 1630.*

20. (f. 219^{v}). *A Mons. Tallon. A dì 5 Nouembre* ⟨1630⟩.

21. Ad Card. L. Nogaret de la Vallette. [1] (f. 221). *A dì 8 Nouembre 1630.* [2] (f. 223). *A 29 Nouembre* ⟨1630⟩. [3] (f. 225). *A dì 29 Nouembre* ⟨1630⟩. [4] (f. 226). *A dì 4 Gennaro 1631.*

22. (f. 229ᵛ). *A Monsʳ Tallon. A dì 6 Gennaro 1631.*

23. Ad Card. L. Nogaret de la Vallette, an. 1631. ¹(f. 232ᵛ). *A dì 13 Febraro.* ²(f. 238). *A dì 11 Marzo* ⟨1631⟩. ³(f. 240). *A dì 29 Marzo.* ⁴(f. 244ᵛ). *A dì 11 e 13 Aprile.* ⁵(f. 250). *A 29 Aprile.* ⁶(f. 258ᵛ). *A dì 10 Maggio.* ⁷(f. 261). *A dì 24 Maggio.* ⁸(f. 264). *A di 7 Giugno.* ⁹(f. 270). *A dì 21 Giugno.* ¹⁰(f. 273ᵛ). *A dì 5 Luglio* ⟨1631⟩. ¹¹(f. 277ᵛ). *A dì 20 Luglio.* ¹²(f. 279ᵛ). *A dì 2 Agosto.* ¹³(f. 283). *A dì 16 Agosto.* ¹⁴(f. 283ᵛ). Alia epist. data eadem die. Subicitur (f. 287) *Relatione della Caualcata con le lettere delli 16 di Agosto 1631.* Inc. *Scriuo a parte qualche cosa della Caualcata.* Des. *si condusse a casa doue lo lascio.* ¹⁴(f. 293). *Alli 8 di Settembre.* Subnectitur (f. 297ᵛ) *Incontro del Sigʳ. Pesaro Ambasciatore di Venetia con il Sigʳ D. Taddeo.* Inc. *Questa mattina, quando il Sigʳ Ambasciatore.* Des. *il figliuol dell'huomo quadro scampano.* ¹⁵(f. 299). *A dì 27 di 7bre.* ¹⁶(f. 304). *A dì 23 Ottobre.* ¹⁷(f. 309). *A 22 Nouembre* ⟨1631⟩. ¹⁸(f. 316). *A dì 16 Xbre* ⟨1631⟩. ¹⁹(f. 321ᵛ). *A dì 22 Xbre.*

24. Ad eundem Card., an. 1632. ¹(f. 325). *A dì 3 Gennaro.* ²(f. 325ᵛ). *Alli 17 Gennaro.* ³(f. 330). *A dì 21 Gennaro.* ⁴(f. 330ᵛ). *A dì 3 Febraro.* ⁵(f. 332). *A dì 23 Febraro.* ⁶(f. 334ᵛ). *Li 21 Marzo.* ⁷(f. 338ᵛ). *A 23 d'Aprile.* ⁸(f. 341ᵛ). *A dì 21 Maggio.* ⁹(f. 345ᵛ). *A 28 Maggio.* ¹⁰(f. 348). *A dì 18 Giugno.*

De his epistulis aliisque operibus Petri Nores cf. L. Scarabelli in *Arch. stor. italiano* S. I., t. 12 (1847), pp. XX sqq., praesertim pp. XXVIII sqq.

Codex satis diligenter exaratus, hic illic corretiones et additamenta praebet prima manu. Foliorum enumeratio recens typis impressa in imis marginibus; superest vetus enumeratio per quiniones (cf. ff. 11. 21. 31 etc.). In parte aversa prioris operculi antiquiores codicis notae plumbo et atramento exaratae: $\frac{586}{4}$ / *Phillipps Ms. 7710.* Ff. I. 1ᵛ 341-342 vacua.

Integumentum chartaceum membrana obductum, in dorso titulus et veteres notae *7710 / CXXIV / 29.*

10258. Saec. XIX, chart., mm. 299 × 209, ff. 50.

Aloysii Picchioni, *archivistae, Prospectus indicis brevium Benedicti PP. XIV. Index per litteras alphabeti dispositus est ac divisus per titulos qui ut plurimum in sectiones dispersiuntur.* Inc. ... *Titulus I. De abbatibus. Sectᵒ I. Erectiones Abbatiarum etiam ad tempus.* Des. *dispensationes super votis et iuramentis.*

Codex currenti calamo, haud tamen indiligenter exaratus. Foliorum enumeratio recens typis impressa in imis marginibus.

Integumentum chart. corio viridi obtectum. In dorso titulus et ornamenta auro impressa. Ligamina periere.

10259. Saec. XVIII, chart., mm. 285 × 211, ff. 273.

⟨Pauli Galletti Conlectio inscriptionum latinarum sub XXIII classibus distributa⟩. Classis I (f. 16) *Diis dedicatorum* **inc. (f. 20^{v})** *M. Antonius / Eros Decur.* **Classis XXIII (f. 239)** *Christiana* **des.** *Pater et Eutolmius in pace.* **Praeeunt: [1] (ff. 2-3). Inscriptiones quattuor ab abbate Tojetti collectae et manu P. Galletti exaratae in foliis solutis nunc supra dictis adglutinatis. Inscriptio I inc.** *D. M. / Vixit. Sabina vir / go.* **Inscriptio IV des.** *M. Clodius. Sossianus / Fratri. Fec.;* **[2] (f. 14) Alexandri Galletti, inscriptionum conditoris, titulus in laudem Constantini patris sui, sub anno M.DCC.LVIII. Inc.** *Quod faustum fortunatumque siet.*

Inscriptiones litteris quadratis exaratae sunt. In f. 1 haec leges, manu I. B. de Rossi: *Volumen autographum Pauli Galletti dein monachi Cassinensis et Episcopi Cyrenarum, in quo veteres titulos descripsit ab Alexandro patre in suburbano suo (extra portam, si bene memini, Angelicam) conlocatos. Dono accepi ab Michaele Cajetani V. C. Duce Sermonetae, mense Novembris anni MDCCCLIV. Ioannes Baptista de Rossi.* In parte aversa prioris operculi manus recentissima plumbo scripsit *Acquistato da Castagnari Alessandro per L. 35, il 26 Giugno 1908.* Foliorum enumeratio recens typis impressa; quam plurima vacua sunt.

Integumentum chart. membrana obtectum et ligaminibus instructum. In dorso voluminis titulus litteris aureis impressus *Marmora* | *Galletti.*

10260. Saec. XIX, chart., mm. 264 × 187, ff. I. 382.

Documenti relativi alle contestazioni insorte fra la Santa Sede ed il governo francese. **Opus in tres partes distinctum (cf. f. 176. 272). Haec documenta publici iuris facta sunt an. 1833 in vol. I. II, quae loci nota carent.**

Codex nitide exscriptus. In textu correctiones et additamenta perpauca. Foliorum enumeratio duplex, antiqua per paginas, recens typis impressa in imis marginibus, per folia: recentem secuti sumus. In f. I vetus codicis nota *Scanz. II. Ord. III. Num. I.* Ff. I. 174. 175. 176^{v}. 265^{v}-271. 272^{v}. 278^{v}-382 vacua.

Integumentum membran. In dorso aurea ornamenta et schedula ex corio suboscuro exhibens titulum aureis characteribus impressum.

10261. Saec. XVII, chart., mm. 287 × 209, ff. III. 218.

Codici della libraria Palatina **sive adversaria in plures codices bibliothecae Vaticanae-Palatinae. Inc. (f. 3)** *Codi. 3. Un bel codice di S. Gironimo scritto.* **Des. cod. 1955** *Molte epistole di Lutero, Melantone etc.*

Volumen accurate exaratum. Foliorum enumeratio duplex, antiqua per paginas, recens, typis apposita, quam secuti sumus, per folia. F. I adglutinata est schedula Nardecchia bibliopolae inscripta, a quo codex hic et sequens empti sunt die 28 ianuarii an. 1908. Ff. plura humore maculata; I-II. 1^{v}-2. 186^{v}-218 vacua.

Integumentum chart. membrana obtectum.

10262. An. 1773 (cf. f. 1), chart., mm. 290 × 210, ff. V. 294.

Inuentarium / graecorum codicum manuscriptorum / Bibliothecae Palatino-Vaticanae / inceptum a Iosepho de Iuliis / et finitum a P. Iosepho de Camillis / scriptoribus graecis / sub / Ill^mo domino Emanuele a Schelestrate / Bibliothecae Vaticanae praefecto manu Iosephi Spalletti exaratum. Continet: [1] (f. 3) ⟨Inventarium a Iosepho Spalletti recognitum⟩. Inc. *Num° 1:* μαρτυρολόγιον τοῦ μηνὸς Σεπτεμβρίου. *La prima riguardia è di carattere greco.* Des. recensione cod. 432 *dice averle vedute;* [2] (f. 156) ⟨Excerpta e pluribus ipsius bibliothecae codicibus, opera et studio Iosephi Spalletti digesta⟩. Inc. *Cod. Palat. Vat. 386 p.* 111. Ἐκ τῶν τοῦ Ἰανου Λασκάρεως. Des. *non sciolti, come nell'altra;* [3] (f. 206) πίναξ.

Codex ex illo inventario transcriptus est, quod homines studiosi bibliothecam Vaticanam adeuntes prae manibus habent. Hoc etiam docet librarius in f. 1 *Ita habet titulus huius inventarii, hæc vero quae interius adnotata reperiuntur summa diligentia transcripta sunt a Iosepho Spalletti Bibliothecae Vaticanae Graeco scholiaste, Emi Alexandri Albani S. R. E. Bibliothecarii iussu, an. 1773.* In summo margine f. 3 temporis nota *6. 9bre, 73.* F. 66 est epistula Ios. Assemani ad Ab. Speranza de nonnullis codicibus palatinis, die *10 Ag°. 1756.* In imo margine f. 154ᵛ τετέλεσθαι ἐκ χειρὸς καὶ πόνου τοῦ Ἰωσὴφ τοῦ | Σπαλλαιτταίου ῥωμαίου τῆς βιβλιοθήκης Βατικάνου σχολιάστου, ἐν ἔτει ἀπὸ | Ιῡ. Χῡ ἀναβάσεως. ͵αψογ' μηνὶ δεκεμβρίῳ, ἡμέρα κα, ὥρα κα ἐτελειώθη δὲ πόνος τουτοσὶ ἐν ἡμέραις μ'. Ff. 3-154 singulis columnis exscripta; ff. I-V. 2. 68ᵛ. 155. 162ᵛ. 215ᵛ. 218ᵛ. 223ᵛ. 226ʳ. 233ʳ. 245ᵛ. 251. 256ᵛ. 259ʳ. 261ᵛ. 266ᵛ. 267ᵛ. 271ᵛ. 273. 278-294 vacua. Usque ad f. 155 enumeratio duplex, recentem typis appositam secuti sumus. Codex emptus fuit a Nardecchia bibliopola, pariter atque cod. 10261.

In tegumenti dorso titulus graece et italice τὰ τῆς βιβλιοθε | κῆς | παλατινῆς | ἑλληνικά / *Inventario delli / codici greci / della Biblioteca / Palatina.*

10263. Saec. XIX, chart., mm. circiter 270 × 200 et 305 × 214, ff. VII. 860.

Francisci Gentilini orationes et opuscula varia. [1] (f. 3). *Dissertazione per l'accademia di religione cattolica 1845.* Inc. (f. 4) *La religione è tutto. Primogenita dell'Eterno.* Des. *una immortalità di nome e di fatto.* [2] (f. 27). Alia ut supra, pro anno 1846 sub titulo (f. 28) *La tendenza al cattolicismo, che per ogni lato si manifesta, è una pruova luminosa della verità e della vita della religione cattolica.* Inc. (ibid.) *Se la storia de' più celebri imperi.* Des. *della tua materna carità.* [3] (f. 51). Alia ut s., pro an. 1852. Inc. (f. 52) *Eminentissimi principi ... Religione! Questo santo nome, divino e non umano.* Des. *domicilium fidei, templum Dei.* [4] (f. 67). *Prolusione in Arcadia. 1851,* sub titulo (f. 68) *SS. Pietro e Paolo.* Inc. (ibid.) *L'encomiar l'uom virtuoso, le di cui savie.* Des. *il men che mediocre arcipatore.* [5] (f. 79). Oratio Fulginei prolata in laudem Pii VII. Inc. (f. 80) *Foligno, acco-*

stati all'ara sagra. Des. *Religione riconoscente. Pietro divoto.* [6] (f. 99). *La fuga del Bambino in Egitto.* Inc. (f. 101) *Fortiter ... Bella è virtù. Il suo genio divino innamora.* Des. *è dommatica la storia, la felicità.* [7] (f. 113). *Risurrezione.* Inc. (f. 114) *Non permisit me Dominus ... Se i fausti avvenimenti degl'Imperi e de' regni.* Des. *i festeggianti alleluja del suo trionfo.* [8] (f. 131). *Vaticano.* Inc. (f. 132) *Vaticano, fra i belli e consolanti prospetti che offre la religione.* Des. *alla pastoral tua possanza.* [9] (f. 146). *Paradiso.* Inc. (f. 147) *Bonum est nos hic esse. Angeli, affacciatevi sulle stellate vette del firmamento.* Des. *meta dell'immensa, della eterna felicità.* [10] (f. 161). *La lettura cristiana.* Inc. (f. 162) *Iusti sunt omnes sermones* etc. *La dottrina de' secoli e degli uomini è un forte appoggio.* Des. *qui te scit, etiam si illa nesciat.* [11] (f. 176). *Amore verso il prossimo.* Inc. (f. 177) *Consideremus invicem* etc. *Natura ... Ragione ... Filosofia e qualunque più elevato.* Des. *mutuamente benefattrice carità.* [12] (f. 191). *Agonia. In Ferrara 1819.* Inc. (f. 192) *Introduzione. Al calvario, al calvario alle sanguinose roccie.* Des. *non confundar in ęternum* [13] (f. 221). *Quaresimale 1823* et (f. 222) *Giudizio universale.* Inc. *Incurvabitur sublimitas hominum* etc. *Ha i suoi terrori anche il vangelo.* Des. *supplicanti parce Deus.* [14] (f. 241). *Tempo e eternità.* Inc. *Quod est opus ... Queste pur gravi e misteriose inchieste.* Des. *a reprobis sine fine tolerantur.* [15] (f. 256). *La Madalena.* Inc. *Eras nuda et confusione plena* etc. *Mentre l'applaudita moda del licenzioso vedere.* Des. *crimina remittit et dat pręmia.* [16] (f. 271). *La Samaritana.* Inc. *Delebo ut nubem iniquitates tuas* etc. *Se dopo i brievi giorni della innocenza.* Des. *Et numquam Deus deseret hominem.* [17] (f. 283). *Vangelo.* Inc. *Vię eius vię pulchrę ... Se il grandioso edificio della religione prevenuto già.* Des. *et omnes semitę eius pacificę.* [18] (f. 298). *Figlio prodigo.* Inc. *Plorans nequaquam plorabis ... Ritiratevi, profeti del terrore.* Des. *quia non sumus consumpti.* [19] (f. 314). *Fede e misericordia. Quaresimale per la Basilica Vaticana 1848.* Inc. (f. 315) *Iustus ex fide vivit. Somma parola di Dio, onde si muove.* Des. *Fides, hanc qui tenet felix est.* [20] (f. 327). *S. Giuseppe.* Inc. *Magnus Pater et non est similis ... Venerabili padri dell'antica alleanza.* Des. *a voi consegno l'anima mia.* [21] (f. 351). *Maria S$\overline{m}$a Addolorata. Quaresimale nella Basilica Vaticana pel 1852.* Inc. (f. 352) *Stabat iuxta crucem* etc. *Veli natura la lieta faccia.* Des. *Fac ut animę donetur / Paradisi gloria.* [22] (f. 366). *L'uomo.* Inc. *Hoc est omnis homo* etc. *Virtù e vizio, onore o infamia.* Des. *un grande della beata eternità.* [23] f. 380). *Trionfo Vangelico.* Inc. (f. 382) *Ogni religione onora Dio, ogni culto ed omaggio.* Des. *la delizia della divinità.* Praeeunt (ff. 381v et 382) alterius initii variae probationes. [24] (f. 395). *Umiltà vange-*

lica. Inc. *Ubi est humilitas ibi et sapientia etc. La morale del cattolico, il Vangelo, è l'etica dei secoli*. Des. *quam sectatus est Dominus*. [25] (f. 409). *Amor di Dio*. Inc. *Ordinavit in me charitatem. Se giusta l'ingenito istinto di perfetta natura*. Des. *fra i celesti comprensori*. [26] (f. 423). *Morte*. Inc. *Clama, ne cesses* etc. *Religione, ai figli tuoi, che non ha guari*. Des. *periculi metus cuius nescitur incursus*. [27] (f. 437). *Purgatorio*. Inc. *Unde ememus panes* etc. *No, non è questo il giorno*. Des. *in ęterna tabernacula*. [28] (f. 455). *Gli Apostoli*. Inc. *Videte vocationem vestram* etc. *Se straordinari disegni, azioni strepitose*. Des. *Sęclum per omne gloria. Amen*. [29] (f. 470). *La Predicazione. Quaresimale nella metropolitana di Vercelli per l'anno 1850*. Inc. (f. 41) *Pro Christo legationem fungimur* etc. *Religione, a que' figli tuoi che non guari vidd'io festosi*. Des. *qui audiunt verbum Dei et custodiunt illud*. [30] (f. 484). *Il giovine cristiano*. Inc. *Iuvenes hortare ut sobrii sint. L'apostolo. Donna si avanza che punge fortemente desio*. Des. *etiam cum senuerit non recedet ab ea*. [31] (f. 496). *La chiesa cattolica*. Inc. *Ego sum via, veritas et vita. Religione, colmo dei più tetri pensieri*. Des. *via, veritas et vita*. [32] (f. 510). *Ipocrisia*. Inc. *Ingrediens duas vias non habebit successus.... Anche il privilegiato figlio*. Des. mut. *Ma se agli occhi vostri vi com./*. [33] (f. 521). *Inferno. Quaresimale nella metropolitana di Vercelli per l'anno 1850*. Inc. (p. 522) *Et erunt novissima hominis illius* etc. *No, non sempre dardi di carità*. Des. *prende a scherno i suoi futuri castighi ...* [34] (f. 537). *SS.ma Annunziata*. Inc. *Ecce ancilla Domini* etc. *L'inferno trionfò: sulle omai cancellate vestigia*. Des. *Dilectus meus mihi et ego illi*. [35] (f. 547). *Bibbia*. Inc. *Vecchi rispettabili che vegliate alla custodia*. Des. *io ti avrò vero cattolico!* [36] (f. 565). *I guai della vita*. Inc. *Virga ęquitatis* etc. *Dunque ha uno scandolo l'integerrimo*. Des. *virga regni tui*. [37] (f. 573). *Gesù Cristo*. Inc. *Dunque è vile così il Salvatore nel mondo*. Des. *che grida Gesù Cristo*. [38] (f. 590ᵛ). *Addolorata*. (*Quaresimale 1816* ad. in f. 590). Inc. (f. 591) *Madre, ah non più madre*. Des. mut. *a regnar con te. Quando ...* [39] (f. 604ᵛ). *Providenza*. (*Quaresimale* ad. in f. 604). Inc. (f. 605) *Dunque Providenza non v'è?* Des. *benedic, anima mea, Dominum*. [40] (f. 616ᵛ). *Religione*. (*Quaresimale* ad. in f. 616). Inc. (f. 617) *Religione, a te sola spettano coteste ammontonate rovine*. Des. *A te restituire lo spirito mio*. [41] (f. 629). *Orazione panegirica di San Paolo Apostolo e dottor delle genti, recitata nella pia unione degli ecclesiastici all'Apollinare in Roma. 1853*. Inc. (f. 630) *Magnus, secundum nomen suum* etc. *È sempre ardua impresa encomiar*. Des. *proteggi, ispira questi tuoi clienti*. [42] (f. 640). *Gesù Cristo in croce. Orazione recitata nell'accademia liturgica di Roma. 1853*. Inc. (f. 641) *Christus mortuus est* etc. *Se i strepitosi*

fatti degl' Imperi e de Regni. Des. *di mille e mille conquiste.* [43] (f. 654). *Orazione panegirica in onore di S. Bernardo dottore della Chiesa, 1856.* Inc. (f. 655) *Eris exemplum et stupor in gentibus. Cada il fascino dell'illusione della tradita mente.* Des. *satiabitur terra.* [44] (f. 667). *S. Carlo Borromeo. Saggi di eloquenza sagra.* Inc. (f. 668) *Fructus autem spiritus est charitas* etc. *Dunque in mezzo alle più ampollose iattanze.* Des. *quę reuelabitur in nobis.* [45] (f. 683). *Panegirico di S. Francesca Romana.* Inc. (f. 684) *Vade in hac fortitudine* etc. *Forza, costanza, valore e quante son desse mai.* Des. *certaminum pręmium vincens.* [46] (f. 704). *Omelia per l'Assunzione di Maria SS.ma. 1833.* Inc. (f. 705) *Se gli alti e sempre adorabili disegni.* Des. *non confundar in ęternum.* [47] (f. 722). *Veglie in Foligno 1814. Attributi di Dio.* Inc. (f. 723) *Foligno, la Religione ti ringrazia.* Des. mut. *Dio fece il cielo e la terra. Natu.* Subiciuntur (f. 732) quaedam de SS. Sacramento Eucharistiae. [48] (f. 733). *Veglie per Fuligno, nell'anno 1819,* sub titulo (f. 734) *Giobbe e Sedecia nell'avversità.* Inc. (ibid.) *Tutto è divino, anche nell'ordine di natura.* Des. *colle lagrime della penitenza.* [49] (f. 745). *Veglie* ut supra: (f. 746) *Otoniello e Senacheribbo sul campo di battaglia.* Inc. (ibid) *L'uomo di maneggio e di stato, se ha sodo fondo.* Des. *uno sguardo a Ottoniello che vi dipingo.* [50] (f. 755). *Veglie* ut s.: (f. 755ᵛ) *I ritratti.* Inc. (f. 756) *Ombre tacite della notte, ne' giorni i più pericolosi.* Des. mut. *contrastante, sa trionfare in.* [51] (f. 767). *Altre veglie per Fuligno 1819* ut s.: (f. 768) *Giuseppe e Samsone nella tentazione.* Inc. (ibid.) *Natura umana, è vero che sei necessariamente cattiva.* Des. *nella più difficile pruova.* [52] (f. 779). *Veglie* ut s.: (f. 780) *Mardocheo e Nabucco in grembo alla storia.* Inc. (ibid.) *Ove corre il mondo fanatico per l'umana gloria?* Des. *siete desiderosi di vera gloria.* [53] (f. 789). *Altre veglie* ut s.: (f. 790) *Otoniello e Senacheribbo sul campo di battaglia.* Inc. (ibid.) *Dio maneggia le sorti dei re e dei regni.* Des. *framiste le disgrazie tue.* [54] (f. 801). *Veglie* ut s.: (f. 814) *Eleazzaro e Salomone nella vecchiaia.* Inc. (ibid.) *Se è vero che la storia ammaestra.* Des. *vecchiaia, tu mi fai paura.* [55] (f. 813). *Veglie* ut s.: (f. 814) *Mosè ed il Mago dinanzi a Faraone.* Inc. (ibid.) *Chi ardisce entrare in gara coll'Onnipotente?* Des. *piissimi dì della chiesa bambina.* [56] (f. 825). *Veglie* ut s.: (f. 826) *Daniello e il cortigiano nel lago.* Inc. (ibid.) *Immagine venerabile, che fra queste opache tenebre.* Des. *che flagello ... che pena ... che giudizio! ...* [57] (f. 837). *Altre veglie* ut s.: (f. 838) *Abramo e Ielfe* (lege *Iefte*) *presso l'altare.* Inc. *Ombre tacite della notte, ne' giorni i più pericolosi.* Des. *nel seno della tua beatitudine in cielo.* Quae vero in ff. 837-843ᵛ exarata sunt, etiam in ff. 756-764 reperies. [58] (f. 851). *Altre veglie* ut s.: (f. 852) *Gia-*

cobbe e Balaam coll'angelo. Inc. (ibid.) *Ha gran prodigi la storia.* Des. *di tua immortale felicità.*

Praeit (f. 1) **Francisci Gentilini brevis vita ab anonymo conscripta.** Inc. *Monsig^r Francesco Gentilini nacque in Spoleto.* Des. *nel cimitero canonicale della SS. Basilica Vaticana.*

Codex maxima ex parte authographus, ut manifeste apparet ex correctionibus et additamentis praecipue in foliis alia manu descriptis (cf. e. g. f. 315). Singulis columnis exaratus est, uno vel altero folio excepto binis columnis lineisve plenis exscripto. Folia quam plura vacua.

Integumentum membrana coopertum. In dorso chartulae duae adglutinatae sunt, quarum prior haec continet *Martinucci / Serie letteraria / Tomo VIII;* altera *Mons. Gentilini.*

10264 (olim 10407). Saec. XVIII, chart., mm. 273 × 195, ff. 199.

Paschalis Amati Sabinianensis De restitutione purpurarum liber, anno 1777 (cf. f. 19) conscriptus. Inc. (f. 5) *Pręfari breviter operę pretium est, plurima nova, de quibus altum in libris nostrorum hominum silentium ... Duplex omnino tincturę genus.* Des. *si torcularis illius una vindemia est, culpa nimirum artificis erit, cui se copia nulla subtraxit. Hęc Sabiniani dabam, Romę editionem curantibus Petro Borghesio et Ioanne Christophoro Amadutio, utrisque cl. viris, et popularibus meis, quos amoris, et honoris causa nominavi.* Praemittitur (ff. 2-4) **index capitum.**

Ff. 1^v. 4^v. 199^v vacua. In tegumenti dorso, praeter alia, duae chartulae adglutinatae sunt, quarum prior continet *Martinucci / Serie litteraria / Tom. VII,* altera notam numeralem *35.*

Tegumentum ex charta spissata.

10265. Saec. XVII, chart., mm. 275 × 200, ff. II. 403 (+ f. 20^a).

⟨Anonymi⟩ *L'infallibilité de la foy de Saint Pierre et de ses successeurs iustifiée par des preuves inuincible tirées des actes publiques faits par le Roy, par les Prelats de France, par le Conseil d'Etat, par le Parlement de Paris et par la Sorbonne, en la cause du Iansenisme condamné par les constitutions apostoliques des souuerains Pontifes Innocent X et Alexandre VII, ou l'on voit clairement quelle est la croiance de la France sur le suiet de l'Infallibilité du Pape et de sa Primauté au dessus du Concile.* Inc. (f. 1) *Au Roy. Sire, l'on ne peut trouuer rien de plus fort ni de mieux.* Des. *et serà le comble de sa gloire.*

Codex accurate perscriptus. Folia nonnulla binis columnis exarata documenta exhibent latine et gallice. In marginibus hic illic auctoritates. In f. II, praeter titulum quem rettulimus, scriptum legimus alia manu saec. XVIII: *Tom. VIII,* et manu prima: *Fides Petri numquam deficiens. Cler. Gallican. in Epistol. ad Innocent. X,* inferius vero, tertia manu: *Mss. di C⟨arte⟩ 400.* In margine externo eiusdem f. II stemma Card. Gentili *Ex mss. Xaverii Card. Gentili.* Ff. 20a. 401-403 vacua.

Integumentum membrana coopertum; in dorso chartula adglutinata notam *131* exhibet.

10266. An. 1696, chart. mm. 242 × 185, ff. VIII. pp. 210.

Iacobi Tollii Insignia itinerarii italici quibus continentur antiquitates sacrae. Trajecti ad Rhenum, 1696.

In marginibus pp. 3-105, quae s. Gregorii Nazianzeni carmina inedita exhibent, adnotationes, correctiones et glossae nonnullae exstant, manu saec. XVIII exaratae.

Liber monasterii S. Germani a Pratis olim fuit (cf. f. III) et inter documenta d. Coustant, ord. S. Benedicti, congreg. S. Mauri, repertus (cf. notulam in f. I^v manu Fr. Ehrle).

Integumentum ex corio subobscuro; dorsum titulo et aureis ornamentis distinctum.

10267. Saec. XVII, chart., mm. 263 × 194, ff. III. 272.

⟨**Anonymi** Vita Innocentii III papae⟩. In ms. *Incipit quidam libellus felicis recordationis Domini Innocentii Papae tertii* (cf. Muratori, Rerum italicarum scriptores, III, coll. 486-586). Quae tamen in ff. 263-271 continentur, a verbis *Basilicae Sancti Petri*, usque ad verba *quatuor millium librarum excessit* in ed. Muratoriana desiderantur.

Codex nitide exscriptus. In textu hic illic verba nonnulla lineis nigris subductis distinguuntur; in marginibus notabilia et glossae alia manu eiusdem aetatis, cui facile tribuerim notulam in margine interno f. 1^r exaratam *fuit hęc uita impressa Tolosę una cum parte registri Innoc. 3, sed in ea deficiunt non nulla quę hic sunt* (cf. Innocentii tertii pont. max. epistolarum libri quatuor etc. Tolosae apud soc. Tolosanam, MDCXXXV). In f. I notula F. Ehrle nos docet hunc codicem repertum fuisse inter documenta Maurinorum.

Integumentum ex corio viridi aureis ornamentis distincto. In operculis, ligaminibus adhuc instructis, stemma episcopi nescio cuius (anguis coronatus monte exsiliens et malum ore tenens). In dorso, titulus litteris aureis impressus.

10268. Saec. XIV-XV, membran., exceptis ff. I-IV. 570-573 chart., mm. 141 × 105, ff. IV. 573.

Breviarium Camaldulense monasterii S. Mariae de angelis Florentiae urbis.

1 (f. 3). Kalendarium, in quo festivitates distinguuntur lectionum numero et atramenti colore. Haec notanda: (6 februarii) *fit anniversarium patrum et matrum;* (11 iulii) *Translatio S. Benedicti;* (26 iulii) *S. Pantaleonis M.; eodem die sancte Anne,* officium vero S. Annae desideratur in proprio sanctorum; (11 sept.) *SS. martyr. Prothi et Iacinthy atque Memesi* (! cf. H. Grotefend, *Zeitrechnung des deutschen Mittelalters und der Neuzeit* II, 1898, pp. 12-14). Subiciuntur: [1] (f. 9) tabella ad inveniendum Pascha cum rubrica *Si uis pasca resurectionis per hanc tabulam;* [2] (f. 9^v) alia tabella ut supra, ab an. 1383 ad an. 1896 cum notula *Questa è tauola dassapere a quanti dì del mese* etc.; [3] (f. 10) *tabula festiuitatum mobilium,* cui adnectitur explicatio (f. 10^v) alia manu saec. XV exarata, inc. *Si uis per suprascriptam tabulam festa mobilia inuenire.*

2 (f. 11). Proprium de tempore. Inc. mut. antiphona ad magn. dom. III de adventu *me non erit quia mihi curuabitur.* Des. evang. s. Ioannis *In principio erat uerbum – gratie et ueritatis.*

3 (f. 231). Psalterium feriatum secundum ordinem Camaldulensem.

4. *Cantica ferialia:* [1] (f. 310) Isaiae XII, 1 *Confitebor tibi Domine;* [2] (f. 310v) Ezechiae, in Isaiae XXXVIII, 10 *Ego dixi: in dimidio dierum;* [3] (f. 311) Annae, I Reg. 2, 1 *Exultavit cor meum in Domino;* [4] (f. 311v) Moysis in Exodo 15 *Cantemus, Domine, gloriose;* [5] (f. 312) pro ignorantiis III Habacuc *Domine, audiui auditionem tuam;* [6] (f. 313) Moysi in Deuteronomio 32 *Audite, celi, que loquor;* [7] (f. 315) trium puerorum, Danielis proph. III, 57 *Benedicite omnia opera Domini;* [8] (f. 315v) Zachariae in Lucae evang. I, 68 *Benedictus Dominus Deus Israel;* [9] (f. 316) sanctae Mariae Virginis, in Lucae evang. I, 46 *Magnificat anima mea Dominum;* [10] (ibid.) Simeonis in Lucae evang. II, 29 *Nunc dimictis seruum tuum.* Subiciuntur [a] (f. 317) oratio dominicalis; [b] (ibid.) symbolum apostolorum *Credo in Deum patrem;* [c] (f. 317v) symbolum sanctorum patrum *Credo in unum deum patrem;* [d] (f. 318) *Fides capthotica S. Athanasii: Quicunque uult saluus esse;* [e] (f. 319) litaniae sanctorum inter quos (f. 319v) S. Nemesius; [f] (f. 321v) orationes decem, quarum prima inc. *Deus cui proprium est misereri semper;* ultima inc. *Deus qui es sanctorum tuorum splendor mirabilis.*

5. *Cantica dominicalia:* [1] (f. 322) Isaiae XXXIII, 2 *Domine miserere nostri;* [2] (f. 322v) Isaiae XXXIII, 13 *Audite qui longe estis;* [3] (f. 323) Eccles. XXXVI, 14 *Miserere, Domine, plebi tue;* [4] (ibid.) Isaiae LXI, 6 *Vos sancti Domini uocabimini;* [5] (f. 323v) Sapientiae III, 7 *Fulgebunt iusti et tanquam scintille;* [6] (ibid.) Sapientiae X, 17 *Reddidit Dominus mercedem;* [7] (ibid.) Ecclesiast. XXXIX, 17 *Audite me diuini;* [8] (f. 324) Isaiae LXI, 10, LXII, 3 *Gaudens gaudebo;* [9] (ibid.) Isaiae LXII, 4 *Non uocaberis ultra derelicta.*

6. Hymnarius a kalendis octobr. usque ad adventum, et ab octava Epiphaniae usque ad dominicam passionis, de proprio et communi sanctorum. [1] (f. 324v). *Primo dierum omnium* (Chevalier, Rep. hym., n. 15450). [2] (ibid.). *Eterne rerum conditor.* (l. c., n. 647). [3] (f. 325). *Consors paterni luminis* (l. c., n. 3830). [4] (f. 325v). *Splendor paterne glorie* (l. c., n. 19349). [5] (ibid.). *Iam lucis ordo* (!) *sidere* (l. c., n. 9272). [6] (f. 326). *Nunc sancte nobis spiritus* (l. c., n. 12586). [7] (ibid.). *Rector potens uerax* (l. c., n. 17061). [8] (ibid.). *Rerum Deus tenax* (l. c., n. 17328). [9] (ibid.). *Lucis creator optime* (l. c., n. 10691). [10] (f. 326v). *Te lucis ante terminum* (l. c., n. 20138). [11] (ibid.). *Conditor alme siderum* (l. c., n. 3734). [12] (f. 327). *Verbum supernum prodiens* (l. c., n. 21391). [13] (ibid.). *Vox clara ecce intonat* (l. c., n. 22109). [14] (ibid.). *Veni redemptor gentium* (l. c.,

(n. 21234). [15] (f. 327v). *Christe redemptor omnium* (l. c., n. 2960). [16] (f. 328). *A solis ortus cardine* (l. c., n. 26). [17] (ibid.). *Hostis Herodis impie* (l. c., n 8073). [18] (f. 328v). *O lux beata Trinitas* (l. c., n. 13150). [19] (ibid.). *Aures ad nostras deitatis preces* (l. c., n. 1612). [20] (f. 329). *Audi, benigne conditor* (l. c., n. 1449) [21] (ibid.). *Iam Christe sol iustitie* (l. c., n. 9205). [22] ff. 329v) *Christe qui lux es*. (l. c., n. 2934). [23] (ibid.). *Vexilla regis prodeunt* (l. c., n. 21481). [24] (f. 330). *Pange lingua gloriosi* (l. c., n. 14481). [25] (f. 380v). *Lustris sex qui iam peractis* (l. c., n. 10765). [26] (ibid.). *Dei fide qua uiuimus* (l. c., n. 4323). [27] (f. 331). *Qua Christus hora sitiit* (l. c., n. 15840). [28] (ibid.). *Ternis ter horis numerus* (l. c., n. 20356). [29] (ibid.). *Ad cenam agni prouidi* (l. c., n. 110). [30] (f. 331v). *Rex eterne domine / rerum ... qui eras* (l. c., n. 17393). [31] (ibid.). *Aurora lucis rutilat* (l. c., n. 1644). [32] (f. 332). *Hymnum canumus glorie* (l. c., n. 8235). [33] (f. 332v). *Iesu nostra redemptio* (l. c., n. 9582). [34] (ibid.). *Eterne rex altissime* (l. c., n. 654). [35] (f. 333) *Iam Christus astra ascenderat* (l. c., n. 9215). [36] (f. 333v). *Veni creator spiritus* (l. c., n. 21204). [37] (ibid.). *Beata nobis gaudia* (l. c., n. 2339). [38] (f. 334). *O confessores lucidi* (l. c., n. 30324). [39] (ibid.). *Audite nam consilium* ex strophis 7-10 hym. de quo sub n. praec. [40] (f. 334v). *O pater sante mitis* (l. c., n. 13376). [41] (ibid.). *O ueneranda trinitas* (l. c., n. 13813). [42] (f. 335). *Pange lingua gloriosi* (l. c., n. 14467). [43] (ibid.). *Sacris solempnis iuncta sint gaudia* (l. c., n. 17713). [44] (f. 335v). *Verbum supernum prodiens* (l. c., n. 21398). [45] (336). *Nocte surgentes uigilemus* (l. c., n. 12035). [46] (ibid.). *Ecce iam noctis teneatur umbra* (l. c., n. 5129). [47] (ibid.). *Aue maris stella* (l. c., n. 1889). [48] (f. 336v). *Quem terra pontus ethera* (l. c., n. 16347). [49] (ibid.). *O gloriosa domina* (l. c., n. 13042). [50] (ibid.). *Christe sanctorum decus atque uirtus* (l. c., n. 3007). [51] (f. 337). *Signifer inuictissime sancteque* (l. c., n. 18984). [52] (ibid.). *Aurora surgit aurea* (l. c., n. 1664). [53] (f. 337v). *Tibi Christe splendor patris* (l. c., n. 20455). [54] (ibid.). *Christe sanctorum decus angelorum* (l. c., n. 3000). [55] (f. 338). *Sacratum diem annum* (l. c., n. 17688). [56] (f. 338v). *Ordinis auctor, Romualde* (l. c., n. 31362). [57] (f. 339). *Te, Romualde, canimus* (l. c., n. 33930). [58] (ibid.). *Ut queant laxis resonare fibris* (l. c., n. 21039). [59] (f. 339v). *Ceteri tantum cecinere natum* (l. c., n. 2537). [60] (f. 340). *Felix Marie uenie* (l. c., n. 6040). [61] (ibid.). *Magdalene preconium / turba colat* (l. c., n. 10911). [62] (f. 340v). *O Cassinensis gloria perpes* (l. c., n. 2653). [63] (ibid.). *Qui Cassinum excolitis et Placidum* (l. c., n. 16376). [64] (f. 341). *Captus ab infidelibus cum pluribus* (l. c., n. 2624). [65] (f. 341). *Christe redemptor omnium* (l. c., n. 2959). [66] (ibid.). *Iesus saluator seculi* (l. c., n. 9678). [67] (f. 342). *Rex Christe Martini decus* (l. c., n. 17411). [68] (ibid.). *Martine par apostolis* (l. c., n. 11196). [69] (f. 342v). *Exultet celum laudibus* (l. c., n. 5832). [70] (ibid.). *Eterna Christi munera* (l. c.,

n. 590). [71] (ibid.). *Rex gloriose martyrum* (l. c., n. 17453). [72] (f. 343). *Eterna Christi munera / et martirum uictorias* (l. c., n. 598). [73] (ibid.). *Deus tuorum militum* (l. c., n. 4534). [74] (f. 343ᵛ). *Martir dei qui unicum* (l. c., n. 11228). [75] (ibid.). *Iste confessor domini sacratus* (l. c., n. 9136). [76] (ibid.). *Iesu corona celsior* (l. c., n. 9494). [77] (f. 344). *Iesu corona uirginum* (l. c., n. 9507) [78] (ibid.). *Virginis proles opifexque* (l. c., n. 21703). [79] (f. 344ᵛ). *Urbs beata Ierusalem* (l. c., n. 20918). [80] (ibid.). *Angularis fundamentum* (l. c., n. 1082). [81] (f. 345). *In sanctis Proto et Iacinto et Nemesio. Ad vesperum hym. Gaudet celestis curia / sacris leta militibus.* [82] (ibid. et f. 345ᵛ). *Ad noct. hymn. Intentis animis / puroque pectore.* [83] (f. 345ᵛ). *In laud. hym. Sanctorum meritis inclita gaudia* (l. c., n. 18607).

7 (f. 346). Officium mortuorum cum novem lectionibus et orationibus.

8 (f. 350). Festivitates sanctorum per totum anni circulum; scil. capitula, responsoria, lectiones, homiliae et orationes ad proprium sanctorum spectantia. Inc. capitulo ad vesp. vigilia S. Andreae *Corde enim creditur.* Des. lect. IV officii SS. Saturnini et Chrysanthi *paganorum ritus decrescebant. Tu autem* etc.

9 (f. 530). Commune sanctorum. Inc. capitulo in vigilia apostolorum *Iam non estis hospites.* Des. lect. XII com. virg. *qui profert de thesauro suo noua et vetera. Amen.* Subiciuntur: [1] (f. 553ᵛ) benedictiones dominicales, feriales et pro anni festivitatibus; [2] (f. 556ᵛ altera col.) officium B. Mariae Virginis; [3] (f. 560ᵛ) confessio generalis. Inc. *Reddo me culpabilem Deo omnipotenti.* Des. *solutionem peto ex parte domini nostri Iesu Christi;* [4] (f. 563) formulae absolutionis; [5] (f. 563ᵛ altera col.) aliae lectiones pro com. sanctorum. Inc. sermone S. Maximi sive lec. I com. Apostolorum *Scriptum est enim spiritus Domini ornauit celos.* Des. lec. VI plur. virg. *Sponso Christo uenire obuiam.*

Codex binis columnis a duobus, ni fallor, librariis exaratus, quorum prior ff. 1-562ᵛ, alter ff. 563-569 scripsit. Initiales magnae et maiores alterna vice caeruleo et rubro colore lineolisque rubris et caeruleis exornantur. Litteris maximis, quadam arte depictis et auro nitentibus, insunt sanctorum imagines vel festivitatum symbola. Margines ff. 53ᵛ. 131ᵛ. 149ᵛ. 156. 164. 168ᵛ. 173. 231. 350. 383. 400. 420ᵛ. 424. 429. 462. 473ᵛ. 478. 510. 530 frondibus, floribus aliisque ornamentis depicti. In margine inferiore f. 489 imago clipeata s. Michaelis archangeli exstat, ensem in dextra et libram in sinistra manu efferentis, posterius delineata. F. 556ᵛ, in rubrica *Explicit breuiarium secundum ordinem camaldulensem. Deo gratias. Amen. Qui scripsit implorat ut deum quisque pro se orat mentionem S. B. faciciat* (!) *qui scrisit hunc librum, ut eum dominus ducat a* (!) *paradisum, Amen.* In novissimis quinionum foliis prima verba sequentis scripta sunt. In f. 1ʳ chart. nota *MDLXX*, et inferius epistula *Di Firenze, il dì della uigilia di San Michele di Settembre, 1603*, cuius didascalia est *Al molto Reu. padre don Angelo eremita e Maggiore del sacro eremo di Camaldoli Don Siluano Razzi Abate;* agitur de emptione huius codicis dono dati supra dicto Camaldulensi mona-

sterio. Praeit (f. III) chartula ubi librarius, characteres codicis imitatus, scripsit *Pietro Gualliero De Bacci ringrazia il nobil Signor Anton Philippo de Giudici. Li ventotto del mese di Gennajo del anno mille ottocento settantatre. In Arezzo.* In marg. externo f. 3 vetus codicis nota: *Sacrę Eremi / Camalduli / I. C. / ... O / I-54.* In summis marginibus ff. 233ᵛ-569 titulos ad facilius sanctorum officia invenienda, manus saec. XVII exaravit, eadem, ut videtur, quae in f. 343 scripsit *Ad usum Michaelis Angeli monachi angelorum florentia, iste liber est meus,* adnotationesque nonnullas hic illic addidit (cf. ff. 3-8. 382); correctiones et additamenta paucissima primae manui tribuenda sunt. Ff. I-II. IIIᵛ. IV. 2ᵛ. 230ᵛ. 528-529. 570-572 vacua. Foliorum enumerationem recentem imis marginibus typis adpositam secuti sumus.

In tegumenti dorso frustulum chart. adglutinatum cum inscriptione *Breuiarium* ⟨cam⟩*ald. recuperatum... Siluano Razzi.* Tabellae corio subnigro variis ornamentis distincto obductae sunt. Fibulae periere.

10269-10270. Saec. XIII, membran., mm. 164×110, ff. 354.

1 (f. 1). **Gaufredi Tranensis** Summa de titulis decretalium. Opus in quinque libros dispertitum (ed. Io. Bap. Ziletto, Venetiis, 1564). Subiciuntur [1] (f. 165) tabula capitulorum summae laudatae; [2] (f. 166) tabula capitulorum operae S. Raymundi de Pennafort de quo inferius.

2 (f. 167). **S. Raymundi de Pennafort** Summa de casibus (ed. Laget O. V., Veronae, 1744, pp. 1-536). Liber IV in cod. (f. 241) inscribitur *Summa de matrimonio.*

3. ⟨Decretales Gregorii IX et Innocentii IV⟩. [1] (f. 253). Innocentii IV epist. *universitati magistrorum et scolarum Bononiensi* sine temporis nota. Inc. *Cum nuper in concilio Lugdunensi quasdam constitutiones* (cf. Ae. Friedberg, prolegomena ad Decretalium collectiones..., in opere quod inscribitur Corpus iuris canonici... Pars secunda. Decretalium collectiones. Lipsiae 1881, p. X). [2] (ibid.). *De rescriptis.* Inc. *Cum in multis* (VI decr. I, 3, 2, ed. Ae. Friedberg; cf. etiam Potthast, Regesta Pont. Rom., II, 996). [3] (ibid.). *Idem in concilio Lugdunensi.* Inc. *Presenti decreto duximus* (Potthast, op. cit., II, 999: *XVII constitutiones* etc. sub n. 2). [4] (ibid.). *Idem de eodem.* Inc. *Dispendia litium* (VI decr. I, 3, 3). [5] (ibid.). *De electione.* Inc. *Statuimus ut si quis* (VI decr. I, 6, 1). [6] (f. 253ᵃ). *Item in concilio Lugdunensi.* Inc. *In electionibus et postulationibus* (VI decr. I, 6, 2). [7] (ibid.). *De supplenda negligentia prelatorum.* Inc. *Romana ecclesia et infra edictum* (VI decr. I, 8, 2). [8] (ibid.). *De officio vicarii.* Inc. *Romana ecclesia et infra cum remensis* (VI decr. I, 13, 1). [9] (ibid.). *De officio legati.* Inc. *Statuimus ut conseruatores* (VI decr. I, 14, 1). [10] (ibid.). *Idem.* Inc. *Officii nostri debitum* (VI decr., I, 15, 1). [11] (ibid.). *De officio ordinarii.* Inc. *Romana ecclesia et infra prohibemus* (VI decr., I, 16, 1). [12] (ibid.). *De iudiciis.* Inc. *Iuris esse ambiguum* (VI decr., II, 1, 1). [13] (f. 254). *Idem de foro competenti.* Inc. *Romana ecclesia et*

infra nec appellationis (VI decr., II, 2, 1). [14] (ibid.). *De litis contestatione*. Inc. *Exceptionis peremptorie* (VI decr. II, 3, 1). [15] (ibid.). *De dolo et contumacia*. Inc. *Actor qui uenire ad terminum* (VI decr., II, 6, 1). [16] (ibid.). *Idem. De eo qui mittitur in possessionem, causa rei seruandae*. Inc. *Eum qui super dignitate* (VI decr., II, 7). [17] (ibid.). *De confessis*. Inc. *Statuimus ut positiones* (VI decr., II, 9, 1). [18] (ibid.). *De testibus*. Inc. *Presentium auctoritate* (VI decr., II, 10, 2). [19] (f. 254ᵛ). *Inn. IIII*. Inc. *Romana ecclesia et infra in appellationibus* (VI decr., II, 10, 3). [20] (ibid.). *Inn. IIII. De exceptionibus*. Inc. *Frequens et assidua* (VI decr., II, 5, 1). [21] (ibid.). *Idem*. Inc. *Pia consideratione statuit* (VI decr., 12, 1). [22] (ibid.). *De sententia et re iudicata*. Inc. *Cum eterni tribunal* (VI decr., II, 14, 1). [23] (f. 255). *De appellationibus*. Inc. *Cordi nobis est* (VI decr., II, 15, 1). [24] (ibid.). *Idem in concilio Lugdunensi*. Inc. *Legitima suspitionis* (VI decr., II, 15, 2). [25] (ibid.). *Romana ecclesia et infra cum suffraganeorum* (VI decr., II, 15, 3). [26] (f. 255ᵛ). *De censibus et procurationibus*. Inc. *Romana ecclesia et infra statuimus* (VI decr., III, 20, 1). [27] (f. 256). *Gregorius IX. De omicidio*. Inc. *Pro umani redemptione generis* (VI decr. V, 4, 1, ibi Innocentio IV tribuitur). [28] (ibid.). *Innocentius IIII. De penis*. Inc. *Romana ecclesia et infra. Licet autem* (VI decr., V, 9, 1). [29] (ibid.). *De penitentia et remissionibus*. Inc. *Romana ecclesia et infra. Questoribus* (VI decr., V, 10, 1). [30] (ibid.). *De sententia excommunicationis*. Inc. *Cum medicinalis sit excommunicatio* (VI decr., V, 11, 1). [31] (f. 256ᵛ). *Idem*. Inc. *Solet a nonnullis* (VI decr., V, 11, 2). [32] (ibid.). *Idem in eodem Lugdunensi*. Inc. *Statuimus ut nullus* (VI decr., V, 11, 3). [33] (ibid.). *Idem*. Inc. *Quia periculosum est* (VI decr., V, 11, 4). [34] (ibid.). *Idem. De sententia excommunicationis*. Inc. *Romana ecclesia et infra ceterum* (VI decr., V, 11, 5). [35] (f. 257). *Innocentius IIII*. Inc. *Cum in F⟨redericum⟩ quondam imperatorem et coadiutores ... Datum Lugduni V kal. septembris, pontificatus nostri anno IIII* scil. anno 1246. [36] (ibid.). *Gregorius IX cancellario Parisiensi. De litis contestatione*. Inc. *Venerabilium fratrum nostrorum Rothomagensis archiepiscopi et Lexoviensis episcopi procuratoribus in nostra presentia constitutis*. [37] (ibid.). *Idem fratribus predicatoribus*. Inc. *Grauem nobis uenerabilis frater noster H. archiep. et capitulum Pysanum* (cf. Potthast, II, 2102, nn. 8546ᵃ-26204). [38] (ibid.). *Idem*. Inc. *In recta statuta iudicii nunquid dubium uoluntatis*. [39] (ibid.). *Idem*. Inc. *Exhibita nobis Nicholai presbiteri S. Germani de Venetiis petitio continebat*. [40] (f. 257ᵛ). *Idem*. Inc. *Romanus Pontifex qui iura tuetur*. [41] (ibid.). *Innocentius IIII fratribus minoribus*. Inc. *Non solum in fauorem* (an. 1244, die 17 iunii Potthast, II, 970, n. 11417).

4. Ioannis de Friburgo (vel potius fr. **Guilelmi Rhedonensis,** si Laget auctorem sequimur) glossae [1] (f. 258) in S. Raymundi summam de casibus; [2] (f. 328) in eiusdem summam de matrimonio (in s. Raymundi operum editione Romana, sumptibus I. Tallini, 1603, pp. 1-584).

Codex binis columnis parvo charactere exscriptus in duo volumina dispertitus est, quorum prius ff. 1-166 complectitur, alterum reliqua. Tituli et capitulorum initia in textu vel in marginibus minio exarata; litterae initiales maiores et maximae rubro et caeruleo colore alterna vice depictae. Glossae, correctiones et notabilia nonnulla hic illic exstant prima manu exarata (ut ex. g. in f. 179) vel saepius alia manu saec. XIV, quae titulos etiam complevit (cf. f. 240ᵛ). Verba plura in textu lineis rubris subductis distinguuntur. Ultima singulorum senionum folia inepte resecta, prima verba sequentis in imis marginibus exhibebant (cf. f. 281ᵛ). Plagularum enumeratio duplex: antiqua, in cod. 10269, a f. 1 usque ad f. 164 per columnas, numeris arabicis 1-692, et in cod. 10270, inde a f. 167 usque ad f. 327 per folia, numeris romanis I-CLXII; recens, quam secuti sumus, plumbo adposita est. Folia fere omnia chartulis translucidis cooperta sunt. Notulae in ff. 1 et 344ᵛ docent canonicum V. de Lottis codices an. 1826 emisse. Ff. 345-354 typis impressa, ex diurnali *Il Bibliofilo, an. 1, n. 4, aprile 1880* excerpta, descriptionem codicum et in L. Raymundi opera animadversiones continent, studio advocati B. Mattiauda, sub titulo *Un codice prezioso del sec. XIII.* Ff. 1ᵛ. 166ᵛ. 343ᵛ. 344 vacua.

In tegumentorum dorsis stemmata Leonis XIII et Ioannis Baptistae Pitra cardinalis bibliothecarii.

10271. Saec. XIV, membran., mm. 183 × 133, ff. 226.

Biblia sacra utriusque Testamenti praefationibus, prologis, argumentis s. Hieronymi et aliorum locupletata.

V. T. **1** (f. 5ᵛ). Pentateuchus cum (f. 3) s. Hieronymi epist. ad Paulinum de studio scripturarum *Frater Ambrosius* (M. 22, 540-549) et (f. 5) eiusdem prologo *Desiderii mei* (M. 28, 177-184). **2** (f. 68ᵛ). Liber Iosue cum (f. 68) s. Hieronymi praefatione *Tandem finito pentateuco* (M. ibid., 503-506) et (f. 68ᵛ) argumento *Iesus filius Nave* ⟨ex s. Hieronymi epist. ad Paulinum⟩ (M. ibid., 174, 31-34). **3** (f. 76ᵛ). Liber Iudicum. **4** (f. 84ᵛ). Liber Ruth. **5** (f. 86). Liber Regum, mutilus des. cap. 2, 26, vv. *tortam panis dicatque dimitte,* praevio (f. 85ᵛ) s. Hieronymi prologo *Viginti et duas* (M. ibid., 593-604). **6** (f. 87ᵛ). Liber Proverbiorum cum tribus s. Hieronymi prologis, quorum primus (f. 87)..... *Iungat epistula* (M. ibid., 1305-1308); secundus ex eiusdem commentario in Ecclesiasten inde a v. *Tribus nominibus* usque ad v. *referuntur ad Christum* (M. 23, 1063-1065); tertius *Tres libros Salomonis* (M. 29, 425-428). **7** (f. 94). Liber Ecclesiastes cum s. Hieronymi prologo *Memini me* (M. 23, 1061-1062). **8** (f. 96ᵛ). Canticum Canticorum. **9** (f. 97ᵛ). Liber Sapientiae cum prologo *Liber sapientie apud hebreos* (M. 113, 1167). **10** (f. 102ᵛ). Liber Ecclesiastici cum prologo *Multorum nobis* (M. 29, 445-446). Subsequitur (f. 115)

Oratio Salomonis (Tischendorf, p. LV). **11** (f. 115^{v}). Prophetia Isaiae cum (f. 115) argumento *Isaias in Ierusalem* (Bibl. cum glossa IV, 3) et s. Hieronymi prologo *Nemo cum prophetas* (M. 28, 825-828). **12** (f. 130). Prophetia Ieremiae usque ad cap. 51, 11 *acuite sagittas, implete pha⟨retras⟩*; praeit s. Hieronymi prologus *Ieremias propheta* (M. ibid., 903-904).

N. T. **1** (f. 147). Evangelium s. Matthaei cum argumento *Matteus ex iudea sicut in ordine* (M. 103, 273-274). **2** (f. 157^{v}). Evangelium s. Marci cum prologo *Marcus evangelista dei et Petri* (M. ibid., 279-280). **3** (f. 163^{v}). Evangelium s. Lucae cum prologo (f. 163) *Lucas sirus natione antiocensis* (M. ibid., 285-286), et (f. 163^{v}) prooemio *Quoniam quidem multi conati sunt* (Bibl. cum glossa, V, 122-122^{v}). **4** (f. 174^{v}). Evangelium s. Ioannis cum prologo *Hic est Iohannes euangelista* (M. 92, 633-636). **5.** S. Pauli epistulae, praefixo (f. 182) Rabani Mauri prologo *Primum queritur quare post euangelia* (M. 111, 1275-1278). [1] (f. 182^{v}). Epist. ad Romanos cum prologo *Romani sunt qui ex iudeis* (Bibl. cit., 6, f. 2-2^{v}). [2] (f. 187). Epist. I ad Corinthios cum prologo (f. 186^{v}) *Epistola prima ad Corinthios* (Bibl. cit., 6, f. 33) et (f. 187) argumento *Achaia est prouincia in qua Corinthus ... Corinthi sunt achaici* (cf. M. 114, 519). [3] (f. 191). Epist. II ad Corinthios cum prologo (f. 190^{v}) *In secunda ad corinthios epistula* (Bibl. cit., f. 61^{v}) et (f. 191) argumento *Post actam penitentiam consolatoriam* (M. 114, 551). [4] (f. 193^{v}). Epist. ad Galatas cum argumento *Galathe sunt greci* (M. ibid., 569). [5] (f. 194^{v}). Epist. ad Ephesios, praevio prologo *Ephesii sunt asiani* (M. ibid., 587). [6] (f. 196). Epist. ad Philippenses, praemisso prologo *Philippenses sunt macedones* (M. ibid., 601). [7] (f. 197). Epist. ad Colossenses cum argumento *Colossenses et hii sicut Laodicenses* (M. ibid., 609). [8] (f. 198). Epist. I ad Thessalonicenses argumento instructa *Thessalonicenses sunt Macedones* (M. ibid., 615). [9] (f. 198^{v}). Epist. II ad Thessalonicenses cum argumento *Ad Thessalonicenses secundam epistulam* (M. ibid., 619). [10] (f. 199). Epist. I ad Timotheum, cum argumento *Timotheum instruit et docet* (M. ibid., 623). [11] (f. 200). Epist. II ad Timotheum, praevio argumento *Item Timotheo scribit* (M. ibid., 633). [12] (f. 201). Epist. ad Titum cum argumento *Titum commonefacit et instruit de constitutione* (M. ibid. 637). [13] (f. 201^{v}). Epist. ad Philemonem, praemisso argumento *Philemoni familiares licteras* (M. ibid., 641). [14] (ibid.). Epist. ad Hebraeos cum argumento *In primis dicendum cur apostolus* (M. ibid., 643). **6** (f. 204^{v}). Actus Apostolorum, additis duobus prologis, quorum prior *Canit psalmista anime languentis* (Bibl. cit., 6, f. 162^{v}) et alter *Lucas antiocensis* (Bibl. cit., 6. f. 163). **7** (f. 215^{v}). Epistula catholica b. Iacobi Apostoli. Praeeunt: [1] (f. 215) argumentum *Iacobus, Petrus, Iohannes et Iuda* (Bibl. cit., 6, f. 209^{v}); [2] (f. 215^{v}) argumentum aliud *Iacobus apostolus sanctum instruit* (M. 114, 671); [3] (ibid.)

s. **Hieronymi** prologus in epist. catholicam *Non ita est ordo* (M. 29, 863-874). **8** (f. 216ᵛ). **S. Petri** epist. I cum argumento ex libro s. Hieronymi de viribus inlustribus deprompto *Simon Petrus* (Richardson, p. 6, 22-23). **9.** **S. Ioannis** (f. 219) epistula I - (f. 220ᵛ) epist. II - (ibid.) epist. III. **10** (ibid.). **Iudae** epistula. **11** (f. 221). **S. Ioannis** Apocalypsis usque ad cap. XX, 1 *et adprehendit drachonem, serpentem.*

Codex binis columnis satis nitide descriptus. Litterae initiales maximae variis coloribus et ornamentis distinctae, maiores rubro et caeruleo colore alterna vice exaratae, litterae magnae rubro tantum tactae. Capitulorum numeri et tituli rubro colore exscripti, tituli in summis marginibus repetuntur, rubris et nigris litteris. Notabilia, additamenta et correctiones, paucis tantum exceptis, alia manus eiusdem aetatis adposuit. In margine inf. f. 39 manus saec. XVII rubro colore scripsit *Bibia di S. Anselmo Papa e martire.* Singulorum senionum folia 1-6 olim forsitan enumerabantur in imis marginibus, numeris romanis (cf. ff. 3-8); ultimum folium prima verba sequentis exhibebat (cf. ff. 50ᵛ, 122ᵛ); nunc margines inferiores magna ex parte glutinatoris forfice excisae sunt.

In ff. 1-2 additiciis, ut videntur, nonnulla variis manibus saec. XIV exarata, scil., in f. 1ᵛ de articulis fidei, de sacramentis, codicis indiculus, de praeceptis legis, de peccatis; in f. 2 ... *tabula seu rubrica ad inuenienda epistulas et euangelia totius anni per ordinem, sicut habetur in missa;* in f. 2ᵛ excerpta ex beati Thomae Aquinatis operibus. Foliorum enumeratio imis marginibus recens plumbo adposita.

Integumentum ex tabellis corio albo pessumdato coopertis recens refectum. Fibulae periere. In dorso antiquior codicis nota *E/3*...

10272-10273. Saec. XIX, chart.

I. Cod. 10272, mm. 181 × 123, ff. 272.

Dantis Allighieri *Divina commedia.* [1] (f. 9). *Inferno.* [2] (f. 94). *Purgatorio.* [3] (f. 179). *Paradiso.*

II. Cod. 10273, mm. 176 × 121, ff. 91.

Eiusdem poemata nonnulla. Inc. son. *Ad ciaschuna alma presa et gentil chore.* Des. cantiuncula quae inc. (f. 90ᵛ) *Poich'io fui danthe dal natal mio sito.*

Insunt praeterea: [1] (f. 88ᵛ) **Cini Pistoriensis** son., inc. *Naturalmente chere ogni amadore;* [2] (f. 89) **Guidonis Cavalcanti** son., inc. *Vedesti al mio parere ogni ualore;* [3] (f. 89ᵛ) **Dantis "da Maiano"** son., inc. *Di ciò che stato sei dimandatore* (*Sonetti e canzoni di diversi autori toscani* ... Firenze, Giunta, 1527, p. 133 sq.).

De his codicibus longius disserere operae pretium non putavimus, cum falsario cuidam saec. XIX tribuendi sint, qui scripturam saec. XIV sive potius XV effingere frustra conatus est Haec tamen improvidus librarius in f. 268 cod. 10272, in rubrica, adiecit *Finito el paradiso de la chomedia di dante allagherio poeta fiorentino clarissimo, la quale fue inchominciata a scriuere per me iohanne di ser nicholaio de sancto miniato la uigilia de sancto iohanne baptista et fue chompiuta el dì dopo l'octaua de sancto lorenço, anno ab incharnatione domini MCCCLI, orate pro scriptore.*

Quaedam de Dantis Allighieri vita in f. 91 cod. 10273 invenies. Ceterum vide sis quae de cod. 10273 edidit M. Barbi *Alla ricerca del vero Dante* in *Il Marzocco, 2 gennaio* 1910.

Integumentum cod. 10272 corio nigro obductum et aureis ornamentis distinctum est. Summis operculis inscribitur aureis litteris *Danthe Comedia.* Fibulae integrae exstant. Cod. 10273 integumentum corio viridi obtectum.

10274. Saec. XIV ex, membran., mm. 169 × 120, ff. 362.

Bartholomaei Pisani de S. Concordio Summa de casibus conscientiae alphabeti ordine digesta. Inc. *Abbas. Abbas in suo monasterio conferre potest.* Des. *ut dictum est supra inuidia f. 11º. Et sic est finis, sit laus et gloria trinis.* Subiciuntur: [1] (f. 358v) ⟨quaestio et responsio de natura huius summae⟩; [2] (f. 359) .. *declarationes de abbreuiaturis in presenti opere scriptis;* [3] (ibid.) ... *Tabula per alphabetum* quae mutila des. v. *Restitutio* (cf. I. Quetif et I. Echard, Scriptores ordinis praedicatorum, I. 623 sq.).

Codex satis nitide exaratus. Litterae initiales maximae et maiores alterna vice rubro et caeruleo colore scriptae, lineolis ornamentisque variis depictae. Capita distinguuntur signis rubris et caeruleis. Quiniones enumerantur in imis marginibus litteris alphabeti *a–z* et rursus *a–i*; singulorum quinionum ff. 1-5 numeros arabicos exhibent, (ex quo patet f. 1 cecidisse), ultimum prima verba sequentis praebet. In marginibus additamenta, notabilia et correctiones prima manu, pauca alia manu eiusdem aetatis. In f. 358v *Explicit Summa de casibus consciencie, copilata* (!) *per venerabilem virum fratrem bartholomeum de sancto concordio pysanus* (!) *ordinis fratrum predicatorum, qui obiit anno domini M.º CCC.º XL VII, die tertia mensis iulii. Consummata vero anno domini M.º CCC.º XXX VIII de mense decembris, in civitate pisana, tempore benedicti pape XIIi.* Foliorum enumeratio recens typis impressa.

Dorsum periit; tabularum fragmenta supersunt.

10275. Saec. XV, chart. (praeter ff. 1. 8. 9. 16. 17. 32. 33. 40. 41. 48. 49. 56. 57. 74. 75. 82. 83. 90. 91. 98. 99. 106. 107. 114. 115. 122. 123. 130. 131. 138. 139. 146. 147. 154. 155. 162. 163. 170. 171. 178. 179 membran.), mm. 168 × 125, ff. I. 201.

Raymundi Lull, Petri Aureoli et aliorum opera nonnulla.

1 (f. 1). ⟨**R. Lull** liber conceptionis virginalis⟩. Inc. *Iesu Christe ... contingit quod sedens in choro fratrum predicatorum.* Des. *cum canonista solus peregrinus recessit* (cf. P. De Alva et Astorga militia Immaculatae Conceptionis Virginis Mariae, Lovanii, 1663, col. 1333; et *Histoire littéraire de la France* vol. XXIX, 257, n. LXXX). Subicitur (f. 25) rescriptum Martini I Aragoniae regis de Immaculata Virginis Conceptione, *datum Barchinone ... XXVI die aprilis anno a natiuitate Domini MCCCC octauo* (ed. a Gazulla *Los reyes de Aragón y la Purisima Concepción de Maria Santisima* in *Boletin de la R. Academia de Buenas Letras de Barcelone,* IV, 120, doc. 34). Subnectitur (f. 26) prima manu, declaratio Didaci Garciae regis scriptoris et archivi custodis, qua testatur exemplar ad litteram ex archetypo transcriptum.

2 (f. 26ᵛ). *Cant de mestre* R e m o n L u l l *de Malorques, la qual se canta per manera de salmodia*, Inc. *Som creat e esser mas dat.* Des. mut. *a la fi res no* (*Obras rimadas de* R a m o n L u l l ..... *por* G. R o s s e l l ó, Palma, 1859, p. 365 sq.).

3 (f. 27). ⟨R. Lull vita ab anonymo coaevo scripta, ipso beato adhuc superstite (cod. in rubrica *Ad honorem, laudem .... Raymundus quorundam amicorum suorum religiosorum deuictus instancia narrat scribique promisit illa que sequuntur, hoc est de conuersione sua ad penitentiam et de gestis eius*)⟩ (Acta SS. Iunii, V, 661-668).

4 (f. 38). ... *Liber sextus de institutione et peculiaribus gestis monachorum Carmelitarum* .. Cap. I et II (Speculum ordinis fratrum carmelitarum noviter impressum ⟨Florentiae⟩ 1507, ff. 21ᵇ-22ᵇ).

5 (f. 41). *Expositio Aue Maria sancta facta a beato* T h o m a (T h o m a e A q u i n a t i s opera omnia, Parmae, 1865, XV, pp. 133-134).

6 (f. 44ᵛ). ⟨Constitutio synodi B a s i l e e n s i s de Immaculata c o n c e p t i o n e V i r g i n i s M a r i a e⟩ (Monumenta concil. generalia, saec. XV. Vindobonae, 1886, III, pp. 364-365).

7 (f. 46). .. *Tractatus de concepcione eiusdem inviolate* M a r i e *editus a fratre* P e t r o A u r e o l i *ordinis minoris fratrum* ... de quo cf. H. S b a r a l e a, Suppl. et castigatio ad scriptores trium ord. s. Francisci ... Romae, 1806, p. 585, et etiam Quaestiones disputatae de Immaculata Conceptione Beatae Mariae Virginis. Ad Claras Aquas (Quaracchi) 1904, p. XVIII.

8. ⟨**R. Lull** opera⟩. ¹ (f. 103). ... *Libre appellat* B e n e d i c t a t u i n *mulieribus.* Inc. *Entre les altres paraules en les quals la regina del cel.* Des. *e posseyr ab lo teu fill qui uiu ab lo seu pare* ... *Comp* ... *e finit fo aquest libre en la ciutat de Valencia en les kalendes de octobre complides en lany de MCCCXXXV de la incarnacio del fill de deu* etc. (cf. M. O b r a d o r y B e n a s s a r *Noticia y mostra del llibre luliá « De Benedicta tu in mulieribus »* (*Text catalá inedit*), in *Revista luliana, gen.* 1902, pp. 97 sqq.). Subiciuntur orationes duae: ᵃ (f. 159) *De adorar lo precios cors de Iesu Christ.* Inc. *Ador te vera carn e uer cors de Iesu Christ lo qual es present.* Des. *sia deliurat del mortal enemich. Amen;* ᵇ (f. 159ᵛ) *A questa or⟨aci⟩o damunt dita compone maystre Ramon Lull e a questa seguent oracio.* Inc. *Senyor meu deu qui es. 1. en trinitat de persones.* Des. *los mals a pena perdurabla.* ² (f. 160ᵛ). ⟨Liber de immaculata B. Virginis conceptione, qui in codice Raymundo Lull tribuitur; catalano sermone compositus est, et in duas partes distinctus⟩. Pars I inc. (f. 161ᵛ) *La letra tremesa a lemperador. Molt noble e excellent emperador, per uos areduir a memoria.* Pars II des. *al qual tostemps sia donada gloria honor e*

reuerencia Amen. Praeit praefatiuncula, quae inc. (f. 160ᵛ) *En lo nom de la santa trinitat... Assi comença una sollempna e molt* ⟨hic, in cod. verbum aliquod certe desideratur⟩ *contemplacio;* et des. *conclusions en lo dit tractat contenguts.* Subiciuntur: [a] (f. 181ᵛ) ⟨quaestio et responsio Beatae Mariae Virginis et Iesu Christi de ipsius B. Mariae Virginis Conceptione⟩; [b] (ibid.) ⟨praecepta pia erga Deum catalano sermone digesta⟩. Inc. *Nota christia e possa con la tua memoria.* Des. *la santa fe catholica e continuament;* [c] (f. 182ᵛ) ⟨preces ante Missam celebrandam⟩. Inc. *Ante conspectum diuine magestati;* [d] (f. 183) ⟨alia Innocentii IV de eodem⟩. Inc. *Deprecor te, domine Iesu Christe filii Dei viui;* [e] (f. 183ᵛ) ⟨alia de eodem⟩. Inc. *Pater, peccaui in celum et coram te;* [f] (ibid.) ⟨alia ut s.⟩. Inc. *Omnipotens sempiterne Deus, ecce ad sacramentum;* [g] (f. 184) *oratio post missam.* Inc. *Gratias tibi ago, Domine, quia.*

F. 184ᵛ inest declaratio autographa qua Matthaeus Nebot, notarius publicus, testatur hoc volumen fuisse archivi Universitatis Maioricensis et an. 1616, die primo mensis decembris, traditum fratri Ioanni Riera *doctori, theologo, diffinitori sanctae religionis diui Francisci.*

Codex usque ad f. 181ᵛ l. 6, littera gothica, inde a f. 181ᵛ ad f. 184ᵛ littera quam cursivam appellant ab altero librario eiusdem fere aetatis descriptus. Tituli, litterae initiales et paragraphi rubro colore exarata, litterae maiores plerumque flavo colore tactae. In marginibus notabilia, additamenta et correctiones, interdum alia manu, sed eiusdem aetatis. Folia omnia in marginibus inferioribus humore maculata, nunc accurate refecta et tela tenuissima magna ex parte cooperta. Inter ff. 16-17. 185-186 ff. nonnulla abscissa et avulsa sunt; ff. I. 37. 185ᵛ-201 vacua. In f. I, praeter calami probationes, librarius saec. XVI scripsit: *Est Beluerii,* in summo marg. f. 146 manus saec. XVII addidit *6 fol.* $\frac{2}{1}$ *15 7ᵇʳⁱˢ.*

In tegumenti dorso membran. stemmata Pii X et Alphonsi Capecelatro card. bibliothecarii.

10276 (olim 10216 et 10422). An. 1770 et 1838 (cf. ff. 2 et 118) chart., mm. 171 × 114. ff. 143.

Satire di **Salvator Rosa** *con le note d'Anton Maria Salvini* typis impres. *Amsterdam, MDCCLXX.*

Ff. 118-143 additicia continent satyras duas a card. A. Mai Salvatoris Rosa nomini addictas, et ex codd. Vat. Ottob. 2883. 2830 transcriptas, ut ipse cardinalis in praefatione (f. 118) mense *8bre 1838* exarata, variis argumentis probare conatus est. Satyrae sunt: [1] (f. 119) *La Lussuria* (*L'autore ed Apollo*). Inc. (*Aut.*) *Lascia Soratte, o ser Apollo e Cinto.* quae Laurentio Azzolini restituenda est (cf. G. Mazzucchelli *Gli scrittori d'Italia,* I, 1292); [2] (f. 140ᵛ) *L'Ateismo.* Inc. *Vedendo solo al trono / Gli empi innalzati ...* cui praemittuntur vv. *Quare impii vivunt, et sublimati sunt confortatique divitiis.*

Ff. 118-143 currenti calamo exarata sunt. Ff. enumeratio duplex, antiqua per paginas, recens, quam secuti sumus, per folia et typis impressa.

Integumentum chart. cum angulis membran. et dorso ex corio rufo, in quo titulus aureis litteris impressus et veteres notae exstant. In parte aversa prioris operculi adglutinata est tessella scutum exhibens card. A. Mai et antiquiores voluminis notas: *10216; 10422; 4054; O. V. 61; X. F. III. 21.*

10277. Saec. XIV-XV, membran., mm. 162×115, ff. 457 (+ 235ᵃ).

Missale ordinis praedicatorum.

1 (f. 4). **Kalendarium** (cf. H. Grotefend *Zeitrechnung des deutschen Mittelalters und der Neuzeit*, II, 2, 34-37). **Notanda**: *a*) mense martii desunt festivitates s. Thomae Aquinatis et s. Iosephi; *b*) mense iulii *Visitacio Marie* alia manu saec. XV exarata; *c*) post nomina s. Dominici, die V augusti, et s. Francisci, die IV octobris, syllaba forsitan *tot* abrasa.

2 (f. 11). Proprium de tempore, a dominica I adventus usque ad dominicam XXIV post Pentecosten. Inc. *Ad te leuaui animam meam.* Des. missa in anniversario dedicationis ecclesiae *petentibus aures tue pietatis accommodes. P.* In f. 169 litaniae maiores. In f. 173ᵛ praefationes variae.

3 (f. 263). Festivitates per anni circulum. Inc. *In vigilia Sancti Andree Apostoli. Dominus secus mare galylee.* Des. completorio in festo ss. Vitalis et Agricolae *per hec contra omnia aduersa muniamur. P.*

4 (f. 368). Commune sanctorum. Epistolae et evangelia. Inc. *In communi unius vel plurimorum apostolorum. Epistola ... Fratres. Iam non estis hospites.* Des. postcommunione missae B. M. Virginis a Purificatione usque ad Adventum *in cuius ueneracione hec tue obtulimus maiestati. P.*

5 (f. 386). ⟨Missae votivae de omnibus sanctis et pro quacumque necessitate⟩. Inc. oratione *De omnibus sanctis. Concede quaesumus, omnipotens Deus, ut intercessio.* Des. postcommunione contra temptationes carnis *in resurrectionis gaudium iubeas praesentari. P.*

6 (f. 392ᵛ). Missae in agenda mortuorum. Inc. *Requiem eternam dona eis, domine,* Des. *in resurrectionem iudicii.*

7 (f. 399). *Gloria in excelsis* et *Credo in unum Deum* dicenda post *Kyrie eleison* et post *evangelium*. Missae additiciae sive orationes, secreta etc. diversorum sanctorum: [1] (f. 400) *decem millium martyrum;* [2] (ibid.) *beati Thome cofessoris ordinis predicatorum;* [3] (f. 401) *pro pace* missae duae; [4] (f. 402) *pro prosperitate itineris;* [5] (f. 403) *pro archiepiscopo;* [6] (f. 404) *de corpore* ⟨Christi⟩; [7] (f. 405) *in dedicatione altaris;* [8] (f. 406) *pro seipso.*

8 (f. 407ʳ). Commune sanctorum. Ordo missarum. Inc. *In vigilia unius apostoli. Introitus. Ego autem.* Des. completorio de omnibus sanctis *puro corde capiamus. P.*

9. Sequentiae. [1] (f. 410). *In Natiuitate Domini in primo galli cantu.* Inc. *Grates nunc omnes* (Chevalier, Rep. hym., n. 7390). [2] (ibid.). *In mane* ... Inc. *Eya recolamus laudibus* (l. c., n. 5323). [3] (f. 410ᵛ). *In die sancto.* Inc. *Natus ante secula* (l. c., n. 11903). [4] (f. 411). *Id die Stephani.* Inc. *Hanc concordi famulatu* (n. 7662). [5] (f. 411ᵛ) ... *De sancto Iohanne ewangelista.* Inc. *Iohannes, Iesu Christe, multum dilecte* (l. c., n. 9755). [6] (ibid) ... *De innocentibus.* Inc. *Laus tibi, Christe, cui sapit* (l. c., n. 10544). [7] (f. 412) ... *Infra octavas.* Inc. *Letabundus exultet fidelis chorus* (l. c., n. 10012). [8] (f. 412ᵛ). *In Epyphania domini.* Inc. *Festa Christi omnis christianitas* (l. c., n. 6111). [9] (f. 413). *De sancta Agnete* ... Inc. *Laus tibi regi glorie* (l. c., n. 10540). [10] (f. 413ᵛ). Inc. *In Conuersione Sancti Pauli.* Inc. *Dixit dominus ex basan* (l. c., n. 4786). [11] (f. 414). *In Purificatione sancte Marie.* Inc. *Concentu parili hic te, Maria* (l. c., n. 3694). [12] (f. 415). *In die sancto Pasche* ... Inc. *Laudes Saluatori uoce* (l. c., n. 10417). [13] (f. 415ᵛ-416). *Feria secunda* ... Inc. *Marie prima Sabbati* (l. c., n. 11064). [14] (f. 416ᵛ). *Feria tertia* ... Inc. *Victime paschalis laudes immolant* (l. c, n. 21505). [15] (ibid.). *In Inventione Crucis.* Inc. *Salue crux sancta* (l. c, n. 17872). [16] (ibid.). *De sancta Egypciaca* ... Inc. *Ex Egypto Pharaonis in amplexus* (l. c., n. 5587). [17] (f. 417ᵛ). *In Ascensione domini* ... Inc. *Summi triumphum regis* (l. c., n. 19756). [18] (f. 418). *In festo Pentecostes* ... Inc. *Sancti spiritus assit nobis* (l. c., n. 18557). [19] (f. 418ʳ). *Item alia.* Inc. *Veni, sancte spiritus* (l. c., n. 21242). [20] (f. 419). *De Sancta Trinitate* ... Inc. *Benedicta semper sancta sit trinitas* (l. c., n. 2433). [21] (f. 419ᵛ). *In festo Corporis Christi.* Inc. *Lauda Syon Saluatorem* (l. c., n. 10222). [22] (f. 420ᵛ). *De Sancto Iohanne Baptista.* Inc. *Sancti Baptiste Christi preconis* (l. c., n. 18521). [23] (f. 421). *In festo Petri et Pauli apostolorum.* Inc. *Petre, summe Christi pastor* (l. c., n. 14871). [24] (ibid.). Alia inc. *Celi enarrant gloriam Dei* (l. c., n. 3488). [25] (f. 422). *De Sancta Maria Magdalena.* Inc. *Laus tibi, Christe, qui es creator* (l. c., n. 10551). [26] (f. 423). *De Sancto Laurentio* ... Inc. *Laurenti Dauid magni* (l. c., n. 10489). [27] (f. 423ᵛ). *In assumptione beate Marie Virginis.* Inc. *Congaudent angelorum chori* (l. c., n. 3783). [28] (f. 424). *In Decollatione beati Iohannis Baptiste.* Inc. *Psallite regi nostro, psallite, psallite psallite* (l. c., n. 15758). [29] (f. 424ᵛ). *In Natiuitate beate Marie* Inc. *Styrpe Maria regia procreata* (l. c., n. 19504). [30] (f. 425). *In exaltatione sancte Crucis.* Inc. *Laudes crucis attollamus* (l. c., n. 10360). [31] (f. 425ᵛ).

mi segue amore (ed. et l. cit., p. 39). **69** (f. 140^{v}). **Francisci Petrarca** son., inc. *Zefiro torna e 'l bel tempo rimena* (ed. cit., p. 433). **70** (f. 141). Incerti son., inc. *Stelle del ciel, che scintillando intorno.* **71** (f. 141^{v}). **Francisci Petrarca** son., inc. *Amor mi ha posto come segno a strale* (ed. cit., p. 203). **72** (f. 142). <**Marci Antonii**> **Epicuro** <dramatis excerptum ut s., n. 55>, inc. *Un tempio di beltà ch'ogn'altro eccede* (ed. et l. cit., p. 65). **73** (f. 145). **Ioannis Dominici di Lega** *al S. Giulio Cesare d'Aprano* carmen, inc. *Signor ch'hauete l'honorato nome.* **74.** Incerti son. duo. [1] (f. 149). Inc. *Qui non è il loco humil ne le pietose* [2] (f. 149^{v}). Inc. *Riuerenza m'affrena e grand'amore.* **75** (f. 150). **Ioannis Dominici di Lega** *Opera di tre eremiti,* inc. *S'a i gran prodiggii, o s'a i portenti oscuri.* **76 Francisci Petrarca** son. duo. [1] (f. 159^{v}). Inc. *Pien d'un uago pensier che mi desuia* (ed. cit., p. 247). [2] (f. 160). Inc. *Quando veggio dal ciel scender l'aurora* (ed. cit., p. 415). **77** (f. 160^{v}). <Anonymi ad Io. Dominicum di Lega son.> inc. *Lega, non pure il uostro nome allaccia.* Subicitur (f. 161) **Ioannis Dominici di Lega** *Risposta,* inc. *Amor che del suo canape u'allaccia.* **78** (f. 161^{v}). <**Francisci Petrarca**> son., inc. *I uiddi in terra angelici costumi* (ed. cit., p. 233). **79** (ibid.). <**Marci Antonii Epicuro** *Capitolo*> inc. *Ogni loco m'attrista ou'io non ueggio* (ed. I. Palmarini, op., et l. cit. *Dispensa 221,* p. 192). **80** (f. 162^{v}). <Anonymi carmen> inc. *Gentil mia donna del mio cor padrona.* **81** (f. 164^{v}). <Anonymi aliud> inc. *Io mi leuai una bella mattina.* **82. Ioannis Dominici di Lega** eclogae duae [1] (f. 165). Inc. *Sua ventura ciascun si porta al nascere.* Personae: *Parthenio, Urania, Seluaggio, Ergasto.* [2] (f. 178^{v}). Inc. (f. 179). *Par. Sempre Ergasto dirrò saggio e dignissimo.* Personae: *Parthenope, Ergasto, Eugenio, Mosso uecchio, Urania, Seluana, Parthenope.* **83** (f. 198). **Francisci Petrarca** son., inc. *Amor fortuna e la mia mente schiua* (ed. cit., p. 175). **84** (f. 198^{v}). *A Parthenio degl'incogniti tra gl'amici dignissimo et honorando* Scipione Moreno, carmen, inc. *Beato uoi dirrò* (!) *sempre, Parthenio.* **85** (f. 200^{v}). **Ioannis Dominici di Lega** *stanze della mano,* inc. *La bella man che mi monstraste quando / Diuina stella a ballar noi congiunse.* **86** (f. 201^{v}). **Iacobi Sannazzaro** son., inc. *Scriua di te chi far gigli e uiole* (ed. cit., p. 30). **87. Dragonetto** <**Bonifacii**> carmina duo. [1] (f. 202). <*Madrigale*> inc. *Caron, Caron chi è st' importun che grida* (cf. E Percopo, *Marc'antonio Epicuro* in *Giornale stor. d. letteratura ital.,* XII, 1888, p. 55, n. 2; A. Solerti, *Le rime di T. Tasso* in *Collezione di opere inedite o rare,* vol. 77, Bologna 1898, pp. III-IV. 373). [2] (f. 202^{v}). Son., inc. *Si quel alber' altera e triunfale.* **88** (f. 203^{v}). **Iacobi Sannazzaro** son., inc *Senza 'l mio sole in tenebre e martìri* (ed. cit., p. 25). **89** (f. 204). *Centone di Petrarca,* inc. *Amor con sue promesse lusingando.* **90** (f. 205^{v}). *Di* **Camillo della Valle** |

Incerto versus 1-6, quorum primus *Se giamai tempo o, loco.* **91.** ⟨Anonymi (in ms. *Incerto*) carmina tria⟩. [1] (f. 206). Versus 1-10, quorum primus *In me tanto l'ardore.* [2] (ibid.). Versus 1-5, quorum primus *Poi ch' il mio largo pianto.* [3] (f. 256^{v}). Son., inc. *Dolce uitta* (!) *legiadra e d'amor piena.* **92** (f. 207). **Francisci Petrarca** son., inc. *Aura che quelle bionde chiome e crespe* (ed. cit., p. 320). **93** (f. 207^{v}). Incerti son., inc. *Alma se stata fossi pieno accorta.* **94** (f. 208). **Francisci Petrarca** son., inc. *Discolorato hai morte il più bel uolto* (ed. cit., p. 407). **95** (f. 208^{v}). Incerti son., inc. *Orni un più bel smiraldo la riuiera.* **96** (f. 309). **Francisci Petrarca** son., inc. *Far potess'io uendetta di colei* (ed. cit., p. 351). **97** (f. 209^{v}). Incerti son., inc. *Occhi sereni, occhi ch' il cor m' hauete.* **98** (f. 210). **Francisci Petrarca** son., inc. *Occhi, piangete, accompagnate il core* (ed. cit., p. 130). **99** (f. 210^{v}). Incerti son., inc. *Leggiadre ninfe e pargoletti amori.* **100** (f. 211). **Francisci Petrarca** son., inc. *Quand' io son tutto uolto in quella parte* (ed. cit., p. 20). **101.** ⟨Anonymi (in ms. *Incerto*) carmina duo vulgo *madrigali*⟩. [1] (f. 211^{v}). Inc. *La dolce uista che sì dolcemente.* [2] (ibid.). Inc. *Tra bei rubini e perle.* **102** (f. 212). **Francisci Petrarca** son., inc. *Quanto più m'auuicino al giorno extremo* (ed. cit., p. 53). **103** (f. 212^{v}) Incerti son, inc. *Occhi, se uoi pur sete occhi mortali.* **104** (f. 213). **Francisci Petrarca** son., inc. *Sento l'aura mia antica e i dolci colli* (ed. cit., p. 442). **105.** ⟨Anonymi (in ms. *Incerto*) carmina duo vulgo *madrigali*⟩. [1] (f. 213^{v}). Inc. *Se scior si uede il laccio.* [2] (ibid.). *Quando muouo le luci a mirar uoi.* **106** (f. 214). **Francisci Petrarca** son., inc. *Vago augelletto che cantando uai* (ed. cit., p. 490). **107** (f. 214^{v}). Incerti ⟨*madrigale*⟩, inc. *Credendomi di gir sicuro homai.* **108** (ibid.). **Francisci Petrarca** son., inc. *Se la mia uita dal aspro tormento* (ed. cit., p. 15). **109** (f. 215^{v}). **Iacobi Sannazzaro** ⟨*canzone*⟩, inc. *Valli riposte e sole* (ed. cit., p. 24). **110** (f. 217). **Ioannis Dominici di Lega** *tragedia di s. Giacomo.* Inc. *Voi che seguite il mondo e il uan desire.* Personae *Messo, Abiatar, Hermogene, Phileto, Giacomo, Choro, Capitano.* **111** (f. 227). *Del beato* **Iacopone da Todi** *Cap⟨itolo⟩*, inc. *Cur mundus militat / sub uanagloria* (cf. Chevalier, Rep. hym., n. 4146 et *Inizii di antiche poesie italiane religiose e morali ...* a cura di *A. Tenneroni*, Firenze, 1909, p. 90). **112** (f. 229). *Cap. di* **Giacomo Terrusio**, inc. *Se mai con gl'occhi di pietoso core.* **113** (f. 232). *Del beato* **Iacopone** ⟨**da Todi**⟩ cap., inc. *Crux, de te uolo conqueri* (cf. Chevalier, Rep. hym., n. 4014; *Inizii* cit, p. cit.). **114** (f. 234^{v}). *Cap⟨itolo⟩ di* **Gio. Paulo di Lega**, inc. *Chi darrà* (!) *a gl'occhi miei dolenti e lassi.* Praemittuntur (f. 234) versus tres, quorum primus *Chi darrà* (!) *a gl'occhi miei sì larga uena* **115. Iacoponis Tudertini** carmina tria (in ms. *Capitoli*). [1] (f. 238). Inc. *Aue, regis angelorum / Dei patris unice* (cf. Chevalier, Rep. hym., n. 2075).

[2] (f. 240). Inc. *Stabat mater speciosa / Iusta fenum gaudiosa* (cf. Chevalier, Rep. hym., n. 19417; *Inizii* cit., p. 246). [3] (f. 242). Inc. *Frigescente charitatis / In terris igniculo* (cf. Chevalier, Rep. hym. Suppl., n. 26800; *Inizii* cit., p. 114). **116.** *I cantici del Pedante / Appassionato nouamente / Lucupletati / Alli studiosi di poesia.* [1] (f. 244). *Son. I* (in ms. add. in marg. *Incerto*), inc. *Voi ch'auribus arrectis auscultate* (*I cantici di Fidentio* ⟨Glottocrisio, idest Scrofa Camillo⟩ *ai quali con l'ausilio del prelo, si sono aggiunti altri cantici* ed. *in Vicenza,* sine anni nota, p. 1). [2] (f. 244ᵛ). *Son. II,* inc. *Poich'io son fatto uittima e holocausto* (ed. cit., p. 16). [3] (ibid.). *Son. III,* inc. *Ne i preteriti giorni ho compilato* (ed. cit., p. 2). [4] (f. 245). *Son. IIII,* inc. *Le tumidule genule, i nigerrimi* (ed. cit. p. 2). [5] (f. 245ᵛ). *Son. V,* inc. *Con humil e dimesso supercilio* (ed. cit., p. 3). [6] (f. 246). *Son. VI,* inc. *Cento fanciulli d'indole prestante* (ed. cit., p. 3). [7] (p. 246ᵛ). *Son. VII,* inc. *Camillo mio, plenissimo inuentario* (ed. cit., p. 41). [8] (ibid.). *Son. VIII,* inc. *Mandami in Siria, mandami in Cilicia* (ed. cit., p. 4). [9] (f. 247). *Son. VIIII,* inc. *Io canterei tanto mellifluamente* (ed. cit., p. 5). [10] (f. 247ᵛ). *Son. X,* inc. *Non da l'Olimpo al centro infimo terreo* (ed. cit., p. 5). [11] (f. 248). *Son. XI,* inc. *Empio, immite Camil, poichè con studio* (ed. cit., p. 6). [12] (f. 248). *Son. XII,* inc. *O giorno con capillo* (!) *albo signando* (ed. cit., p. 6). [13] (ibid.). *Son. XIII,* inc. *Villi a l'intuito mio formosi e grati* (ed. cit., p. 7). [14] (f. 249). *Son. XIIII,* inc. *Venite, endecasyllabi, uenite* (ed. cit., p. 7). [15] (p. 250). *Cantico primo,* inc. *O d'un alpestre scopulo più rigido* (ed. cit., p. 10). [16] (p. 255). *Cantico secondo,* inc. *O da me celebrando in mille pagine,* mut. des. v. *nel ciel ombra oscurissima* (ed. cit., pp. 16-21). **117** (f. 265). *Del beato* **Iacopone ⟨da Todi⟩** *cap⟨itolo⟩,* inc. *Verbum caro factum est / De Maria Virgine* (cf. Chevalier, Rep. hym., n. 21347). **118** (f. 267ᵛ). *Cap⟨itolo⟩ di* **Fabio Ottinello** inc. *Se non ponno ueder più gl'occhi miei.* **119** (f. 270). Carmen adesp. anep., inc. *Con l'occhi bassi e uiso smorto e tetro.* **120** (f. 274). Carmen ut s. (in ms. *Incerto*). Inc. *Zefiro spira e 'l bel tempo rimena / Amor promette gaudio a gl'animali.* **121. Cesario ⟨Agostino ?⟩** *al marchese di Vico* carmina duo vulgo *capitoli.* [1] (f. 280ᵛ). Inc. *S'io sopra una caualla di buon passo.* [2] (f. 285ᵛ). Inc. *Chi rizzarà lo mio sì grosso stile.*

Membrana quae codicem operit continet instrumentum emptionis inter Paulum Tolosa neapolitanum et Ioannem Vincentium, tempore Ioannae II de Aragonia.

Carmina Francisci Petrarca et Iacobi Sannazzaro litteris tantum *P* et *S*, aut *Sa*, distinguuntur. Codex currenti calamo et mendose exscriptus, nonnulla praebet additamenta et correctiones in marginibus et inter lineas. Singuli fasciculi, plerumque quattuordecim foliorum, supputabantur in margine inferiore primi folii (cf. ex. gr. ff. 51. 83), sed enumeratio, foliis inepte decurtatis, saepius desideratur. Tinearum, madoris atramentique

opera obnoxia hic illic apparet. Ff. 139. 226. 230v-231. 537. 243. 259-264. 272-273. 279-280r vacua; 271-291 partim abscissa, alia nonnulla prorsus abstracta. Foliorum enumeratio duplex, recentem typis impressam secuti sumus.

In tegumenti dorso titulus *Op. diu.* di *Gio. Domenico di Lega* et tessera cum vetere codicis nota *128*.

10287 (olim 10187. 10207). Saec. XVII, chart., mm. 136 × 99, ff. I. 151 (+ f. 25a. 52a. 68a. 124a).

Mazzetto di fiori presentato alla B. V. di Misericordia nell'offerta del cereo che si fa il giorno della Trinità delle vergini di Sauona. Lodi composte dal P. Gio. Agostino della Madre di Misericordia delle Scuole Pie Sauonese. **Liber fine mutilus laudes complectitur numero quattuor et octoginta, quibus praemittuntur:** [a] (f. 2) *Alla serenissima imperatrice de cieli regina degli angeli e madre di Misericordia Maria l'autore sè e le sue fatiche consacra* (inc. *Confesso, serenissima imperatrice de cieli*, des. *misericordias, Domine, cantabo in ęternum*); [b] (f. 4) *Alli lettori devoti di Maria Vergine di Misericordia e specialmente alle vergini di Sauona* (inc. *T'inganni, discreto lettore*, des. *et mater misericordię*); [c] (f. 6) *L'autore dedica le sue lodi alla B. V. di Misericordia. Sonetto* (inc. *A te sacro, Maria, stella serena*); [d] (f. 6v) *Si protesta l'autore lodar sempre ne suoi versi la B. Vergine di Misericordia. Sonetto* (inc. *Tacete hormai, tacete i uostri canti*); [e] (f. 7) *Alle vergini di Sauona che sogliono offerire il cereo alla B. V. di Misericordia. Parenesi* (inc. *Donzelle, stelle del ciel di Sauona*). **Laudum autem initia haec sunt.** [1] (f. 8). *Vagheggia l'aurora.* [2] (f. 10). *O Madre d'amore.* [3] (f. 11v). *Del ciel alta Reina.* [4] (f. 13). *Sacra Vergin, che di stelle.* [5] (f. 14v). *Verginelle di Sauona.* [6] (f. 16). *Vaghi colli, poggi ameni.* [7] (f. 17). *Cari affetti del mio cuore.* [8] (f. 19). *Aure belle, che d'intorno.* [9] (f. 20). *Baccante il mondo insano.* [10] (f. 21v). *Correte, verginelle.* [11] (f. 22v). *Su queste balze alpine.* [12] (f. 24v). *O Maria del ciel Regina.* [13] (f. 25a). *Sacra Vergin che di stelle.* [14] (f. 26). *Cherubini, / Serafini.* [15] (f. 27v). *Per narrare / Per cantare.* [16] (f. 29). *Di Maria il fauor rar.* [17] (f. 30v). *O Regina incoronata.* [18] (f. 31v). *Qual scintilla astro lucente.* [19] (f. 33). *O sacra Imperatrice.* [20] (f. 34). *Madre del grand' Iddio.* [21] (f. 35v). *O Vergine / che d'alto pol.* [22] (f. 38). *Stella del mar, sourana Imperatrice.* [23] (f. 39). *P. Placido e cristallino.* [24] (f. 42). *Maria madre del grande Tonante.* [25] (f. 43v). *Cherubini infiammati.* [26] (f. 46v). *Scende Maria dal ciel su questo riuolo.* [27] (f. 47v). *Eccoci a piedi tuoi, del ciel Regina.* [28] (f. 49v). *Qual insolito splendor.* [29] (f. 51v). *Gran Regina delle stelle.* [30] (f. 52a). *Da spiaggie beate.* [31] (f. 54). *Le margini odorose.* [32] (f. 56). *Pace, pace, non più guerra.* [33] (f. 58). *Dal balcon dell' alto cielo.* [34] (f. 60). *Vergin beata.* [35] (f. 62). *Alati musici.* [36] (f. 64v). *O del ciel alate squadre.* [37] (f. 66v). *Zefiretti, che qui intorno.* [38] (f. 68v). *Paraninfi beati.*

[39] (f. 69ᵛ). *O voi, ch'al sacro suono.* [40] (f. 72). *Sacra Vergin, che ridente.* [41] (f. 73ᵛ). *Su correte, verginelle.* [42] (f. 76). *Non più. I sospir.* [43] (f. 78ᵛ). *Stella del mar, sovrana Imperatrice* (ut superius sub n. 22). [44] (f. 80). *Verginelle / di Savona.* [45] (f. 82). *Dio ti salui del ciel imperatrice.* [46] (f. 84). *Verginelle, che nel petto.* [47] (f. 85ᵛ). *Mentre benigno pioue.* [48] (f. 87ᵛ). *O di qual gioia il cor colma e feconda.* [49] (f. 88ᵛ). *Regina del ciel.* [50] (f. 90). *Non già del seno dello spumoso argento.* [51] (f. 92). *Angeletti, voi ch' in cielo.* [52] (f. 93ᵛ). *Ecco già che d' oro e d' ostro.* [53] (f. 95ᵛ). *Verginelle, / fide ancelle.* [54] (f. 97ᵛ). *Aurette vezzose.* [55] (f. 100). *Ruscelletti, ch'arricchite.* [56] (f. 101ᵛ). *Con sonora tromba d'oro.* [57] (f. 104). *Sorge l' alba, che ridente.* [58] (f. 106ᵛ). *Cercate, verginelle.* [59] (f. 108). *Verginella, / Madre bella.* [60] (f. 110). *Placido poggio, ove discuopro intorno.* [61] (f. 112). *Già il sol dall'orizonte* (!). [62] (f. 113ᵛ). *Su risuoni trionfante.* [63] (f. 115ᵛ). *Verginelle a Dio gradite.* [64] (f. 117). *O ch'angelica armonia.* [65] (f. 119). *Di questo ciel terren vaghe angiolette.* [66] (f. 120ᵛ). *Già risorge in ciel l'aurora.* [67] (f. 122). *Su correte, verginelle.* [68] (f. 124). *Non più notte il suolo ingombra.* [69] ((f. 124ᵛ). *Vergin d'in su'il matin* (!). [70] (f. 125ᵛ). *Venite, Serafini.* [71] (f. 127ᵛ). *Verginella, / Chiara stella.* [72] (f. 129). *Alfin rimiro.* [73] (f. 130ᵛ). *Prostrate a questo altar, o gran Maria.* [74] (f. 132). *Verginelle sauonesi.* [75] (f. 134ᵛ). *Con lieta armonia.* [76] (f. 136). *O celiche schiere.* [77] (f. 138). *Spirti del ciel festanti.* [78] (f. 140). *Già di quel lieto giorno.* [79] (f. 142). *Celesti serafin.* [80] (f. 144). *Già spariro in ciel le stelle.* [81] (f. 146ᵛ). *O del ciel alta Reina.* [82] (f. 148). *Vergin pia, Madre clemente.* [83] (f. 149ᵛ). *Nel spontar del bel matino* (!). [84] (f. 151). *Casto suol: non più dimore.* Fine mutila des. *Non più auidi* (!) *entro il tuo cuore.*

Codex est illud exemplar, quod auctor, christianae doctrinae in templo primario Savonensi institutor (cf. f. 5), typis vulgare statuerat. Ff. I. Iᵛ vacua. In voluminis fine duo folia abscissa sunt, aliud etiam inter f. 74 et 75, sine ullo textus detrimento. F. 143ʳ, ea ipsa manu quae f. 142ᵛ adnotavit *Caterina figlia sono,* scriptum est *Caterina infante di Spagnia sono io di ley.*

Integumentum ex charta coarctata membrana obducta pessumdatum.

10288. Saec. XIV, membran., mm. 125 × 82, ff. I. 174.

Horae canonicae ad usum Parisiorum.

1 (f. 1). Horae B. Mariae Virginis. Inc. *Domine, labia mea aperies... Inuitatorium. Aue, Maia, gratia plena... Ymnus. O quam glorifica.* Des. preces ad Completorium *Gratiam tuam quesumus Domine mentibus nostris.* **2** (f. 71). Septem psalmi (mut. inc. ps. 6... <*in*>*ferne autem quis confitebitur,* et des. ps. 142, 11, *educes de tribulatione,* cum (f. 82) litaniis et precibus. Inter Sanctos *S. Honorina.* **3** (f. 88). Officium defunctorum. Inc. mut. ps. 114, 7: ad vesperas <*Do*>*minus beneficit tibi.* Des. mut. antiph. *Omnis*

spiritus laudet Dominum. Subiciuntur [1] f. 134) ps. *De profundis* inde a vv. *eius speravit anima mea,* cum respons. et undecim orationibus, quarum prima inc. *Deus uenie largitor et humane salutis;* ultima inc. *Fidelium Deus omnium conditor et redemptor;* [2] (f. 138) ⟨Orationes in agenda mortuorum⟩. Inc. *Coll. Misericordiam tuam, Domine sancte, Pater.* Des. oratione *Divi uulneris nouitate* (E. Martène, De Antiquis ecclesiae ritibus, Venetiis, 1783, II, p. 381). 4 (f. 141). Horae S. Crucis. Inc. mut. *dominus et rex magnus...* ⟨Invitatorio⟩ *Regem Christum crucifixum...* ⟨hymno f. 142ᵛ⟩ *In passione domini* (Chevalier, Rep. hym., n. 8722). Des. mut. vers. ad Nonam *Vere languores nostros, ipse tulit.*

Codex manu gallica perite scriptus est et satis venuste decoratus; veteris tamen cultus sola vestigia superant in litteris initialibus, auro variisque coloribus ornatis, et in f. 2, ubi Mariae Virginis ab angelo renuntiatae imago picta cernitur in littera initiali *D;* eiusdem f. 2 margines auro, frondibus, bestiis et monstro quodam exornantur. Folia quamplurima, qnae singulis codicis partibus praeibant, turpiter avulsa sunt, uti apparet etiam e membranularum frustulis (cf. ex. gr. inter ff. 79-80. 81-82 et passim). In f. I et Iᵛ, superius, quaedam fere evanida, manu saec. XVII; in f. 1ᵛ inferius, manu saec. XIX: *Di me Francesco Rocca. Si giudica del duecento o al più del 300.* In parte aversa prioris operculi, manu recentissima, plumbo scriptum legimus *Da Reggio Emilia.* Folia nonnulla tineis ambesa. Enumeratio recens in imis singulorum foliorum marginibus typis impressa.

Tegumentum saec. forsitan XVI, ex corio suboscuro aureis ornamentis distincto, fibulas perdidit.

10289 (olim 10474). Saec. XIII-XIV, membran., mm. 135 × 97, ff. 85.

1 (f. 1). **S. Bonaventurae** lignum vitae (in ms. *Incipit liber fratris Bonaventure de arbore vite.* S. Bonaventurae opp. ed. ad Claras Aquas, vol. VIII, 1898, p. 68-86).

2 (f. 15). *Tractatus decem mandatorum.* Inc. *Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Verba ista sunt in Mattheo et sunt Saluatoris nostri.* Mutilus des. *Dixi quod sunt precepta decalogi que sunt fundamenta omnium legum, quorum tria conti⟨nentur⟩.* Textus in breviorem formam contractus maximam partem convenit cum sermonibus S. Bonaventurae de decem praeceptis (cf. ed. cit. vol. 5, 1891, p. 507-516, lin. 15).

3 (f. 24). Ordinarium vitae religiosae sive Alphabetum. Inc. *Numquid nosti ordinem celi et rationem eius ponis in terra? 3... Iob. Sicut angelica ierarchia.* Des. *In his queso, inquid, vite naufragio orationis tue me tabula substineat, ut quam pondus proprium deprimit tui meriti nauis levet. Et in hoc finis huius collectionis.* Opus, quod in aliis codicibus S. Bonaventurae adscribitur, tribus constat partibus, quarum prima inscribitur *Dictarium,* altera *Locarium,* tertia denique *Itinerarium.*

Ff. 22-23. *Modi intelligendi sacram Scripturam.* Inc. *Notandum quod omnis sacra Scriptura quadriformi distinguitur.* Des. *Constans ecclesia mons fortis, terra fidelis.* F. 84v. ⟨Litaniae nominis Iesu⟩. Inc. *Ihesus ex deo genitus.* Des. *Ihesus uictor magnificus.* F. 85. *Sequentia beate Virginis Marie in natiuitate dominj* (Chevalier, Repert. hymn., n. 21347).

Tituli rubri, litterae initiales quae exstant plerumque minio, interdum caeruleo, aut rubro et caeruleo colore depictae. Lemmata, auctoritates, notulae et notabilia minio plerumque in marginibus adiecta. Ff. 22-23 manu saec. XVI exscripta; f. 82v quaedam continet saec. XV nullius momenti; f. 85r saec. XV exaratum. In margine folii 1r circulus et nonnulla erasa. Post f. 21 folium unum excisum. Ff. 83. 94r. 85v vacua. In parte aversa prioris tabulae legitur Ω *1885* (?).

Integumentum e corio castanei coloris.

10290. Saec. XV in., chart., mm. circiter 102×95, ff. 27.

Diversorum piae cantiones vulgo *Laude.* [1] (f. 1v). Inc. *L'anima sitibunda / Sempre sia ad amare.* [2] (f. 2). Inc. *Matre, che facisti cului che te feci* (ms. *fat?* Cf. A. Tenneroni, *Inizii di antiche poesie italiane religiose,* Firenze, 1908, p. 150; A. Feist, *Mitteilungen aus älteren Sammlungen italienischer geistlicher Lieder* in *Zeitschrift für romanische Philologie,* XIII, 1889, p. 150, n. 646). [3] (f. 3v). Inc. *Michael angelu sanctu / Che uincisti lu dracone.* [4] (f. 5). Inc. *Vinite ad adorare, / O peccaturi, Maria, / Che per sua cortisia natu è Iesu* (A. Feist, op. et l. c., p. 182, n. 1310?). [5] (f. 6). *Fr. Iacopone.* Inc. *O derrata guarda el preço, se te uoli inebriare* (A. Feist, op. et loc. cit., p. 157, n. 792). [6] (f. 7). *De futuro iudicio.* Inc. *Corpu infracidato, io so l'anima dolente* (A. Feist, op. et l. cit., p. 156, n. 780). [7] (f. 8). *De la superbia.* Inc. *La superbia de l'altura* (A. Feist, op. et l. c., p. 147, n. 595). Carmen in duas partes divisum quarum altera inc. (f. 9). *De accidia. L'accidia multo pensosa ua pensanno.* [8] (f. 10). Inc. *Omne homo con mente pia / se inchini a quello ba⟨m⟩bino.* [9] (f. 11v). Inc. *Aue, croce beata, / la quale si stata degna* (A. Tenneroni, op. cit., p. 64). [10] (f. 12v). Inc. *Alegrate, regina, del tuo figliolu beato* (A. Feist, op. et l. cit., p. 120, n. 25). [11] (f. 13v). Inc. *Anima mia, da Christo si smarrita* (A. Feist, op. et l. cit., p. 123, n. 94). [12] (f. 14v). Inc. *Quando t'alegri, homo d'altura* (A. Feist, op. et l. c., p. 172, n. 1119). [13] (f. 17v). Inc. *Michael agnelu sancto, / che uincisti lu dracone,* des. mut. v. *Cola vergine Maria* (exstat etiam superius sub n. 3). [14] (f. 18). Inc. *O homo, mictite a-ppensare / Onde te uene* (A. Feist, op. et l. cit., p. 167, n. 1003). [15] (f. 19v). Inc. *Oimè, figliuolo caro, / Oimè la matre amaro / O figlio sença paro.* [16] (f. 22). ⟨Pia exhortatio soluta oratione digesta⟩. Inc. mut. *le mano et ponectele a la nostra dopna et la nostra dopna pigliandole co le sue.* Des. *perdonato omne offesa. Amen.*

[17] (f. 22ᵛ). *De futuro iudicio*. Inc. *Corpu infracidato* (exstat etiam superius sub n. 6). [18] (f. 23ᵛ). *De la superbia*. Inc. *La superbia dell'altura* (ut superius in f. 8). [19] (f. 24ᵛ). Inc. *Que fay, anima predata* (A. Feist, op. et l. c., p. 128, n. 186). [20] (f. 25). Laus sine titulo et auctoris nomine. Inc. *D'omne vertù lucente* Des. *Ad te, domna dilecta. Amen.*

Foliorum ordinem turbatum sic restitues 9. 18-21. 10-17. 22-24. 26. 27. 25. Ff. omnia tela tenuissima obducta margines interiores nova charta refectos praebent; nonnulla madore et tineis corrupta sunt; interdum in marginibus notabilia, prima manu.

Integumentum chart. membrana coopertum.

10291 (olim 10914). Saec. XVI-XVII, chart., mm. 107 × 80, ff. 131.

Index rerum notabilium in variis auctoribus tum sacris tum profanis exstantium, ab anonymo alphabeti ordine digestus. Inc. (f. 2). *A. Adolescentiae descriptio apud Cicer. in fine Orat. pro Caelio.* Des. *Veris descr. apud Ouid. lib. 3 de Tristi. eleg. 14.*

Codex perbelle exscriptus litteris minutis erectis. Folia quam plurima vacua, nonnullorum laciniae tantum supersunt (cf. ff. 50-51. 93-94 etc.). Ff. 5ᵛ et 6ʳ numeris ab homine indocto exaratis foedata sunt. In parte aversa prioris operculi *f. Ludouici Vicecomitis*, manu saec. XVII. Folia recentissime plumbo enumerata sunt.

Integumentum, saec. forsitan XVII, ex corio flavo aureis ornamentis distincto. In operculi scutum gentis Visconti mediolanensis, corona ducali superimposita.

10292. Saec. XV, membran., mm. 115×89, ff. 220.

Psalterium dominicae et feriarum sine antiphonis et responsoriis, cantica, hymni et officia varia.

1 (f. 8). Psalmi II-CL. Ps. II mut. inc. v. 8... *hereditatem tuam et possessionem.* Praeeunt [1] (f. 2) ⟨Officium in die Nativitatis⟩. Inc. mut. lectione VII *in alieno nascebatur. Alienum uidelicet.* Des. antiphona ad *Magnificat: Hodie Christus natus est* etc... et *Oratione: Concede quesumus etc.*; [2] (f. 6) *In nocte nativitatis domini in prima missa*. Inc. *Introitus: ⟨D⟩ominus dixit ad me, filius meus es tu.* Des. *Oracio: ⟨D⟩a nobis quesumus Domine - pertingere consorcium. Qui tecum etc.*

2. Cantica: [1] (f. 153ᵛ) Isaiae XII, 1 *Confitebor tibi quoniam iratus est;* [2] (f. 154) Ezechiae, Isaiae proph. XXXVIII, 10 *Ego dixi in dimidio dierum meorum;* [3] (f. 155) Annae, I Reg. 2, 1 *Exultauit cor meum in Domino;* [4] (f. 155ᵛ) Moysi in Exodo 15 *Cantemus Domino, gloriose enim honorificatus est;* [5] (f. 157ᵛ) Habacuc pro ignorantiis III *Domine, audiui auditum tuum;* [6] (f. 159) Moysi in Deuteron. 32 (in ms. al. manu *Moysi* C. LXXVII). *Audite*

celi, que loquor; [7] (f. 162[v]) Trium puerorum, in Danielis proph. III, 57 *Benedicite omnia opera Domini;* [8] (f. 163[v]) Zachariae in Lucae evang., I, 68 *Benedictus Dominus Deus Israele;* [9] (f. 164) Beatae Mariae Virg. in Lucae evang, I, 46 *Magnificat anima mea Dominum;* [10] (f. 164[v]) Symeonis in Lucae evang., II, 29 *Nunc dimittis seruum tuum, Domine.*

3. Varia. [1] (f. 164[v]). Symbolum (in ms. *Cymbolum*) Athanasii. [2] (f. 167). Hymnus *Te Deum laudamus.* [3] (f. 168). Symbolum ab apostolis editum. [4] (f. 168[v]). Septem psalmi paenitentiales scil. rubrica et initia psalmorum. [5] (f. 169). Litaniae sanctorum solitis pleniores, inter sanctos *Saturnine, Blasii.*

4. Orationes tres. [1] (f. 172[v]). *Deus qui patrem et matrem honorare precepisti.* [2] (f. 173). *Deus, uenie largitor et humane salutis* [3] (ibid.). *Fidelium, Deus, omnium conditor et redemptor.*

5. Hymni. [1] (f. 173[v]). *Conditor alme siderum* (Chevalier, Rep. hym., n. 3734) [2] (f. 174). *Verbum supernum prodiens* (l. c., n. 21391). [3] (ibid.). *Vox clara ecce intonat* (l. c., n. 22199). [4] (f. 174[v]). *In die natalis domini. Veni, redemptor gencium* (l. c., n. 21234). [5] (f. 175). *Ad matutin. Christe redemptor omnium ex patre patris unice* (l. c., n. 2960). [6] (f. 175[v]). *Ad laudes. A solis ortu⟨s⟩ cardine, ad usque terre limitem* (l. c., n. 26). [7] (f. 176). *In epiphania domini. Hostis herodis impie, Christum uenire quid times* (l. c., n. 8073). [8] (f. 176[v]). *In purificacione beate Marie. Quod chorus uatum uenerandus olim* (l. c., n. 16881). [9] (f. 177). *Quem terra, pontus, ethera* (l. c., n. 16347). [10] (f. 177[v]). *O gloriosa domina excelsa* (l. c., n. 13042). [11] (ibid.). *Aue maris stella dei mater alma* (l. c., n. 1889). [12] (f. 178). *In passione domini. Vexilla regis prodeunt* (l. c., n. 21481). [13] (f. 178[v]). *Pange, lingua, gloriosi prelium certaminis* (l. c., n. 14481). [14] (f. 179). *Luxtra sex qui iam peracta* (l. c., n. 10763). [15] (f. 179[v]). *In die sancto pa⟨s⟩che. Ad cenam agni prouidi stolis albis candidi* (l. c., n. 110). [16] (f. 180[v]). *Rex eterne, domine, rerum creator omnium* (l. c, n. 17393). [17] (ibid.). *Aurora lucis rutilat celum laudibus* (l. c., n. 1644). [18] (f. 181). *Sermone blando angelus predixit mulieribus* (l. c., n. 18831). [19] (f. 181[v]). *In die ascensionis domini. Eterne rex altissime redemptor et fidelium quo mors soluta...* (l. c., n. 654). [20] (f. 182). *Tu, Christe, nostrum gaudium manens Olimpho* (l. c., n. 20630). [21] (ibid.). *Iesu nostra redempcio, amor et desiderium* (l. c., n. 9582). [22] (f. 182[v]). *In die sancto Pentecostes. Beata nobis gaudia anni reduxit orbita cum Spirito paraclito eff.* (l. c., n. 2339). [23] (f. 183). *Iam Christus astras ascenderat egressus unde venerat promissum* (l. c., n. 9216). [24] (f. 183[r]). *Impleta gaudent uiscera* (l. c., n. 8505). [25] (ibid.). *Veni creator spiritus mentes tuorum uisita* (l. c., n. 21204). [26] (f. 184). *In festo sancti Iohannis Baptiste. Ut*

queant laxis resonare fymbris (l. c., n. 21039). [27] (f. 184v). *Antra deserti teneris sub annis* (l. c., n. 1214). [28] (f. 185). *O nimis* (in ms. *Omnis*) *felix meritique celsi* (l. c., n. 13311). [29] (f. 185v). *In die apostolorum Petri et Pauli. Aurea luce et decore roseo lux crucis* (l. c., n. 1596). [30] (f. 186). *In festo sancte Marie Magdalene. Nardi Maria pistici sumpsit libram* (l. c, n. 11846). [31] (ibid.). *Ad uincula S. Petri. Petrus beatus cathenarum laqueos christo iubente* (l. c., n. 14885). [32] (f. 186v). *In assumptione beate Marie et in aliis festis. Aue maris stella ut s.* (scil. ut in f. 177v, cf. n. 11). [33] (ibid.). *In natale sancti Michaelis. Tibi, Christe, splendor patris* (l. c., n. 20455). [34] (f. 187). *In festo omnium sanctorum. Christe redemptor omnium, conserua tuos famulos* (l. c., n. 2959). [35] (f. 187v). *Iesu saluator seculi redemptis ope subueni* (l. c., n. 9678). [36] (ibid.). *In natale apostolorum ad vesperas et laudes. Exultet celum laudibus, resultat terra gaudiis* (l. c., n. 5832). [37] (f. 188). *Ad nocturnum. Eterna Christi munera apostolorum gloria* (l. c., n. 590). [38] (f. 188v). *In natale plurimorum martyrum. Sanctorum meritis inclita gaudia pangamus* (l. c., n. 18607). [39] (f. 189). *Ad nocturnum. Eterna Christi munera et martyrum uictoria* (l. c., n. 598). [40] (f. 189v). *Unius martyris. Martir dei qui unicum patris sequendo filium* (l. c., n. 11228). [41] (ibid.). *Ad uesperas. Deus tuorum militum sors et corona premium* (l. c., n. 4534). [42] (f. 190). *In natale confessoris ad uesperas. Iste confessor domini sacratus festa plebs cuius* (l. c., n. 9136). [43] (f. 190v). *Ad laudes. Iesu redemptor omnium perpes corona presulum* (l. c., n. 9628). [44] (f. 191). *In natale uirginum ad uesperas et laudes. Iesu corona uirginum quem mater illa concepit* (l. c., n. 9507). [45] (ibid.). *Ad Nocturnum. Virginis proles opifexque matris* (l. c., n. 21703). [46] (f. 191v). *In dedicacione ecclesie. Urbs beata Ierusalem dicta pacis uisio* (l. c., n. 20918). [47] (f. 192). *De corpore Christi. Pange lingua gloriosi corporis misterium* (l. c., n. 14467). [48] (f. 192v). *Sacris sollempnis iuncta sint gaudia* (l. c., n. 17713). [49] (f. 193v). *Verbum supernum prodiens nec patris linquens dexteram* (l. c., n. 21398).

6 (f. 195).. *Officium ⟨parvum⟩ beate Virginis Marie secundum usum romanum* per anni circulum. Inc. *Domine, labia mea aperies... Inuitatorium: Aue, Maria, gratia plena. Venite, exultemus... Hym. Quem terra, pontus.* Des. antiphona *Regina celi letare.*

In f. 199 hym. *Memento salutis auctor quod nostri quondam corporis* (Chevalier, Rep. hym., n. 11446).

7 (f. 206)... *Officium defunctorum.* Inc. antiphona ad vesperas *Placebo domino in regione uiuorum.* Des. initiis orationum [1] *Deus qui inter apostolicos sacerdotes;* [2] *Deus uenie largitor;* [3] *Fidelium Deus omnium..*

8 (f. 213v). *Oratio Sancti Michaelis archangeli. Princeps gloriosissime Michael, dux celestium – beatifice presentari. Per dominum nostrum,* etc.

9 (f. 214). ⟨**Horae S. Crucis cum responsoriis, capitulis et hymnis**⟩. **Inc. mut. respons.** *uiam attendite et uidete si est dolor similis.* **Des. mut. respons.** *Resurrexit propter iustificaciones no.*

Insunt hymni octo. [1] (f. 214). *Te Christum laudamus, Te Christum benedicimus.* [2] (f. 214v). *Christum ducem qui per crucem* (Chevalier, Rep. hym., n. 3186). [3] (f. 215v). *Ad primam. Tu qui uelatus facie fuisti sol iusticie* (l. c., n. 20697). [4] (f. 216). *Ad terciam. Hora qui ductus tercia fuisti ad supplicia, Christe ferendo humeris* (l. c., n. 8029). [5] (f. 217). *Ad sextam. Crucem pro nobis subiit* (l. c., n. 3984). [6] (f. 217v). *Ad nonam. Beata Christi passio* (l. c., n. 2322). [7] (f. 218v). *Ad uesperas. Qui pressura mortis dura* (l. c , n. 16483). [8] (f. 219v). *Ad completorium. Qui iacuisti mortuus in petra rex innoxius* (l. c., n. 16432).

Codex a tribus forsitan librariis exscriptus, quorum primus ff. 2-7. 214-219; secundus ff. 8-212; tertius, saec. XVI in., f. 213v. Litterae initiales maiores rubro et caeruleo colore lineolisque caeruleis et rubris exornatae sunt; maximae auro et variis coloribus pictae ornamenta praebent ex frondibus, floribus et globulis, quae margines occupant (cf. f. 31v. 40v. 61. 173v. 195). At quidam latrunculus forfice excidit margines f. 46 et plura folia quae feriarum titulos exhibebant, uti e textu liquet et e membranularum frustulis (cf. ff. 74-75. 90-91. 105-106. 123-124. 126. 129-130. 135-136. 143-144. 152-153. 199-200). Psalmorum argumenta et numeri romani alia manu eiusdem fere aetatis addita sunt, numeri arabici alia etiam manu recentiore, in marginibus, adiecti. In f. 194r pauca nullius momenti, manu saec. XVII; in f. 220v. chart., et in parte interna alterius operculi calami probationes manu saec. XVIII. F. 123 vacuum relictum, forsitan ad ps. 109 excipiendum; f. 213v item vacuum. In f. 1 chart., manu saec. XVII, *Giuseppe Inueges* et inferius alia manu et deletum *Calogero* (?) *Inueges.* In parte aversa prioris operculi, manu Francisci Ehrle Bibliothecae Vaticanae praefecti, *10/VI/03* (scil. die 10 mensis iunii an. 1903) *Mgr. Di Lorenzi. 5.* Foliorum enumeratio duplex, recentem plumbo signatam secuti sumus.

In tegumenti dorso manu saec. forsitan XVII *Psalterium* litteris minutis erectis.

10293 (olim 10190. 10210). Saec. XV, membran., mm. 106 × 78, ff. II. 238 (— f. 53).

Horae canonicae.

1 (f. 1). **Kalendarium**, adiectis in marginibus zodiaci signis artificiose depictis. **Haec in eo adnotanda:** (II Kal. Febr. scil. 30 Ian.) *Translatio sancti Marci;* (19 Feb.) *Susanne virginis;* (4 Mar.) *Adriani martyris;* (Mart. 17) *Pancracii episcopi;* (13 Mai) *Semasii episc.;* (8 Iunii) *Medardi episc.;* (25 Iunii et 1 Dec.) *Eligij episcopi;* (3 Sept.) *Celli martyris;* (16 Oct.) *Gabrielis archangeli.* **2** (f. 14). *Salutatio beate Veronice.* Antiphona inc. *Salue, sancta facies* (Chevalier, Repertorium hymnologicum, n. 10189); sequuntur versus, responsorium et oratio.

3 (f. 17). Officium sanctae Crucis. **4** (f. 26). Officium de S. Spiritu. **5** (f. 35). Missa beatae Mariae Virginis, inc. *Salve sancta parens,* cum *Kyrie, Gloria* et *Credo* integre scriptis. Sequuntur lectiones evangeliorum: (f. 41) S. Ioannis 1, 1-13, (f. 43) S. Lucae 1, 26-38, (f. 45) S. Matthaei 2, 1-12, (f. 47) S. Marci 16, 14-20. **6** (f. 50). Officium B. Mariae Virginis *secundum consuetudinem Romane curie* per annum. **7** (f. 146). Septem psalmi paenitentiales cum litaniis sanctorum. Inter sanctos: *Ludouice, Iuliane, Genouefa.* **8** (f. 171). Officium defunctorum cum novem lectionibus et orationibus. **9.** Orationes duae. [1] (f. 223). *Oratio deuota de domina nostra* (inc. *Obsecro te, domina sancta Maria*). [2] (f. 227^v). *Alia oratio deuotissima ad beatam virginem* (inc. *O intemerata et in eternum benedicta*). **10.** Commemorationes variae. [1] (f. 231). *Ad proprium angelum.* [2] (f. 231^v). *Memoria de sancto Mychaele.* [3] (f. 232). *De sancto Iohanne Baptista.* [4] (f. 232^v). *Memoria de sancto Iohanne euangelista.* [5] (f. 233). *De sancto Petro ap.* [6] (f. 233^v). *Memoria de sancto Paulo.* [7] (f. 234). *Memoria de sancto Andrea.* [8] (f. 235). *Memoria de sancta Anna.* [9] (f. 235^v). *Memoria de sancta Barbara.*

Codex manu gallica scriptus innumeris splendet picturis mira arte depictis, quae vel totam paginam vel quattuor margines complectuntur. Folia autem quae picturas exhibent haec sunt: 1-12^r. 13^v. 14^r. 16^v. 17^r. 25^v. 26^r. 34^v. 35^r. 41^r. 43^r. 45^r. 47^r. 49^v. 50^r. 73^v. 74^r. 88^v. 89^r. 95^v. 96^r. 102^v. 103^r. 109^v. 110^r. 116^v. 117^r. 126^v. 127^r. 133^v. 134^r. 146^r. 170^v. 171^r. Litterae initiales maiores et maximae auro variisque coloribus distinctae, tituli rubricaeque minio. Ff. I. 13^r. 16^r. 25^r. 32^v-34^r. 48^v. 49^r. 72^v. 73^r. 87. 88^r. 94^v. 95^r. 101^v. 102^r. 108. 109^r. 115^v. 116^r. 125^v. 126^r. 132^v. 133^r. 144-145^r. 170^r. 230^v. 236^v. 237 vacua. In aversa tabula prioris integumenti, praeter antiquiorem codicis notam quae repetita est in verso prioris folii custodiae, exstat scida typis impressa *Donum Pii IX.* Codicem descripsit Ehrensberger, op. cit., p. 361-362; cf. etiam P. Durieu, *Notes sur quelques manuscrits à peintures conservés en Italie* in *Bulletin de la Société Française de reproductions de manuscrits à peintures* (1911), I, pp. 103-104.

Integumenti tabulae vello serico, metallo aurato septemque bullis conspicuae sunt et stemma praebent Pii IX; octava bulla deperdita.

10294 (olim 10191. 10211). Saec. XV, membran., mm. 107 × 75, ff. 223 (+ 87^a. 153^a. 169^a. 183^a).

Horae canonicae.

1 (f. 1). Kalendarium. Inter sanctos: (Febr. 3) *Waldetrudis Ducia,* (Febr. 6) *Amandi et Vedasti,* (Mart. 4) *Adriani m.,* (Mart. 16) *Pancratii episcopi,* (April. 18) *Benedicti abbatis,* (Iun. 25, Dec. 1) *Eligij episcopi et confessoris,* (Iul. 3) *Thome apostoli,* (Mai 28) *Germani episcopi,* (Iul. 9). *Benedicti abbatis,* (Iul. 27) *Septem dormientium,* (Sept. 4) *Bertini abbati,* (Oct. 14) *Donaciani arciepiscopi* (!), (Dec. 14) *Nichasij episcopi.* **2** (f. 13). Officium s. Crucis (in ms.

Incipiunt hore sancte crucis). **3** (f. 20). **Officium de S. Spiritu** (in ms. *Incipiunt hore de sancto Spiritu*). **4** (f. 26). **Modus audiendi missam B. M. Virginis** (in ms. *Incipit missa Beate Marie Virginis*). Sequuntur evangeliorum **lectiones** (f. 31ᵛ) S. Ioan. 1, 1-13, (f. 33) S. Luc. 1, 26-38, (f. 34ᵛ) S Matth. 2, 1-12, (f. 36) S. Marc. 16, 14-20. **5** (f. 37). **Officium B. Mariae Virginis** per varia anni tempora (in ms. *Incipiunt hore beate Marie Virginis secundum vsum romanum*). **6** (f. 102). **Duae preces in honorem B. Mariae Virginis**, omnino ut in cod. praeced. (f. 223 et 227ᵛ). **7** (f. 110). **Septem psalmi paenitentiales cum litaniis**, precibus et orationibus. Inter sanctos invocantur: *Lupe, Christopore, Nichasi cum socijs, Dyonisi cum socijs, Leonarde, Ludouice, Eligi, Egidi, Bertine, Amande.* **8** (f. 131). **Officium mortuorum** cum novem lectionibus et orationibus (in ms. *Incipiunt vigilie mortuorum. Antiphona ad Psalmos. Placebo*). **9** (f. 172). **Ordo commendationis animae** (in ms. *Incipiunt commendationes animarum*). **10** (f. 185). ⟨**Pseudo-**⟩**Hieronymi psalterium abbreviatum.** Inc. *Verba mea auribus percipe.* Des. *omnium delictorum meorum ueniam uiuis et defunctis ad uitam proficiat sempiternam. Amen.* Praemittitur (f. 183ᵃ) rubrica *Beatus uero Jeronimus in hoc modo disposuit psalterium istud – et possidebunt regnum eternum. Amen* et (f. 183ᵃ verso) oratio *Suscipere digneris – peccatorum nostrorum remissionem impetrandam, prestante domino nostro Ihesu Christo, qui uiuis* etc. **11. Preces variae**, quarum prima et altera S. Augustino, tertia S. Thomae Aquinati adscriptae. [1] (f. 203). *Dulcissime domine Ihesu Christe...* [2] (f. 207ᵛ). *Deus propicius esto michi peccatori...* [3] (f. 210). *Concede, michi, misericors deus...* [4] (f. 212ᵛ). *Adoro te, deuote latens deitas...* (Chevalier, Repert. hymn., n. 518). [5] (f. 213ᵛ). *Pie domine Ihesu Christe...* [6] (f. 214ᵛ). *Octo versus sancti Bernardi.* Inc. *Illumina oculos meos, ne umquam obdormiam.* Des. *et consolatus es me.* Sequuntur *Kyrie..., Pater noster...,* versiculus *Domine exaudi...,* resp. *Et clamor meus...,* oratio *Omnipotens sempiterne deus, qui Ezechie regi...* [7] (f. 215). *Canticum Anastasii: Quicumque vult salvus esse...*

Codicem librarius natione gallus exscripsit. Litterae maximae auro variisque coloribus depictae, litterae maiores auro illitae et coloribus distinctae, litterae magnae tum rubro et caeruleo tum auro et atramento ornatae, tituli rubricaeque minio. Margines foliorum 13ʳ. 20ʳ. 26ʳ. 37ʳ. 55ʳ. 78ʳ. 82ʳ. 88ʳ. 93ʳ. 102ʳ. 107ʳ. 110ʳ. 131ʳ. 172ʳ. 185ʳ. 203ʳ. 210ʳ floribus distincti. Ff. 70ᵛ. 101ᵛ. 106ᵛ. 183ᵛ. 209ᵛ. 219ᵛ-233ᵛ vacua. In summo folii 1ʳ margine titulus exstat recentiore manu exaratus. In verso prioris tabulae nota codicis *10211;* in verso primi folii a glutinatore adiecti nota *318-28* cancellata aliaque nota *345-28.* Codicem descripsit Ehrensberger, op. cit., p. 362-363.

Integumenti tabulae ex charta coarctata corio castanei coloris saeculi XVII obtectae ornamenta varia et imaginem B. M. Virginis rosarii exhibent. In dorso titulus typis impressus *Officium B. M. V.*

10295. Saec. XV, membran., mm. 95 × 70, ff. I. 166.

Capitulare carthusiense antiphonis, responsoriis, versiculis et rubricis instructum.

1 (f. 1). Proprium de tempore. Inc. mut. oratione dominicae I adventus ⟨*Excita, Domine, quaesumus potentiam tuam* ...⟩ *eripi te liberante saluari. Qui uiuis.* Des. rubrica dominicae XXV post octavam Pentecostes apposita *tociens iterabuntur cum predicta ultima oratione scil. Excita, domine, quesumus quousque ad aduentum domini perueniatur.*

2 (f. 109). Proprium sanctorum. Inc. rubrica *sequuntur festa sanctorum et commemorationes per anni circulum et quia principium anni incipit die natalis Domini nostri* ... et oratione *s. Felicis impincis. Concede, quesumus omnipotens Deus, ut ad meliorem uita sanctorum.* Des. oratione s. Thomae apostoli *Da nobis, quesumus Domine, beati apostoli tui Thome sollemnitatibus - congrua deuotione sectemur. Per.* Subicitur rubrica *Ad VI oratio. Exaudi. Ad IX orat. Protege.*

3 (f. 152). Commune sanctorum. Inc. rubrica ... *pro comuni sanctorum, pro capitulis et orationibus, psalmis et antiphonis tabella breuis. Et primo nota quod in omnibus festis* ... et (f. 153ʳ) capit. in natali unius vel plurimorum apostolorum. *Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum.* Des. rubrica dominicae infra octav. nativitatis Beatae Mariae Virginis *In octaua sicut in die; ad ps. ues. resp.: Benedicta tu; In euang. ant.: Beata es, Maria; cetera sicut in die. Capitula et orationes sicut in natiuitate sancte Marie in fol. CXL* et, alia manu posteriore, *trinitate cap.*

Codicem duo descripsere librarii, quorum prior ff. 1-155. alter, eiusdem aetatis, ff. additicia 156-165 exaravit. Litterae initiales rubro et caeruleo colore alternis distinctae, usque ad f. 155ᵛ ornamenta praebent quae margines occupant. Interdum, pro festivitatibus maioribus, margines et litterae initiales venustiore arte exornatae sunt auro, animalibus, monstris, frondibus, floribus discoloribus et sanctorum imaginibus (cf. ff. 12. 61. 72ᵛ. 84. 89ᵛ. 95. 121. 124ᵛ. 137ᵛ.). Ff. 1ᵛ et 166ʳ excerpta nonnulla tractatus philosophiae scholasticae continent litteris nunc evanidis, saec. XV descripta. In f. 1ᵛ, manu recentissima, plumbo scriptum leges *Da Reggio Emilia;* inferius, manu saec. XVIII-XIX, *Antico Capitolare Certosino. Manca solo la prima carta.* Foliorum enumeratio duplex, vetus a n. II ad n. CLVIII litteris romanis rubris, in parte aversa uniuscuiusque folii; recens, quam secuti sumus, plumbo signata. Praeter f. I excidit f. numero vetere *X* distinctum, cuius frustulum tantum exstat inter ff. 7-8. Novissima singulorum quinionum folia prima verba sequentis exhibent (cf. recensionem codicis sequentis).

Integumentum ex corio nigro signato; dorsum pessumdatum.

10296. Saec. XV, membran., mm. 95×70, ff. 218.

Psalterium dominicae et feriarum, cantici, hymni et officia varia secundum consuetudinem Carthusiensium.

1 (f. 1ʳ). Kalendarium (cf. H. Grotefend, *Zeitrechnung des deutschen Mittelalters und Neuzeit,* Hannover u. Leipzig, 1898, II 2, p. 19 sqq.). Ff. 8ʳ-9, sub die 11 iunii, manu saec. XVII: *Dedicatio ecclesię Cartusię Bononię facta 1359 Innocentio 6 Pont. anno 7º a Rm̃o DD. Ioanne Nasio Epo Bononię.* Hic illic insunt rubricae, consuetudines Cartusien. aliaque memoratu digna, prima manu exarata. Cf. inter alia (f. 2) *tricenarium cardinalis petragoriensis* (Elias Talayrandus † Avenione 17 ian. 1364, cf. Eubel, Hierarchia catholica, I, 15) *fiat circha festum sancti Antonii* ... F. 5ᵛ rubrica *Ad reperiendum pasca resurrectionis* ..... *MCCCCLIII currit X pro aureo numero.* F. 7 *circa festum sancti Marci incipitur tricenarium defunctorum pro Domino Amblardo episcopo maurianensi* (Amblardus d'Entremont † 21 april. 1308, cf. Eubel, op. cit., I, 346, et Breviarum secundum sacrum ordinem Carthusiensium... expensis nobilis viri domini Luce Antonii de Giunta florentini. Venetiis ... MDXXIII, idus augusti, f. ++ II).

2 (f. 20ʳ). Tabella pro litteris dominicalibus, aureo numero et paschate ab an. 1454 usque ad an. 1509.

3 (f. 25). Psalmi XX-CL ad officia dominicae et feriarum accommodati cum invitatoriis, antiphonis de tempore, versiculis et responsoriis ad laudes, horas, vesperas et completorium nec non lectionibus brevibus et capitulis, secundum consuetudinem Carthusiensium. Inc. *Adoremus dominum qui fecit nos. In primo nocturno ant. Domine,* ps. *Domine, in uirtute tua.* Des. ps. CL. *omnis spiritus laudet dominum.* Desunt psalmi feriales ad primam, secundum consuetudinem ordinis Carthusiensum, scil. ps. I-XIX (cf. Breviarium cit.).

4. Cantica ferialia: [1] (f. 162) Isaiae; [2] (f. 162ʳ) Ezechiae; [3] (f. 163ʳ) Annae; [4] (f. 164ʳ) Moysi in Exodo 15 (in ms. *canticum Mariae sororis Moysi et Aaron*); [5] (f. 166) Habacuc; [6] (f. 167ʳ) Moysi in Deuteron. 32, in duas partes divisum quarum altera inc. (f. 169) *Ignis succensus est in furore meo* (Deuter. 32, 22); [7] (f. 171) Trium puerorum; [8] (f. 172) Zachariae; [9] (f. 172ʳ) B. Mariae Virg.; [10] (f. 173) Symeonis. Omnia ut in cod. 10292 ff. 153ʳ-164ᵛ.

5. Varia. [1] (f. 173ʳ). Oratio dominica. [2] (ibid.). Symbolum apostolorum. [3] (f. 174). *Hymn. doctorum Ambrosii et Augustini: Te Deum, laudamus.* [4] (f. 175). *Fides catholica: Quicumque uult saluus esse.* [5] (f. 177ʳ). Septem psalmi paenitentiales scil. rubrica et initia psalmorum. [6] (ibid.). Litaniae maiores, adiectis responsoriis et versiculis. In summo margine f. 179ʳ alia manus saec. XVII addidit nomen *S. P. N Bruno or.* Inter sanctos Hugo, Blandina, Bernardinus (an. 1450).

6. Orationes octo. [1] (f. 182). *Deus cui proprium est misereri semper.* [2] (ibid.). *Pretende, Deus, famulis tuis dexteram.* [3] (ibid.). *Deus, a quo sancta desideria, recta consilia.* [4] (ibid.). *Fidelium. Deus, omnium conditor et redemptor.* [5] (f. 182ᵛ). *Omnipotens sempiterne Deus qui uiuorum dominaris.* [6] (ibid.). *Omnipotens sempiterne Deus, pater misericordiarum ac redemptor.* [7] (f. 183). *Deus, qui nos odientes amare precipis et pro persecutoribus.* [8] (f. 183ᵛ). *Pro uiuis et defunctis. Pietate tua quaesumus, Deus nostrorum solue uincula delictorum.*

7 (f. 174ᵛ). ... *Agenda mortuorum secundum ordinem cartusien.* Inc. *Antiphona* ad uesperas *Placebo. Ps. Dilexi.* Des. responsorio *Et lux perpetua luceat eis* et rubrica *orationes ut supra in vesperis.* Subicitur (f. 192ᵛ) rubrica *Prima die operum comunium in cimiterio convenitur et dicitur ps. De profundis ... Sequuntur orationes* tres: [a] *Deus cuius miseratione anime fidelium;* [b] *Actiones nostras quesumus, Domine, aspirando preueni;* [c] *Fidelium Deus omnium conditor ... et sic finitur Requiescant in pace. Resp. Amen.* Post primas vesperas exstant orationes decem. [1] (f. 185). *Pro uno sacerdote. Da nobis, Domine, ut animam famuli et sacerdotis tui.* [2] (ibid.). *Pro anniuersario. Deus indulgentiarum, Domine, da animabus famulorum tuorum quorum anniuersarium.* [3] (f. 185ᵛ). *Pro layco. Deus cui proprium est misereri.* [4] (ibid.). *Pro pluribus. Inclina, Domine, aurem tuam ad preces nostras.* [5] (ibid.). *Pro episcopis sacerdotibus. Deus qui inter apostolicos sacerdotes famulos tuos.* [6] (f. 176). *Pro fratribus ordinis. Deus uenie largitor et humane salutis auctor.* [7] (ibid.). *Pro benefactoribus. Omnipotens sempiterne Deus, cui numquam sine spe.* [8] (ibid.). *Pro omnibus fidelibus defunctis. Fidelium, Deus, omnium conditor et redemptor.* [9] (f. 186ᵛ). *Pro muliere. Quesumus, Domine, pro tua pietate miserere anime famule tue.* [10] (ibid.). *Pro patre et matre. Deus, qui nos patrem et matrem honorare precepisti.*

